CAROLI ARNDII,

LINGV. SANCT. ET THEOL. CATECH. PROF. PUBL. ORD. DUC. IN ACAD. ROSTOCH.

SYSTEMA LITERARIUM

IDQVE

HISTORICO-PRAGMATICUM

COMPLECTENS

PRÆCIPUA SCIENTIÆ LITERARIÆ MOMENTA

EA, QVA FIERI POTUIT, INDUSTRIA EXPLANATA, PARTIM QVOAD ARGUMENTI, QVOD IN IISDEM OCCURRIT, SENSUM NECESSARIUM ÆQVE AC DISTINCTUM, PARTIM QVOAD USUM IN OMNI SCIENTIARUM GENERE SALUTAREM, PARTIM QVOAD SCRIPTORUM CERTAS IN CLASSES DISTRIBUTORUM SELECTUM:

UNA CUM APPENDICE

DISSERTATIONUM LITERARIARUM, QVARUM COPIA VEL PLANE NON AMPLIUS VEL CERTE DIFFICULTER HABERI POTERIT.

LIPSIÆ & ROSTOCHII,

SUMTIBUS CHRISTIANI GOTTHOLD GARMANN.

ANNO M DCC XIV.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

1256

SCIENTIÆ LITERARIÆ

SYSTEMATIS SELECTI,

ET QVIDEM

HISTORICO-PRAGMATICI,

PRÆLOQVIUM.

EX ſtudio Scientiæ illius, quæ vulgo Hiſtoria vocatur Literaria, non ſolam peti delectationem animiq; remisſionem humanisſimam ac liberalisſimam, ſed inexhauſtum quoque oſtendi omni tempore, ætate, loco & perſona, fructum apud plerosq; hodie Eruditos eſt in confeſſo. Cætera ſtudia neque temporum ſunt neq; ætatum omnium neq; locorum: Scientiæ autem literariæ ſtudium adoleſcentiam alit, ſenectutem oblectat, ſecundas res ornat, adverſis perfugium ac ſolatium præbet, delectat domi, non impedit foris, pernoctat nobiſcum, peregrinatur, ruſticatur. Felices Philoſophi illi, qui non tantum mirantur

Præſtantisſimum Scientiæ Literariæ cum Encyclopædia Philoſophica commercium.

Digitized by Google

ſcientiam hanc literariam, ſi quando in aliis videant, ſed & ipſi attingunt, ſenſuque ſuo & actu guſtant. Felices & terq; quaterque felices, qui non ſolum ſcientiarum nobilisſimarum apparatu amorem omnium ſibi conciliant, ſed & memoriam rerum literariarum & literatorum tantum abſit, negligant, ut vel pari vel majori ſtudio, ad exemplum modernorum imprimis Philoſophorum, culturæ ejus præſtantiſſimæ incumbant. Sic enim a Deo T.O.M. in typo Sacerdotis Summi V. T. accepimus, omnia ſcientiarum genera, quæ & doctrina & præceptis & arte conſtant, memoria valere, literatorum viribus excitari & tandem in memoria ſanctitatis & mortalitatis æque ac immortalitatis ſubſiſtere. Juſſit enim Deus olim Summo Sacerdoti V.T., certa quædam tintinnabula extremo Tunicæ annectere, ne moreretur, ad adumbrandam ex ſententia ORIGENIS, Patris illius Eccleſiæ adamantini, elegantiſſima, genuinam Chriſtianorum, tanquam Spiritualium N. T. Sacerdotum, Philoſophiam, cujus Symbolum: *Memoria Salvat.* Sanctum inde fuit apud humanisſimos homines omnium omnino ſeculorum ordine, Scientiæ illius, quæ circa ſervandam rerum literariarum & literatorum memoriam occupatur, nomen & omen, quod nulla unquam barbaries totum exſtinxit, ſi qua ex parte violavit. Sanctum ac carum fuit nomen ac omen Scientiæ Literariæ Philoſophis antiquioribus, quorum monumenta tamen maximam partem hominum incuria & temporum injuria perierunt; Sanctum ac carum Philo-

erutum ex Symbolo Origenis Philoſophico

Philoſophis recentioribus & recentisſimis, quorum in numero velut Luna ignis inter minores emicant illuſtrisſimum quondam Academiæ Roſtochienſis pariter ac Kilonienſis ſidus, *Daniel Georgius Morhofius*, in Polyhiſtore, Literario, Philoſophico & Practico: & quod eundem hoc in ſtudio & ſtadio excepit, illuſtrisſimum hodie Academiæ Jenenſis Sidus, *Burcardus Gotthelff Struvius*, in Introductione ad notitiam rei literariæ. Nec id ſine ratione ponderoſisſima. Non poteſt enim quidquam excogitari cum eruditione proximiori necesſitudine conjunctum, non quidquam vel æqualis vel majoris momenti Scientia literaria, quacum ex reliquis ab oblivione quidpiam vindicandi aut illuſtrandi modis, qui in contentionem venire posſit, omnino reperitur nullus: Hæc rerum literariarum, quæ ad naturam eius & conſtitutionem pertinent, capita proponit præliminaria: Hæc ab interitu præſervat Virorum Doctisſimorum nomina, dicta, facta, fata & ſcripta: Hæc religionum, qua gaviſi ſunt Viri omnis generis literati diverſa examinat fundamenta & communicat ſubſidia: Hæc dogmata ab origine repetit Pantoſophica tam philoſophica, quam mechanica eaque illuſtriora: Hæc curioſa exhibet tam literatorum quam mechanicorum inventa: Hæc Societatum & Ephemeridum literariarum exponit conamina: Hæc Academiarum Illuſtrisſimarum evolvit præſidia: Hæc Bibliothecarum exquiſitisſimarum communicat ornamenta: Hæc denique Perſonarum

Qvoad Scientiæ literariæ genium inſitum atque illatum,

narum

Digitized by Google

narum & dignitate & eruditione eminentium maxime egregia repræſentat ſymbola, ſtemmata, numiſmata & inſignia. Ut adeo Scientiæ huic literariæ, optimo jure, ſenſu licet non eodem, adſcribatur ſymbolum illud, quod ORIGENES olim Philoſophiæ adſcripſit Chriſtianæ: *Memoria literaria ſervat.* De ÆNEA SYLVIO poſtea PIO, Papa IIndo dicto, referunt Hiſtorici, quod ita ſeſe abdiderit literis, ut ab illis nullo ipſum unquam tempore, aut commodum aut otium abſtraxerit, aut voluptas avocarit, aut denique ſomnus retardarit: quod quantum cæteris ad res ſuas obeundas, quantum ad feſtos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates, & ad ipſam requiem animi ac corporis, conceditur temporis, quantum alii tribuunt intempeſtivis conviviis, quantum aleæ, quantum pilæ; tantum ſibi SYLVIUS ad ſtudia recolenda ſumſerit, hincque præmii loco reportarit nummum a Curialibus ſuis honoris ergo ipſi excuſum & oblatum cum inſcriptione hac elegantisſima: *Ne deleatur tanti memoria.* Scientiam illam, ſi quando penitius conſideramus, literariam, quæ vulgari venit nomine Hiſtoriæ literariæ, ejusdemque conjunctionem cum Philoſophia genuina præſtantisſimam æque ac utilisſimam nobiſcum pervolvimus, univerſam illam abſolvi lemmate Silviano deprehendimus: *Ne deleatur ſcientiæ literariæ memoria.* Præſtantisſimum eſt ſcientiæ literariæ cum Philoſophia genuina commercium, quo memoriam communicat Virorum illorum omnis generis Doctorum, qui & antiquioribus & recentioribus vixerunt ſeculis

item ex Symbolo Æneæ Sylvio adſcripto.

quoad Doctorum virorum recenſum Biographicum

lis & recentisſimo adhuc florent. Adſunt enim ibi Viri ſummá autoritate, religione & fide, qui vitam non ſolùm Theologorum, JCtorum, Medicorum, ſed & Philoſophorum ac Philologorum deſcripſerunt, ſcripta cum editionibus examinarunt, judiciaque aliorum de iisdem ſubjunxerunt; atque ſic ipſo facto optima ratione & fide commendarunt lemma illud Silvianum: *Ne deleatur Virorùm omnis generis doctorum memoria.* Saluberrimum eſt ſcientiæ literariæ cum Philoſophia innocua commercium, quo mediante diverſa diverſarum Religionum evolvit fundamenta, quibus principia ſua etiam philoſophica ſuperſtruxerunt omnis generis Eruditi: quo mediante ſubſidia earum colligit ſelecta, ex quibus plana plenaque cognitione cognoſcuntur, quæ ad cognoſcenda Religionum, quibus gaviſi ſunt omnis generis literati, fundamenta, firmamenta & ornamenta, neceſſatia quadam & ſalutari ratione conducunt. Ut adeo & in hoc ipſo præſtantisſimi commercii genere, ea qua fieri poteſt induſtria & opera omnibus & ſingulis Philoſophiæ genuinæ cultoribus præſcribatur & adſcribatur lemma illvd Silvianum: *Ne deleatur Religionis, qua gaviſi ſunt Viri omnis generis literati, memoria.* Manifeſtum porro in Philoſophiam omnis generis legitimam redundat ex Scientia literaria emolumentum, ſi quis præclariſſimarum cujuscunque generis Scientiarum & artium, Theologiæ, Jurisprudentiæ, Medicinæ, Philoſophiæ preſſe proprieque ſic dictæ, utpote,

Religionum ab Eruditis receptarum compendium

Metaphyſicæ, Phyſicæ, Mathematicæ, Ethicæ, Politicæ, Philologiæ, utpote, Grammaticæ, Rhetoricæ, Poeticæ, atque Hiſtoriæ omnigenæ, Artium denique mechanicarum earumque illuſtrium noverit primordia, incrementa, decrementa, relevamenta, faſtigia & ſcriptorum merita, h. e. mutationes atque univerſam fortunam, quæ itidem tantum non unice ſcientiæ literariæ monumentis certo addiſcuntur. Quo ſimul etiam pertinet cognoſcere quid & a quibus ad ſingularum complementum faciens ſit præſtitum, quid impugnatum, quid aſſertum. Hæc omnia quippe habere comperta & ad veritatis inquiſitionem & ad Philoſophiæ neceſſariam prænotionem multo plurimum conducit. Quæ ſummatim propoſita per ſingulas ſpecies eundo ita ſeſe habere, reapſe quilibet periclitaturus experietur cum præſtantiſſimis recentioris & recentisſimæ ætatis Philoſophis, Philoſophiam cum ſcientiæ literariæ ſtudio conjungentibus, quorum omnium & ſingulorum axioma Philoſophicum lemma illud fuit Silvianum: *Ne deleatur Præcognitorum Pantoſophicorum memoria.* Maximum præterea Philoſophis omnis generis præbent adminiculum, utiliſſimum commercium, inventiones tam literariæ quam mechanicæ, quibus pleni ſunt libri, plenæ Sapientum voces, plena exemplorum vetuſtas, quæ jacerent in tenebris omnia, niſi ſcientiæ literariæ lumen accederet, niſi accenſum ab antiquioribus lumen propagaſſent recentiores propagarentque Phi-

Pantoſophiæ neceſſarium præcognitum.

Inventionum curioſum ſcrutinium.

Philoſophi recentiſſimi. Quippe ex quibus eminentiſſimi quidam collegerunt inventiones numeroſiſſimas Virorum Curioſiſſimorum non ſolum ad intuendum, verum etiam ad imitandum expreſſas, quas nobismet ſemper in tractanda Philoſophia omnigena proponentes, animum & mentem noſtram ipſa cogitatione & revolutione præluſionum harum excellentium conformamus, ſcientiamque inde noſtram philoſophicam, eamque omnigenam augemus atque perficimus memores lemmatis illius Silviani: *Ne deleatur literaria Inventorum memoria.* Quantum ulterius paret ſubſidium atque commercium Philoſophiæ omnigenæ eique illibatæ, ſcientia literaria ſuppeditando accuratiſſimam Societatum tam literariarum quam mechanicarum, Ephemeridum item Literariarum Societatibus illis confectarum, notitiam, ex profeſſo docuerunt Scriptores illi, qui quomodo principaliſſima Scientiarum omnis generis Philoſophicarum Capita, Societatum illuſtrium ſtudiis atque Diariis ad ſummum perfectionis faſtigium vel deducta jam ſint vel adhuc ſint deducenda, integris de Societatibus æque ac Ephemeridibus conſcriptis commentariis luculentiſſimum in modum explicarunt. Ex quibus Scriptoribus inter alia colligimus, multos quidem homines excellenti animo ac virtute fuiſſe, qui ſine doctrina, naturæ ipſius habitu prope Divino, Philoſophi extiterint omnis generis celebriores, ſæpiusque ad laudem Philoſophiæ naturam

Societatum & Ephemeridum concilium breviarium.

ſine doctrina quam ſine natura valuiſſe doctrinam; præclarum tamen ac ſingulare quid tum demum extitiſſe & adhuc dum ſolere exiſtere in omnigena Philoſophia, ſi quando ad naturam eximiam atque illuſtrem acceſſerit ratio quædam confirmatioque doctrinae Collegiis certis & Diariis in iisdem conſcriptis, acquiſita, quibus floreat lemma illud Silvianum: *Ne deleatur Societatum & Ephemeridum literariarum memoria.* Deprehendimus & tum præſtantisſimum Scientiæ Literariæ cum Philoſophia omnigena commercium, cum accuratius attendimus & intendimus, Philoſopho illi genuino, recurrendum eſſe ad ſcientiæ literariæ fontem qui pro argumento neceſſario ſcire debeat, vel pro ornamento quæſito ſcire velit, quinam in antiquiſſimis Hebræorum Synagogis, quinam in antiquioribus Græcorum Muſeis & Prytaneis, quinam in Romanorum ſeu Latinorum ſcholis vixerint Philoſophi, quamve habuerint tradendi Philoſophiam methodum: quinam floruerint in recentioribus Univerſitatibus, quinam floreant, hodie in Academiis recentiſſimis Philoſophi & qua ratione methodus eorum docendi Philoſophiam vel ad antiquam accedat vel ab eadem diſcedat. Ex hoc numero qui & ſcire hoc debuerunt & voluerunt, ſunt Autores illi qui ex inſtituto tractarunt de Academiis & univerſa Jura & univerſas res Academiarum literarias ſingulari quadam cura exhibuerunt. Qui profecto, ſi nihil ad percipiendam colendamque Philoſophiam Hiſtoria Academiarum

Academiarum hiſtoricum complexum.

miarum

miarum literaria ſuiſſent adjuti, nunquam ſe ad accuratum illas deſcribendi ſtudium contuliſſent nec tantopere commendaſſent lemma illud Silvianum: *Ne deleatur literaria Academiarum & Academicorum memoria.* Saluberrimum adhæc ſcientiæ literariæ quoad Bibliothecarum & librorum notitiam in Philoſophia eaque rectiſſima, adminiculum, ſaluberrimum commercium, ſumma eius evidentia, neminem niſi brutum latere temere permittit. Tritum eſt dicterium: Notitia librorum dimidium eſt ſtudiorum. Sola perfectæ Philoſophiæ cognitioni viam ſternit, judice Excell. MORHOFIO, notitia Bibliothecaria. Quæ cognitio cum res Divinas & humanas, naturales & civiles, publicas & privatas adeoque totius Universi memorabilia ambitu ſuo comprehendat, non minus etiam fructum e ſcriptis quibus illa conſignata poſteritati traduntur, oportet promanare longe ubertimum. Deduxerunt fructum hunc notitiæ Bibliothecariæ inſignem commentariis peculiaribus Viri Excellentiſſimi, & inter illos, qui ab omnibus omnino Eruditis maximo cum æſtimio maximoque cum emolumento ſuſcipiuntur leguntur & laudantur Exquiſitiſſimi Actorum Eruditorum Collectores iique Lipſienſes condecorati lemmate illo Silviano: *Ne deleatur literaria Bibliothecarum memoria.* Præſtantiſſimum denique & ſaluberrimum Scientiæ literariæ cum Philoſophia optima commercium egregio quaſi ſurculo exinde enaſcitur, quod inſi-

Bibliothecarum hiſtoricum Summarium.

Symbolorum Numiſmatum, ſtemmatum & inſignium ſelectum rationarium.

Digitized by Google

inſideat quædam in Optimo quoque virtus quæ noctes & dies animum gloriæ ſtimulis concitet atque admoneat, non cum vitæ tempore eſſe dimittendam commemorationem nominis ſed cum omni poſteritate adæquandam: quod optimus quisque nunquam tam parvi videatur eſſe animi qui in his vitæ periculis laboribusve verſatur, ut cum usque ad extremum ſpatium ſæpius vix tranquillum atque otioſum ſpiritum duxerit, ſecum ſimul omnia moritura arbitretur: quod optimus quisque non ſtatuas ſolum & imagines, corporum ſimulacra, ſed animorum quoque monumenta, conſiliorum item ac virtutum ſuarum effigiem relinquere allaborat, a ſummis ingeniis expreſſam & politam. Enata enim ſunt inde Imperatorum, Pontificum, Regum, Cardinalium, Ducum, Comitum & aliorum tam dignitate Politica & Eccleſiaſtica quam eruditione literaria illuſtriſſimorum, ſymbola, numiſmata, ſtemmata & inſignia, quorum ortum, progresſum, modernum ſtatum, ſcriptorumque de iis ſelectum, ſcientiæ quoque literariæ amatores & cultores intenſiſſimo, quo poſſunt, ſtudio atque officio perſequuntur commendatum ſibi tenentes lemma illud Silvianum:

N*e deleatur*, S*ymbolorum*, N*umiſmatum, Stemmatum & Inſignium memoria.*

Recolli-

Recolligo nunc uno quaſi obtutu univerſum ſcientiæ li- terariæ genium & ultimum ſcopum ex argumentis, di- ſcurſu præcedaneo prolatis, & infero inde occaſione ſymboli *Ducis* illius *Albani*, quod leoni & gruibus duabus, mutua opera candelam ardentem candelabro impoſitam tenentibus in teſtimonium vigilantiæ & utilitatis bellicæ appingi quondam curavit: VITÆ USUS, recolligo (inquam) inde ac infero, & univerſum ſcientiæ literariæ genium cum Philoſophia genuina collatum & ultimum ejus ſcopum Philoſophiæ genuinæ applicatum abſolvi ſymbolo illo Albanico mutatis paululum verbis concepto: PHILOSOPHIÆ USUS; vel ut clarius proferamus: *Scientiæ literariæ genius collatus ſolidus eſt & manet Philoſophiæ omnigenæ uſus.* Elegantiſſimum pariter eſt teſtimonium ac utiliſſimum illuſtramentum de genio illo ſcientiæ literariæ collato & uſu eiusdem applicato ſive de præſtantiſſimo æque ac ſaluberrimo ſcientiæ literariæ cum Philoſophia omnigena commercio, illuſtrisſimi illius quondam Angliæ Cancellarii, FRANCISCI BACONIS de VERULAMIO, quo teſtatus eſt, hiſtoriam non ſolum univerſam ſed plurimas etiam artes & ſcientias afflixiſſe olim neglectum Hiſtoriæ, ut vulgo vocatur, literariæ, afflictionisque hujus gravitatem ſcite ſatis expreſſit picta Polyphemi ſtatua; eruto oculo, cujus moli hiſtoriam & Philoſophiam omnem reliquam comparat, ſed huic nobiliſſimam partem, literariam Scientiam adhuc defuiſſe,

entiæ literariæ cum Philoſophia genuina commercio.

Teſtimonia ſelectiſſima Verulamii.

[illegible]fuiſſe, ficta ademti luminis imagine oſtendit, *Lib.* II. *de* [illegible]*ugmentis Scientiarum Cap.* IV. Conſentaneum huic eſt adeoque huic merito ſubjungendum teſtimonium Maxi-
Morhoſii. mi ſuo tempore Polyhiſtoris, *Dan. Georg.* M*orhoſii in Polybiſt. Lib.* I. *Cap. II.* §. 9. *p.* 16. *ed. noviſſ.* Lubec. *d. a.* 1708. *in* 4. Tam longe lateque Prudentiae literariae utilitas ſe diffundit, ut nulla tam ſit exigua diſciplina, cui illa faces non praeferat. Qui & L*ib.* 1. *Cap.* XX. *p. m.* 250. *ed. noviſſ.* integrum Caput inſinuavit quidem de fructu Hiſtoriae omnis Bibliothecariae ſed inperfecta tamen plane & variis iisque Morhoſio alias inſolitis & alienis ab argumento digreſſionibus interturbata delineatione delineavit, quippe qua unicum tantum delineavit uſum & fructũ, quo cognoſcimus, an objectum Scientiae literariae, quod occurrit nobis, noviter inventum an antiquitus cognitum novoque tantum habitu indutum nova tantum forma
Vockerodi. repurgatum. Conſentaneum eſt Verulamii & Morhoſii teſtimonio ſuffragium adeoque & his ſubnectendum, *Godofredi* V*ockerodi in* E*xercitat. Academ. Goth. ed. an.* 1704. *in* 8. Exerc. I. *de Societat. Literar. Praeſ.* §. III. *p.* 5. Humanis artibus & diſciplinis Philoſophicis ſingularia præſidia Litteraria præſtat Hiſtoria. Dum enim liberalium artium diſciplinae in Hiſtoria incunabula ſua invenenerunt, ſine dubio ad ſolidam Sapientiam aditum ſibi intercludet, qui univerſae hiſtoriae oculum, quomodo a VERULAMIO appellatur hiſtoria literaria, neglexerit. Con-

Conſentaneum eſt Verulamii, Morhofii, Vockerodi teſtimonio, pronunciatum adeoque huic iterum ſubtexendum *Joachimi Mantzelii* in Diſput. Roſtoch. hab. a. 1701. Præſide Summe Rev. Dn. D. *Zach. Grapio*, ſub tit. *Hiſtoria literaria Alcorani*, & quidem *in initio Præfat.* Quanta ſit Hiſtoriæ literariæ utilitas quanta neceſſitas norunt omnes quotquot literas elegantiores amant. Equidem olim in Ignorantiæ Seculis Hiſtoria Literaria non adeo optimæ erat notæ. Hodie ſtudiis refloreſcentibus majores Hiſtoriam Literariam circumſtant laudes eæque non immeritæ, ob inſignem plane quem orbi literario communicat uſum ob quem merito quotidie magis magisque excolenda eſſet. Tollas enim Hiſtoriam literariam, etſi nulla forent damna alia, id damni ſat eſſet, quod confuſioni certe non exiguæ ſtudia elegantiora exponantur. Quibus omnibus ſuperaddendum eſt denique & uberrimum & accuratisſimum & ad confirmanda teſtimonia præcedentia & ad illuſtrandum maxime VERULAMII illuſtramentum optimo conſilio compoſitum, teſtimonium, HENR. MEIBOMII, in *Præfat.* de fine, fructu & utilitate Hiſtoriæ literariæ *præmiſſa Notis & augmento ad Val. Henr. Vogleri Introd. Univ. in notitiam cujuscunque generis bonorum Scriptorum ed. Helmſtad. d. a. 1700. in 4.* Doleo ſummopere cum Viris Maximis & in re literaria longe verſatisſimis, nondum hactenus deſcriptum eſſe delineatione Syſtematica univerſum ambitum Scientiæ literariæ ejusque utilisſimæ & maxime neceſſariæ quippe tot tantisque Virorum Maximorum encomiis decantatæ, Scientiæ, inquam, literariæ quæ obſtetrices quaſi manus ſuppeditat omnibus omnino ſcientiis preſſe proprieque ſic dictis, omnibus item artibus preſſe proprieque ita nominatis, obſtetrices illas ſcilicet manus ut prodeant, obſtetrices illas manus quibus probatur ſcientias prolatas artes ſinu ſuo excipit, variis

Marginalia: Manzelius. — Meibomii. — Methodicum Syſtematis Literarii ejusque ſelecti argumentum jucundiſſimum æque ac ſaluberrimum.

Occaſio e-jus. variis illas encomiis, relationibus, citationibus, remisſionibus, atque compendiis, quæ ſingula undique colligit, vel ipſas contrahit, earum fata exponit, vel exornat & ſuſtentat adeoque aſſervat, ut ex illis ſubſidiis aut certe eorum occaſione, ſi forte ipſæ ſcientiæ, ipſæ artes nonnullæ quaſi demortuæ, temporis injuriæ cedere cogantur, ſuam aliquando παλιγγενεσίαν obtinere exoptatum in modum & feliciter reſtitutum poſſint. Dum autem deſiderato huic Scientiæ literariæ, a Cultoribus ſtudii literarii repetitis deſideriis expoſito, juſtisſimo cum affectu indoleo, ipſo dolore mutuo ductus moveor ipſo mutuo deſiderio commoveor ad communicandum orbi literato ſubſidium meum, ſi quod dicendum, literarium, quod tredecim abhinc annis colligere cœpi & cuius collectionem, quanta fieri potuit induſtria, hucusque continuavi, in uſum eumque, ut ſpero, haud infructuoſum omnium & ſingulorum qui certum exoptarunt hactenus & adhuc exoptant Cynoſuræ certæ adminiculum, cujus beneficio ad certa ſegmenta referri commoda ratione poſſint, omnia Scientiæ omnis literariæ momenta eaque ponderoſiora, cujusve beneficio certa ſic ratione (quoad ordinatum; ſcilicet ſegmentum & ſelectum momentum) exhauriri posſit, quod rectisſime alias inexhauſtum habetur Scientiæ Literariæ univerſum objectum.

Expoſitio in lucem publicam ejusque cauſa. Hunc uſum ut conſequatur ſubſidium meum, ſi quod dicendum, literarium, & ut juſtum debitumque Summorum in re literaria Virorum experiatur judicium, Rudimentum hoc Scientiæ Literariæ (Complementum enim vires unius hominis inſuperabili pondere excedit) quamvis per partes tranſit e latibulo privato in publicum Eruditorum conſpectum & quidem Syſtematico quodam conſtipandi filo contextum, nequaquam vero ac ſi is ſim vel eſſe geſtiam, qui vel jure quodam tribuere mihi posſim vel actu quodam mihi tribuam, quod

præſta-

præſtare id posſim aut præſtem, quod ante me non præſtiterint Viri Summi; quorum ingenii felicitatem & eruditionis ubertatem, plnrimis paraſangis mea, ſi quæ eſt, ſuperiorem, debita cum veneratione e longinquo veneror, quippe qui tenuitatis meæ & quoad ingenii felicitatem & quoad eruditionis ubertatem optime mihi ſum conſcius, quemadmodum & omnino conſcius ſum Scientiæ Literariæ pulcherrimum quidem ſed tam amplum eſſe & ſpatioſum campum, ut illi emetiendo non unius ſed ne plurium quidem hominum eruditisſimorum licet & Chalcenterorum ingenia aut calami ſufficiant. Prodit per Sectiones certas in lucem eamque publicam, colluſtrante lumine Divinæ Gratiæ virtuteque ejusdem clementer adjuvante viribus inſtituto paribus inſtructum & applauſu Eruditorum quem in Epiſtolis Manuſcriptis exoſculor, ſublevatum Syſtema noſtrum idque Literarium præter votum præmaturi Cenſoris neque viribus cenſendi paribus inſtructi, neque ullius ex Eruditis genuini applauſu ad cenſendum conducti: præter votum item MOPSTURCII cujusdam JUDICIIFACII, Hominis moraliter maxime rudis, verba quidem moraliter maxime rudia crepantis ſed nihil ſerium, nihil ſolidum attingentis, adeoque crepitaculis ſuis mea quidem ex parte ſecure ſibi placentis. Emergit e tenebris, quibus hactenus latuit, RUDIMENTUM SCIENTIÆ LITERARIÆ Syſtematico quodam contexendi tenore conſtipatum volvens atque circumvolvens univerſum ſtudii illius, quod vulgari nomine audit literarium, Circuitum, tam quoad ordinatum ſegmentum quam quoad ſelectum momentum, prodit in lucem eamque publicam, compoſitum ſtudio illo quod impendi potuit per vires noſtras quantumvis exiguas, intenſiſſimo, concinnatum ſubſidio illo, quod conquiri potuit, literario, quantumvis exiguo, tum pro conditione loci huius nimium remoti

Compoſitio Syſtematis præſentis facta ad Subſidium conceſſum.

Digitized by Google

ab illis locis unde ſubſidia iſtiusmodi rariora petenda, tum pro conditione Bibliopoliorum hujus loci ſufficienti ad præſens Syſtema apparatu hand inſtructorum, tum pro conditione Bibliothecarum hujus loci tam publicarum quam privatarum, pauciſſimis Scriptoribus ad Syſtema præſens ſpectantibus, repletarum, tum denique pro conditione Bibliothecæ mihi propriæ, multis quidem nondum tamen exoptatis omnibus refertæ Scriptoribus ad præſens exornandum farciendumque Syſtema conducentibus. Siſtit ſeſe paulatim Orbi literario & in eodem circumfertur Syſtema neceſſariæ maxime in omnibus omnino diſciplinis in omnibus omnino artibus iisque illuſtrioribus, Scientiæ, ſcientiæ ſalutaris maxime in omnibus omnino diſciplinis, in omnibus omnino artibus, iisque illuſtrioribus, Syſtema nempe Literarium decem & trium ſegmentorum ſive Sectionum ordine atque circulo conſtrictum, in quibus momenta eaque ad fundamentum pertinentia, univerſumque Scientiæ Literariæ circuitum penetrantia, ſenſu perſpicuo & debito neceſſarium & ſalutarem in modum explicantur, Aphoriſmo quodam nervoſo eoque paulo fuſius diducto, ad uſum in omnigeno Scientiarum curriculo ſalutarem ſalutari quadam ratione applicantur, & ſic tandem Scriptorum optimorum, qui momenta illa literaria explicata hac neceſſaria & ſalutari ratione atque applicata, vel ex toto vel ex parte, vel integra vel minus integra opera, vel imperfectum in modum illuſtrarunt vel perfectum in modum elaborarunt atque evolverunt, ſelectiſſimo cum ratiocinario obſignantur. Prima Sectio eſt ISAGOGICA, continens Scientiæ quæ dicitur vulgo literaria, genium inſitum æque ac illatum; Secunda BIOGRAPHICA, continens Virorum doctorum per Secula recenſitorum Catalogum; Tertia RELIGIOSA, continens, Hiſtoriæ Religionum orbis compendium; Quar-

Diſpoſitio Syſtematis præſentis quoad ordinem & Methodum

ta

ta PHILOSOPHICA, continens, diſciplinarum Philoſophicarum & Artium Mechanicarum earumque illuſtrium neceſſarium præcognitum. Quinta, CURIOSA ſive CONTEMPLATIVA, continens Inventionum & Philoſophicarum & Mechanicarum curioſum Scrutinium; Sexta COLLEGIATORIA, continens Collegiorum Literariorum ſive Societatum Literariarum compendiarium recenſum; Septima, EPHEMERIDICA, continens Ephemeridum literarium, conciſum breviarium. Octava, ACADEMICA, continens Academiarum per Secula Hiſtorico-Pragmaticum complexum; Nona, BIBLIOTHECARIA, continens, Bibliothecarum Literariarum Hiſtorico-pragmaticum Summarium; Decima, SYMBOLICA continens, Scientiæ Symbolicæ & Symbolorum Literariorum ſelectum rationarium; Vndecima, NUMMARIA, continens Scientiæ Nummariæ & Scriptorum de Nummis ordinatum atque ſelectum Recenſum; Duodecima, GENEALOGICA, Genealogicæ Scientiæ quoad Capita literaria contractum maxime compendium; Decima Tertia, HERALDICA, continens Heraldicæ Scientiæ in Sacris Bibliis rudimentum, & in Scriptis Philoſophicis complementum.

FAXIT DEUS UT FIAT ET FELICITER ET SALUTARITER

EGò de cætero ſuperclilioſas atq; inficetas toties miſerabor non mirabor cenſuras delicatulorum ac Suffenoum ingenii atque conatus mei Prometheorum pariter ac Scrutatorum, quoties nempe ſupremam in Republica ingenioſa dictaturam abſque Senatus & populi ſuffragiis liberius circa Syſtema hoc

meum idque Literarium exercentes, nec contenti omnem limati atque elegantis ingenii & ſtudii gloriam velut peculiare patrimonium ſtolido atque intolerabili monopolio ſibi vendicare, me quoque cum aliis indicta cauſa ingenioſorum atque doctorum tribu motum inter Parnaſſi ærarios aut proletarios referre haud erubeſcent; ſemel pro ſemper ingeminans illud egregium & more atque amore Chriſtiano eoque genuino maxime dignum d. 14. Jun. ann. 1616. a FRID. BALDUINO, Graviſſimo quondam Theologo concinnatum

Qua ratione meos ulciſcar quæritis hoſtes?
  Expediam. Ulciſci ſic quoque diſce Tuos.
Inceſſunt, *taceo*: Culpant, *fero:* Crimina ſpargunt,
  Diſſimulo: mordent, absque dolore meo:
Obtrectant, *ſileo:* ringuntur, *rideo:* vulgo
  Traducunt, *patior*: dant mihi damna, *ſino.*
Aſpiciunt torvis oculis, ego *comiter illos*
  Aſpicio: turbant cuncta, *quiete fruor.*
Latrant, *non moveor*: frendent, *non curo:* minantur.
  Nil metuo: torquent labra, *laboro nihil.*
Exagitant, *non exagitor:* Vexant, *neque vexor.*
  Lædunt, *non lædor*: probra refutat *honor.*
Inſidias ponunt, *evado:* petunt caput, *oro.*
  Peſſima molitis, *optima quæque precor.*

Digitized by Google

SYSTEMATIS SCIENTIÆ
LITERARIÆ SELECTI

[B]IBLIOTECA NAZ. ROMA [VIT]TORIO EMANUELE

SECTIO PRIMA,

eaque ISAGOGICA,

continens

SCIENTIÆ LITERARIÆ INSITUM ET ILLATUM GENIUM.

Circa Sectionem præſentem eamque primam Syſtematis Selecti Scientiæ Literariæ, octo veniunt perluſtranda momenta de inſito atque illato Philoſophiæ literariæ genio, hincque & octo pervolvendæ veniunt Subſectiones; quarum *Prima* exhibet Scientiæ Literariæ Philoſophos inter Hebræos ortum: *Secunda* Ejusdem cultores inter Gentiles Græcos ſcil. atque Romanos necnon Chriſtianos h. e. Patres Eccleſiæ Progreſſum : *Tertia* Conclamatum in ſeculis rudibus & barbaricis defectum : *Quarta* in Seculis refloreſcentibus exoptatum refectum : *Quinta* modernum eumque imperfectum adhuc ſtatum: *Sexta* facilem & inopinatum Lapſum: *Septima* inſitum per conſtitutionem & naturam Genium: *Octava* illatum Scriptorum Nobiliſſimorum Selectum. Uſus Sectionis hujus Iſagogicæ in omnigena Scientia ſalutaris repræſentatur ſequenti Aphoriſmo: *Praſtantiſſimum Scientia Literaria ornamentum maximum eſt in Theologia & Philoſophia, imo in Eruditione omni-* Sect. I. Iſagogicæ Summarium.

 gena

gena ſubſidium. Idquod deducitur per Scriptorum in omnigena Scientia rationarium & Subſidii in omnigena Scientia literarii breviarium. Adjicitur tanquam Appendix Section. I. *Richteri Hiſtoria Literaria delineata & illuſtrata.*

SUBSECTIO PRIMA
DE
SCIENTIÆ LITERARIÆ
PHILOSOPHOS INTER HEBRÆOS ORTU.

§. I.

Ortus Scientiæ Literariæ.

Fontes de eodem.

ORTUM SCIENTIÆ LITERARIÆ quod attinet, debetur is ipſe æque ac ortus reliquarum Scientiarum, HEBRÆIS, deprehenditurque exiguis circumſcriptus terminis & ſolidus quoad Sacra Bibliorum fundamenta, inſolidus vero & incertus quoad Eccleſiaſtica Rabbinorum interpretamenta & profana profanorum Scriptorum monumenta. ORTUM hunc Philoſophiæ literariæ apud Hebræos accuratiſſimo cum ſtudio & abſolutiſſimo cum genere ſcribendi perſequutus eſt JOH. FRANCISCUS BUDDEUS, Profeſſor quondam Academiæ Halenſis & quidem Philoſophiæ, nunc Academiæ Jenenſis & quidem Theologiæ longe Celeberrimus, Meritiſſimus, in INTRODUCTIONE AD HISTORIAM PHILOSOPHIÆ HEBRÆORUM, ann. 1702. in 8. Halæ Saxon. publicæ luci expoſita, compendiario ſelectu recenſita a Collect. Act. Erud. Lipſienſ. d. a. 1702. m. Jun. p. 245. ſqq. 250. debitoque cum judicio dijudicata a Collect. Unſchuldigen Nachrichten von alten und neuen gelehrten Sachen, d. a. 1702. XXVIII. Sonntag. Neues. n. I. pag. 444. ſqq.

Buddeus.

§. II.

§. II. Bangius.

Conferatur cum Introductione Excell. Dn. Buddei, Cœlum Orientis & priſci Mundi, Triade Exercitationum literariarum repræſentatum curisque THO-

Digitized by Google

IOMÆ BANGII inveſtigatum. Ed. Haſn. 1657. in 4. cui cum Ex-
tationes literariæ antiquitatis Haſniæ olim anno 1638. 1644. 1647. in
ublicatas inſeri curaverit & quidem Primam agentem de Pliniana litera-
æternitate, primis literarum natalibus, libro Henochi & Libris cœleſti-
pag. 1-96. Secundam agentem de literatura Patriarchali, Literis Ada-
Sethianorum, Henochi, Noachi, Hetruſcorum, item de literarum cœ-
um & Angelicarum figura & futilitate. p. 97-208, Septimam Hiero-
i opinioni de Esdræo hodierni characteris Hebraici novo invento mo-
e oppoſita, p. 209-224. mirum juſtiſſimo jure videtur Literatiſſimo Tho-
Crenio Part. X. Animadv. Hiſt. Philol. Cap. I. §. IX. p. 99. 100. quare
ſerit Exercitationem Tertiam agentem de antiquitate Characterum Ægy-
:orum, de triplici Ægypt. literarum figura, de Græcorum literis magnam
em natis apud Ægyptios & propagatis in Græciam ed. Haſn. 1646. in 4.
rtam tractantem de Sacris Ægyptiorum literis ſ. Hieroglyphicis eorumq;
ine & duplici ſpecie. Haſn. 1641. in 4. Quintam Exerc. Literar. Antiquit.
Jrania Sacra & profana exhibetur vel Heliocanthari Hieroglyphicum
ma initio ex profanæ antiquitatis modulo ita præformatur ut mox ad ty-
doctrinæ ſecundum pietatem Rom. VI. 17. 1. Tim. VI. 3. Tit. I. 1.
ormam verbi Divini reformetur Haſn. 1642. in 4. Sextam Exerc. Li-
Antiqv. de Antiquitate literarum Hebraicarum, quibus Sacra V. T. vo-
na perſcripta exſtant, oppoſitam Joſepho Scaligero ib. 1646. in 4. & O-
am ſeu Ult. Exerc. Liter. Antiqv. exhibentem Spicilegium variarum ad-
onum literariarum oppoſitarum Lud. Capello, Barth. Mayero, Joh. Mo-
, Bened. Blancuccio, Caſp. Sanctio, Lud. ab Alcaſar, Rob. Bellarmi-
: Joh. Maldonato. Haſn. 1648. in 4. Has Exercitationes quare iſti ſuo
ddiderit BANGIUS Orientis Cœlo, dicere non habet ὁ πάνυ CRE-
S l. c. niſi *quod temporis exiguum ſpatium, quo arctatus* ipſe BANGIUS
itur p. 222. obicem poſuerit, enumerare vero voluit CRENIUS, ne le-
ignarus eſſet, illo in libro quas deſideraret quæque deeſſent diſſertatio-
quas oppido pauci editas norunt. Ultimam idem BANGIUS ὡς ἐν
ν refert. Cæterum (pergit CRENIUS) laudat illud BANGII ſcriptum
Calovius in Proleg. Comment. in Geneſ. cap. V. p. m. 19. ſq. Exi-
vero & doctiſſimus Theologus D. Phil. Müllerus in erudita diſſertat.
omine in cœlis ſcripto è Luc. X. 20. Jenæ hab. & ed. M. DC. LXXVIII.
Cap. II. m. 1. §. 7. pag. 39. ſcribit: *Bangium non æquali ſemper applauſu
credidi nugas exponere.*

 §. II.

Digitized by Google

§. III.
ORTUS Scientiæ Literariæ apud Hebræos compendium.

§. III.

ADAMUS ſcilicet ſicut fons eſt reliquarum ſcientiarum earumque omnium, ita quoque fons eſt Scientiæ Literariæ. Derivata eſt ab hoc fonte Rei Literariæ notitia per Sethianos Adami poſteros ad Noachum, per Noachi ex Semo poſteros ad Abrahamum, per Abrahami poſteros illato novo velut notitiæ lumine tum apud Ægyptios tum apud alias gentes, in quarum ditionibus commorati ſunt, accenſo, ad Moſen omnigeno Sapientiæ apparatu inſtructum. Act. VII. 22. Poſt tempora Moſaica ulteriora Philoſophiæ literariæ fundamenta poſita ſunt in ſcholis Prophetarum & Doctorum Hebraicorum, quippe in quibus diſcipuli ſive Prophetarum Filii in omni ſcientiarum præſertim Divinarum genere erudiebantur. Turbata & per captivitatem Babylonicam diſturbata Hebræorum Republica, Rei literariæ interturbatæ culturam reſtituit Vir Sapientiſſimus & Philoſophus Hebræorum doctiſſimus, ESDRAS, cum συγχρόνοις ſive coætaneis ſuis Viris ut vulgo vocantur Synagogæ Magnæ. Poſt horum tempora neglecta eſt ab Hebræis Philoſophiæ literariæ notitia certe frigidius culta, jam tum ad alias Gentes tranſitura ibidemque culturam ſuam ulteriorem quæſitura. Vid. BANGIUS & BUDDEUS LL. alleg. ex inſtituto.

§. IV.
Adamus an primus fuerit inventor & cultor Literarum & literariæ Scientiæ?

§. IV.

Non prætereunda hoc in loco quæſtio haud otioſa, ſed ſalutaris, quam ſcire omnino intereſt, ne quis vulgo fallatur, monente B. URSINO Exercit. famil. de Zoroaſtr. p. 191. *An Adamus, fons ſive Autor Philoſophiæ omnigenæ etiam literariæ ſit etiam fons ſive Autor Literarum & librorum?* Sextuplicem colligere mihi licuit Philologorum circa hanc Quæſtionem Sententiam & quidem præ cæteris eminentem.

Prima ſententia eſt PLINII, qui Hiſt. Natur. lib. VII. Cap. LVI. uſum Literarum facit æternum. Caſtigarunt PLINIUM Phil. Mornæus de Veritate Relig. Chriſt. c. VII. Thomas Bangius in Cœlo Orientis Exercit. I. Qv. I. p. 1. 2. 3. aliique. Quamvis Joh. Henr. Urſinus Anal. Sacr. Vol. I. p. 329. aliique Plinium excuſent quaſi per æternum uſum, intelligat uſum, ſtatim a mundo condito & primis orbis incolis uſurpatum.

Secun-

Digitized by Google

Secunda ſententia eſt eorum, qui Adamo adſcribunt aſſertive primam literarum inventionem, quorum teſtimonia allegat Thomas Bangius in Cœlo Orientis Exerc. I.p.6.ſqq. teſtimoniis allegatis ſuum quoque teſtimonium ſubſcribens. Subſcribit & horum teſtimoniis PETRUS LAMBECIUS in Prodrom. Hiſt. Lit. Lib. I. C. II. §. V. VI. p.5. Joh. Henr. ALSTEDIUS in Theſauro Chronologiæ n. XXVIII. pag. 253 ſqq. Jacobus Gouſſetius in Comment. de Lingv. Hebr. p. 7. Georg. Urſinus in Tr. de Antiquit. Hebr. Scholaſt. Acad. Cap. I. p. 10. 11. Joh. Joach. Maderus Epiſt. de Scriptis vel Biblioth. Ante-diluv. pag. 2. Joh. Lohmeierus in Tr. de Bibliothecis Cap. II. p. 8. Petrus HOLMIUS Diſſ. Philol. de Scriptura & Scriptione §. IX. ſq. apud Th. Crenium in Analect. Philol. Hiſt. Crit. 1705. Amſtel. ed. in 8. p. 431. ſqq. Ad. Erdm. Mirus in den kurtzen Fragen aus der GrammaticaSacra Lipſ. 1703. in 12. P. I. S. I. N. I. Qu. III-VIII. p. 4-9. coll. Qu. XXIV-XXVII. p. 26. 27. aliique.

Tertia ſententia eſt eorum, qui MOSI adſcribunt aſſertive literarum primam inventionem, allegatorum numeroſa ſerie a Petro Holmio Diſſ. Philol. de Scriptura & Scriptione §. VII. p. 428. Anal. Phil. Hiſt. Crit. Th. Crenii ed. Amſtel. 1705. in 8. & ab ipſo Th. Crenio in Faſce II. Exercitat. Philologico-Hiſtor. ed. Lugd. Bat. 1698. in 8. pag. 38. 39. 40. Quos inter omnium maxime eminet Joh. Henr. URSINUS, Anal. Sacr. ed. Francof. in 8. d. a. 1658. Vol. I. Lib. VI. n. 1. p. 327. & Exercitat. familiar. Norib. ed. 1661. in 8. de Zoroaſtre Bactriano, Hermete Trismegiſto, Sanchoniathone Phœnicio eorumque Scriptis & aliis contra Moſaicæ Scripturæ antiquitatem.

Qvarta ſententia eſt eorum, qui PHOENICIBUS aſſertive adſcribunt primam Literarum inventionem, quorum catalogum & teſtimoniam vid. apud Petrum Holmium in Diſſ. Philol. de Scriptura & Scriptione §. III. p. 425. Anal. Philol. Hiſt. Crit. Amſt. 1705. in 8. ed. Th. Crenii & ipſum CRENIUM ibid. in notis p. 426. 427. Quos inter eminet maxime Herm. Hugo, Jeſuita, in libello de prima ſcribendi origine & rei literariæ antiquitate. Guil. Poſtellus in Tr. de Phœnicum literis cum Angelo Politiano cap. XXXIX. p. 543. ed. Lugd. 1546. in 8.

Quinta ſententia eſt eorum, qui inventorem literarum determinare nolunt, ſed judicium ſuum de determinatione ita ſuſpendunt, uſurpantes antiquum illud Romanorum: NON LIQVET. Quales ſunt Gerh. Voſſius in Tr. de Artibus popul. Cap. II. §. 8. p. m. 9. & Tr. de Art. Grammat. Lib. I. c. IX. p. 37. Aug. Pfeifferus, Introd. in Orientem ſive Synopſi Nobil.

Quæſt. de Linguis Orient. ed. 1672. in 4. Witteb. Diſſert. III. Qu. I. p. 46. Joh Fr. Buddeus Introd. in Philoſ. Hebr. §. I. p 3. Joh. Georg. Pritius in Diſſert. Acad. 1698. Lipſ. hab. & ed. de Republ. Liter. membr. IV. p. 8. 9. Et alii.

Sexta ſententia eſt eorum, qui conciliare conantur præcedentes ſententias, adeoque diſtinguunt inter Hieroglyphica Rudimenta ſive Characteres Symbolicos & Hieroglyphicos & literarum notamenta atque complementa ſive Commentaria integra literis conſignata, aſſerentes, Hieroglyphica Rudimenta obtinuiſſe temporibus Patriarcharum adeoque ante tempora Moſis; Literarum notamenta atque complementa ſive Commentaria literis conſignata tempore Moſis & a tempore Moſis apud Gentes profanas. Eſt hæc ſententia Joh. Mich. HEINECCII in Sched. Hiſt Helmſt. ed. in 4. 1703. tit. Hiſtoria Hiſtoriæ Cap II. ex inſtituto. Eſt ſententia VAL. ERNEST. LOESCHERI in Tr. Witt. ed. in 4. Ann. 1706. de Cauſis Lingv. Hebr. Lib. II. Cap I. §. XVII. ſeqq. p. m 219. 220. ſeqq. Eſt ſententia Godofredi Vockerodi in Diſſert. de Societat. & re literaria primi mundi Cap. II. §. II. p. 142. §. XI. p. 161. it. in Diſſert. de notitia Divinorum Scriptorum inter Gentes Part. Poſt. Cap II. §. I. p. 280. 281. Exercit. Academ. Gothæ ed. an. 1704. in 8. Eſt & hæc ſententia M. Joh. Leonh. Heubneri in Diſp. Witt. hab. & ed. anno 1703. de Academiis Hebræorum §. IX. X. ubi ſtatuit, Patriarchas, etiam ante diluvianos, non deſtitutos fuiſſe omnibus mediis res & animi ſenſa cum aliis communicandi, ſed per rudimenta Hieroglyphica non per literarum commentaria. Videtur & hæc eſſe ſententia Chriſt. Saalbach. Diſp. Gryphisw. hab. & ed. 1705. ſub tit. Schediaſma de Libris Veterum coll. §. IX. p. 12. ſq. cum §. XLI-XLIV. p. 46-51. Atque hæc ultima eaque ordine ſexta ſententia ita nobis quidem, ſi quid videmus, videtur eſſe comparata, ut ejus beneficio diverſæ ſententiæ adeo conciliari poſſint, ut inter ſe invicem reipſa non diſſidere amplius deprehendantur.

SUB

Digitized by Google

SUBSECTIO II.
DE
SCIENTIÆ LITERARIÆ CULTORES INTER GENTILES ET CHRISTIANOS PROGRESSU.

Subſect. II. Progreſſus Scientiæ Literariæ apud Græcos & Romanos.

§. I.

§.I.

Progreſſus Scientiæ Literariæ debetur Græcis & Romanis, ad quos ab Hebræis tranſiit, quique eandem amplioribus dilatarunt ſpatiis & monumentis illis propagarunt, quorum omnia omnino momenta partim ſunt deperdita partim potiora ab aliis conſervata & reſidua. Deperdita commemorantur ab AULO GELLIO in Præfat. ad Noctes Atticas & quidem ſequentia: (1) MUSÆ: Ita Hiſtoriam ſuam inſcripſit Aurelius Opilius apud Latinos teſte Svetonio. Ita Herodotus inſcripſit opus ſuum nominibus novem Muſarum. Ita Æſchinis novem Epiſt. vocantur Muſæ teſte Photio tmem. LXI. Bion Rhetor. IX. Libros inſcripſit nomine Muſarum teſte Laertio in Bione. (2) SILVÆ. Ita Statius Papinius ſcripſit Libros Sylvarum. (3) πέπλον, Peplum. Ariſtoteles non Stagirita ſed alius ſcripſit Poema tit. Peplus, quo Heroum tumulos celebravit. (4) Κέρας ἀμαλθείας, i. e. Cornu copiæ. SOTION Libro ſuo talem titulum dedit. Gellius Lib. I. cap. 8. (5) Κήρια, i. e. Favi. (6) Λειμῶνες, i. e. Prata. (7) Ἀνθήρια, i. e. Florida. (8) Εὑρήματα, i. e. Inventa. (9) Λύχνοι, Lucernæ vel Faces. (10) Στρωματεῖς, proprie ſtragula variegata, improprie Libri varii argumenti. Ita Clemens Alexandrinus propter argumenti varietatem libros ſuos στρωματεῖς ſe vocaſſe fatetur. Reſpexiſſe videtur ad PLUTARCHI στρωματεῖς quos citat Euſebius Lib. I. de Præparat. Evangel. (11) Πανδέκται, Pandectæ, quaſi rerum omnium receptacula. (12) Ἑλικῶνα. Mons ſcilicet Muſarum fuit Helicon etiam inſtrumentum Muſicum ἐννεάχορδον ita dictum. (13) Προβλήματα. Problemata. (14) Ἐγχειρίδια i. e. Pugio. Manuale. Sic Epictetus ſcripſit libellum ſub tit. Enchiridion: quod ut Pugio militibus ſic libellus iis qui recte ſtudent vivere, in promptu paratus-

Quoad monumenta deperdita.

Digitized by Google

tusque ſemper eſſe debeat. Eraſmus quoque libellum inſcripſit: Enchiridion militis Chriſtiani. Sane appoſite. (15) Παραξιφίδες, i. e. Pugiones velut Enſi adjuncti. (16) Memoriales. Tales ſcripſit Maſſurius Sabinus teſte Gellio. (17) Πραγματικά, i. e. Negotialia. (18) Πάρεργα. Parerga. (19) Διδασκάλικα, i. e. Doctrinalia. (20) Παντοδαπὴ ἱστορία, i. e. omnimoda hiſtoria. (21) Πάγκαρπον, i. e. omnium fructuum ferax. (22) Τόποι, i. e. Loci ſcilicet Communes. (23) Conjectanea, qualia ſcripſit Atejus Capito, allegatus ſæpius a Gellio. (24) Indices. (25) Epiſtolicæ Quæſtiones. (26) Quæſtiones confuſæ.

Omnia illa monumenta Veterum, Græcorum & Latinorum, deperdita, fuerunt Polygrapha ſive Miſcellanea, variam & miſcellam & quaſi confuſaneam doctrinam continentia, adeoque Hiſtoriam Literariam egregie repræſentantia. Unde & tituli inditi ſunt ad ſententiam horum contentorum indicandam exquiſiti.

§. II.

§. II. Progreſſus Scientiæ Literariæ apud Græcos quoad Monumenta reſidua.

Reſiduæ Scientiæ Literariæ Veterum Græcorum eorumque Profanorum ſive Gentilium momenta, nobiliſſima ex parte nobis reliquerunt, DIOGENES LAERTIUS, Appiano σύγχρονος, in illuſtrium Philoſophorum vitis & Apophthegmatibus, Libris X. deſcriptis ed. Lond. in fol. 1663. Græco-Latine cum notis Caſauboni, Menagii & aliorum; it. ed. anno 1693. Amſtelodami in quarta forma majore duobus voluminibus. Vid. J. A. Fabricius Lib. IV. Bibliothecæ Græcæ Cap. XIX. pag. 601. ſqq. ex inſtituto. EUNAPIUS, Sardianus, Medicus & Sophiſta in opuſculo de Vitis Sophiſtarum, quod Græco-Latine prodiit cum notis Valeſii Pariſiis Ann. 1648. Vid. Fabricius ſuo loco in Biblioth. Græc. PHILOSTRATUS, Lemnius ſive Tyrius, in Iconibus & vitis Sophiſtarum ed. in fol. Pariſiis Græco-Latine a Federico Morello An. 1608. vid. Fabricius ex profeſſo in Libr IV. Biblioth. Græc. Cap. XXIV. PORPHYRIUS in Hiſtoria Philoſophica, de qua Fabricius ex inſtituto in Lib. IV. Biblioth. Græc. Cap. XXVII. PLUTARCHUS in Operibus quæ ſuperſunt omnibus ed. in fol. Græco-Lat. an. 1599. a Guil. Xylandro. Francof. Vid. ex inſtituto Fabricius Lib. IV. Biblioth. Græc. Cap. XI. HESYCHIUS; Grammaticus, in Lexico ex Diogeniano, Appione aliisque vetuſtiſſimis Lexicographis compoſito,

edito.

Digitized by Google

editoque Græco-Latine in 4. Lugd. Bat. An. 1668. cum notis variorum. Vid. Fabricius ex inſtituto L. IV. Biblioth. Græc. c. XXXV. SUIDAS, in Lexico, duobus Volum. in fol. Græco Latine edito Genevæ 1619. cum notis Æmilii Porti: caſtigatiſſima item & exoptatiſſima editione Cantabrig. ann. 1705. tribus Volum. in fol. accurante Ludolpho Küſtero. De quibus ex inſtituto Fabricius ſuo loco in Biblioth. Gr. & Collect. Lipſienſ. in Act. erud. d. a. 1706. m. Jan. p. 1. ſqq.; Et omnium eminentiſſimus, ATHENÆUS NAUCRATITA, in Libris qui inſcribuntur: DIPNOSOPHISTICA i. e. eruditorum hominum Cœna; Ed. Lugduni 1612. & 1657. fol. 2. Volum. Farrago ſunt hi libri omnigenæ antiquorum ſcientiæ literariæ, quæ proponitur per modum Dialogiſticum ſive collocutorium, quo ad convivium aliquod eruditum omnis generis Eruditi & docti Viri convocantur ad colloquendum de rebus eruditionis omnigenæ. Legatur argumentum Operis libris illis præfixum & luculentiſſime patebit. Ibi enim memoratur quomodo Dipnoſophiſtæ ad cœnam invitati, fuerint JCti & ex illis, Maſurius; Poetæ & ex illis Monius, Philoſophi & ex illis Democritus, Pontianus, aliique; Oratores, Medici & ex illis Galenus aliique; Muſici & ex iis Alcides Alexandrinus, aliique; adeoque omnigenarum ſcientiarum tam liberalium quam mechanicarum Doctores & Cultores eminentes qui Symbolas contulerunt de rebus illarum ſcientiarum literariis. Unde non poteſt non inibi latere magnum Scientiæ Græcorum Veterum Literariæ inſtructorium. Vid. ex inſtituto J. A. Fabricius Lib. IV. Biblioth. Gr. Cap. XX. §. VI. p. 631. ſqq.

§. III.

§. III. Progreſſus ſcientiæ literariæ apud Latinos quoad Monumenta reſidua.

Reſidua Veterum Latinorum eorumque Profanorum ſive Gentilium Scientiæ Literariæ momenta; nobiliſſima ex parte nobis reliquerunt, SVETONIUS in Libris de Claris Rhetoribus, Grammaticis & Poetis. De quibus ex profeſſo J. A. Fabricius Biblioth. Lat. ed. noviſſ. Hamb. d. a. 1708. L. 2. c. 24. p. 496. ſqq. Ambroſ. Aurel. Theod. MACROBIUS in Saturnaliorum conviviorum ſive variarum diſſertationum ſuper variis jucundæ & reconditæ doctrinæ argumentis, ad Euſtathium filium, Libris VII. veluti totidem dies quibus ad convivia convenere, qui inter ſe colloquentes inducuntur. De quibus ex inſtituto J. A. Fabricius l. c. L. 3. c. 12. § 8. ſqq. p. 621. ſqq. Et AULUS GELLIUS in Noctium Atticarum ad liberos ſuos Libris XX. varia facundia & ſcientia refertis quos ita inſcripſit, quod longinquis per hyemem noctibus in agro terræ Atticæ commenta-

mentationes illas ludere ac facere exorſus eſſet, ut ipſe ait in præfatione quæ in antiquioribus editionibus perperam locum extremum libri vigeſimi occupat. Quos inter Libros Sextus ἀκέφαλος eſt; Octavi, qui in quindecim capita diſtinctus periit, ſola argumenta ad nos pervenerunt, qualia libris ſuis GELLIUS ſe præfixiſſe ipſe in Præfat. teſtatur, etſi quæ hodie habemus, an GELLII ſint vel potius AVIENI, qui in MSC quodam Gellium recenſuiſſe dicitur, ambigunt aliqui Eruditorum. Vid. J. A. Fabricius l. c. L. 3. c. 1. pag. 509. ſqq. Ipſe enim GELLIUS teſtatur in Præfat. ſe, cum illud Heracliti Epheſii, Viri ſumme nobilis, verbum cordi haberet, quod profecto ita eſt, πολυμαθίη νόον ὐ διδάσκει i. e. confuſa & proletaria doctrinæ varietas mentem potius obtundit quam ad Sapientiam promovet, in volvendis tranſcundisque multis admodum voluminibus per omnia ſemper negotiorum intervalla, in quibus furari otium potuerit, exercitum defeſſumque modica ex iis eaque ſola accepiſſe quæ aut ingenia prompta expeditaque ad honeſtæ eruditionis cupidinem, utiliumque artium contemplationem, celeri facilique compendio ducerent aut homines aliis jam vitæ negotiis occupatos a turpi certe agreſtique rerum atque verborum imperitia vindicarent. &c. Legatur ipſa GELLII Præfatio.

§. IV. Progreſſus Scientiæ Literariæ apud PATRES ECCLESIÆ.

§. IV.

Debetur & Progreſſus Scientiæ literariæ PATRIBUS ECCLESIÆ ſive Doctoribus Eccleſiæ Chriſtianæ primitivæ iisque Eccleſiaſticis, quippe apud quos reſidua etiam ſunt Scientiæ literariæ monumenta & inter illa eminentisſimum illud CLEMENTIS ALEXANDRINI, quod complexus eſt Octo Libris Stromatum. Daniel Heinſius annot. in Clem. Alex. Strom. p. m. 39. Pollux (inquit) L. 7. c. 19. docet, nomen στρωματεῖς veſtem aliquam ſutilem ſignificare, in qua ſtragula ſolebant deponi ac colligari, quales erant ſacci, quos ibidem memorat, ex pannis lineis aut laneis conſuti, in quibus ſtragulæ veſtes reponi ſolebant ac funiculis obligari. Apud Athenæum & alios non multum videntur differre οἱ στρωματεῖς a ſtromatis ipſis. Piſcis quidam Lib. VII. Athenæi στρωματεὺς dicitur, quia ejus tergum virgis aurei coloris variatum eſt. Ita CLEMENS libros ſuos inſcripſit στρωματεῖς ob varietatem argumenti ut ipſe ait initio libri IVti quo verba ita fluunt ex verſ. Lat. *Sint autem noſtra, ut ſæpe diximus, Commentaria, propter eos, qui impudenter ac imperite ad ea legenda ſunt acceſſuri, varia, & ut ipſum nomen indicat, contexta,*

Clem. Alexandrinum.

ab

ab uno ad aliud continens tranſeuntia, & per verborum quidem ſeriem ac contextum aliud ſignificantia aliud vero indicantia p. 475. —& p. 476. *Eſt in exiguo ſpatio multa genitalis copia ſeminum eorum dogmatum quæ comprehenduntur in hoc opere tanquam ager omnibus herbis plenus, ait Scriptura. Unde etiam propriam habent inſcriptionem, Stromata Commentariorum, revera multum ſimilem illi veteri floridæ oblationi de qua ſcribit Sophocles: oviumque vellus, vitiumque illis erat libamen, unaque optime recondita. Eratque fructus & quidem haud modi unius. Et pingve olivum, defuit nec flavæ apis molimen, olim quod ſibi ex cera ſtruit.* Et pag. 357. ſub finem Lib. I. *Qui ex vera ſumitur Philoſophia cognitionis monimentorum primus Liber ſtromateus hic terminetur.* Et p. 615. ſub finem Lib. V. *Sic ergo quintus quoque liber Commentariorum eorum, quæ in Philoſophia vera poſſunt & debent cognoſci, qui nominatur ſtromateus, finiatur.* Propter hos libros STROMATUM, Clemens Alexandrinus a CASSIODORO appellatur, STROMATÆUS i. e. Contextor. Vid. Euſebius Lib. V. Hiſt. Eccleſ. cap. XI. ubi plurium fit mentio. Joh. Strauchius in Colleg. MSC. ad Hiſtor. Eccleſ. p. m. 332. 333. *Dicuntur* (inquit) *ſtromata, quia ſunt quaſi ſtragulum. Quia modo de hoc modo de illo, modo de alio doctrinæ capite, in iſtis libris diſputat. Verum eſt de illis judicium, quod omnia propemodum contineant quæ hodie ſcimus ex antiquitate Eccleſiaſtica. Digniſſimi libri, qui ab omnibus legantur, qui Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* (addo & Literariæ) *ſtudioſi audire volunt.* Conferendi ſunt cum Clemente Alexandrino reliqui Eccleſiæ Patres ſive Doctores Eccleſiæ Chriſtianæ primitivi iique Eccleſiaſtici, tam Græci quam Latini, qui coluerunt omnino atque excoluerunt ſcientiam literaturæ non tantum Eccleſiaſticæ & quidem Chriſtianæ, cujus monumenta habemus egregia in Libellis HIERONYMI & aliorum *de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, quos recenſet Joh. Andr. Boſius in Introd. ad notitiam Scriptorum Eccleſiaſticorum Cap. III. §. II. ſqq. pag. 434. ſqq. ex edit. Th. Crenii in Tomo III. Methodorum Lugd. Bat. 1699. in 4to publicato; ſed & ſcientiam literaturæ profanæ & Gentilis, Græcorum ſcilicet & Romanorum, cujus monumenta habemus egregia in Scriptis Patrum, imprimis Apologeticis, de quibus evolvendus eſt Ad. Rechenbergius Diſp. pecul. de Apologiis & Apologetis Veterum pag. 305. ſqq. —344. Volumin. Exercit. in N. T. Hiſt. Eccleſ. & Liter. varii argumenti ed. Lipſ. in 8. Anno 1708.

Hieronymus.

Apologetas.

SUBS. III. Defectus Scientiæ Literariæ in Seculis Barbaris.

SUBSECTIO III. DE SCIENTIÆ LITERARIÆ CONCLAMATO DEFECTU.

§. I.

§. I.

FLoruit Scientiæ ſive Hiſtoriæ ut vulgo dicitur literariæ, æque ac aliarum ſcientiarum ſtudium & viguit illibatum per ſecula ante C. N. & quinque priora poſt Chriſtum Natum. Sexto autem poſt C. N. Seculo & ſequentibus floridus ille Philoſophiæ literáriæ cultus una cum cætero defecit idque partim ex introducto MONACHISMO ſive introducta vita Monaſtica, partim introducto BARBARISMO, ſive Theologia & Philoſophia Scholaſtica introducta. De Monachiſmo vid. Diſp. Inaug. Hiſtor. Tobiæ Münch ſub Præſidio Dn. Guil. Mölleri hab. 1700. Altorff. de Monachorum origine, incremento, decremento. De Barbariſmo Jacobus THOMASIUS in Tract. de Doctoribus Scholaſticis & Giſb. Voetius in Diſp. Select. Tom. I. Diſp. integr. de Theologia Scholaſtica p. 12—29. Monachatus enim, qui initium debet Viris Chriſtianis qui Gentilium Tyrannorum ſævitiam fugerunt ſeculo poſt C. N. tertio, jam ſexto poſt C. N. Seculo in eum excreverat abuſum ut barbaries in literis regnaret & ſuperſtitio in moribus. Atque hic abuſus in ſeculis illis ſequentibus tantas quidem ſumpſit vires quibus nomine Monachorum & Religioſorum Virorum orbis Chriſtianus otioſorum & literas ſpernentium hominum multitudine repletus; non tamen tantas vires quibus omnis omnino literatura, Sacra, Eccleſiaſtica & Profana fuerit exſtincta, providentia Divina providente & procurante, ut & ipſa corrupta Monaſteria fuerint ſola & præcipua literarum omnigenarum domicilia, quemadmodum hoc eleganter admodum per ſingula a ſexto poſt C. N. Secula deducunt Centuriatores Magdeburgenſes in ſuis ſingulis Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Centuriis. (Quibuscum conf. Aug. Conf. art. XXVII. de Votis Monachorum p. 33. Apolog. A. C. p. 277. Art. Smalcald. p. 211. Mart. Chemnitius in Dedicat. Part. IV. Exam. Concil. Trid. pag. 3. Henr. Hopſnerus in Saxon. Evangel. p. m. 353. Joh. Georg. Dorſcheus in Parall. Monaſt. & Diſſert. Acad. I. p. 24. ſqq. Judice Iniquit. Part. I. p. 11. ſqq. & Part. X. p. 295. Joh. Ben. Carpzovius Iſag. in libb. Symb. p. 707. & p. 727. Herm. Conringius Diſſ. III. de Antiqu. Acad. p. 62. 63. 89. Jacobus Gœtenius

per Monachatum.

tenius in Obſervat. Sacr. Lib. II. Cap. IV. p. 38. qui provocat ad Zwingerum in Vol. 26. Theatr. Vit. Hum. p. 4064. Zeilerum in Epiſtolis 251. 253. 304. Joh. Henr. Urſinum in Comp. de Germanicarum Eccleſiarum ortu & progreſſu p. 70. Cruſium in Annal. Svev. p 42.) Theologi autem illi & Philoſophi, qui vulgo dicuntur Scholaſtici, & doctrinæ & vitæ rationem peſſimum in modum vitiarunt pro veris Sapientiæ & virtutis veræ imaginibus, vana ſimulacra ſubſtituerunt nec abſtinuerunt a fabuloſa & ſuperſtitioſa Vitæ Sanctorum Virorum deſcriptione in Martyrologiis, Actis Sanctorum & Vitis Patrum, quæ dudum ſordere cœpit ipſis ſanioribus Pontificiis, PAPEBROCHIO imprimis ejusque ſociis qui Martyrologicis illis & Biographicis indignis, lituras inducere juſtas & debitas non dubitarunt. Vid. Henr. Meibomius apud SLUTERUM in Propyl. Hiſt. Chriſt. p. 125. Zach. Grapii diſſ. Roſt. hab. & ed. 1697. de Meeræis & Menologiis Græcorum pag. 21. Collect. Act. Er. Lipſ. 1683. m. Jan. p. 7. ſqq. 1686. m. Jun. p. 270. 271. 1689. m. Febr. p. 57. ſq. T. II. Supplem. p. 206. ſqq. 1696. m. Nov. p. 500. ſqq. 1699. m. Octobr. p. 443. ſqq. Tom. III. Supplem. Sect. VII. p. 289. ſqq. Nic. Petr. Sibbern Schediaſm. de libris Latinorum Eccleſiaſt. p. 85. ſqq. Matth. Frid. Beckii Martyrol. Germ. Comment. illuſtr. & ed. in 4. 1687. Aug. Vindel. Cap. IX. §. 15. ſqq. p. 178. ſq. Ad. Rechenb. Exercitat. Philol. Volum. Lipſ. ed. 1707. in 8. diſp. de ineptiis Clericorum Romanenſium literariis §. XIX. p. 557. & §. XXXIV. p. 599.

& Barbarismum.

§. II.

§. II. Defectus in ſeculis Barbaris in genere ex Sarisberienſi.

Deſcribit neglectum illum Scientiæ Literariæ in Seculis barbaricis, contemptum & defectum conclamatiſſimum in genere, JOHANNES SARISBERIENSIS Lib. I. Metalog. c. III. his verbis. *Sufficiebat ad victoriam verboſus Clamor & qui undecunque aliquid inferebant, ad propoſiti perveniebant metam. Poëtæ & Hiſtoriographi* (adde Literatores reliqui omnes cum Literatura omnigena) *habebantur infames & ſi quis incumbebat laboribus Antiquorum notabatur & non modo Aſello Arcadiæ tardior ſed obtuſior plumbo omnibus erat inviſus.* In genere æque ac in ſpecie & quidem quoad THEOLOGIAM & PHILOLOGIAM, JOH. ZWINGERUS in Oratione de Barbarie Superiorum temporum recuſa & adjecta Principi Græce docto D. Georg. Henr. Gœtzii p. 93. 94. his verbis: *qui multiformi eruditionis ſupellectile erant inſtructi* (in ſeculis illis barbaris) *ſpreti ac ne dupondii quidem æſtimati fuerunt, qui autem e contrario*

In genere & in ſpecie ex Zwingero quoad Theologiam & Philogiam.

Digitized by Google

in Muſarum caſtris non militabant, & nec literas nec natare ſciebant ad ſidera fuerunt evecti ut triti illi tunc obtinuerint verſiculi:

Summa rudes Aſini rerum faſtigia ſcandunt
Maximus hoc illis tempore venit honos.
Et niſi ſis Aſinus nullum Tibi nomen habebis
Ac omni ſpretus deſtitueris ope.

Id. ib. p. 95. *Lingvarum contemptui comitem ſeſe addidit incredibilis omnium rerum præſertim Theologicarum inſcitia & plus quam Boeotica ſtupiditas præſertim in rebus ſacris tenuitque ſeculum ultra ter centum & plures annos. Pervaſerat opinio, quanto quis melior eſſet Grammaticus tanto pejorem eſſe Theologum. Imo teſte Claudio Eſpencao Græcum aliquid noſſe fuit ſuſpectum, Hebraice autem prope Hæreticum.*

Jurisprudentiam. In ſpecie quoad Jurisprudentiam. Id. ib. pag. 116. *Eo tempore luctuoſiſſimo, quo Reſpublica literaria quaſi animam agebat, agere quoque animam viſa fuit Jurisprudentia.* pag. 119. *Multi enim illis Seculis reperti fuerunt Leguleji, qui quot verba poſuerunt, totidem Autores citarunt, & ex alienis fontibus hortos ſuos ſteriles irrigarunt. Imo quamplurimi ubique locorum vixerunt Legiſtæ, pauci tamen qui Corpus Juris Civilis legere, multo minus intelligere, notisque ſuis illuſtrare potuerunt, qui certe omnes ſuis Exemplis comprobarunt. quod Phaleratis ejusmodi Aſinis vulgo ingeminari ſolet:*

In inſtitutis comparo Vos Brutis,
In digeſtis nihil poteſtis,
In Codice ſcitis modice,
In Novellis cœciores eſtis Catellis,
In dem Reichs-Abſcheid
Seyd ihr kommen nicht weit;
Et tamen creamini Doctores
O tempora! O mores!

Medicinam. In ſpecie quoad MEDICINAM. Id. ibid. p. 122. *Medica Profeſſio* (Seculis illis Barbaris) *ſqualida & ſtrigoſa eſt reddita priculoſisque erroribus ac impoſturis deformata. Medici tunc fuere non Doctiores ſed mendaces Profeſſores non veritatum ſed falſitatum irregulares & non regulares, argentum non probum ſed improbum.* Unde tritum illud:

Singuli ſe Medicos doctos, Idiota, Sacerdos,
Judæus, Monachus, hiſtrio, raſor, anus,
Miles, Mercator, Cerdo, nutrix & arator, &c.

In

Digitized by Google

In ſpecie quoad PHILOSOPHIAM. Id. ibid. p. 127. *Quis barbaris illis ſeculis Vir doctus æſtimabatur? Quis pro ſolido Philoſopho agnoſcebatur? Quis pro ſidere cœli literarii habebatur? Non certe qui ab abſtruſis & inutilibus ſibi cavit quæſtionibus, non qui angue caneque pejus vitavit tot & tam barbaras, quibus veritatem intricarunt, diſtinctiunculas, non qui Philoſophiam docuit & tradidit ex originali Textu PLATONIS & ARISTOTELIS & aliorum Virorum immortali laude dignorum, ſed illi ſolummodo qui in ſtercore Thomiſtarum & Scotiſtarum, Nominalium & Realium, quæſtionibus & diſtinctionibus, quæſtiunculis, diſtinctiunculis, expoſitiunculis probe fœdatus, merdatus & tanquam ſus in volutabro volutatus fuerit. Rerum ſupervacanearum inutilium & pernicioſarum, mirum quam fuerint periti gnari atque experti & qui in parvis logicalibus excellebat, multis paraſangis poſt ſe relinquebat qui de rebus graviſſimis eruditas inſtituerunt diſſertationes, &c.* Vid. Zach. Grapius in Diſſ. hab. & ed. Roſtoch. 1697. de Menæis & Menologiis Græcorum in Præfamine. Guil. Saldenus in Tr. de Libris Lib. II. Cap. I. §. I. p. m. 270. 271. Joh. Gottl. Möllerus Triga ex Hiſtoria literaria hab. & ed. Roſt. a. 1699. Cap. II. de Alfonſi a Caſtro teſtimonio de Ignorantia Pontificum Romanorum, inprimis §. XVIII. p. 18. Joh. Nic. Jacobi in Tr. Lipſ. ed. in 8. 1686. de Vulneribus Jeſu Chriſti Nazareni Cap. II. §. 56. p. 174. 175. 176. Tom. Crenius in Tomo II. Methodorum ed. in 4. Lugd. Bat. 1696. p. 14. 16. & Anal. Philol. Crit. Hiſt. ed. in 8. Amſtel. 1705. p. 4. 5. & præ cæteris Ad. Rechenbergius in Diſp. pecul. cui tit. de Ineptiis Clericorum Romanenſium literariis in Volum. Diſp. Philol. Lipſ. ed. in 8. 1707. inprimis pag. 543. ſqq. §. 11. ubi teſtimonia §. XXXVI. p. 599. ſqq. ubi cauſæ allegantur neglectæ Scientiæ literariæ nempe (1.) barbararum Gentium irruptio. (2.) Pontificii Regni tenebricoſa conditio. (3.) Scriptorum Elegantium ignoratio. (4.) Monachorum in clauſtris vacatio.

Philoſophiam.

Fontes de defectu conſulendi.

SUBSECTIO IV.
DE
SCIENTIÆ LITERARIÆ EXOPTATO REFECTU.

Subſ. IV. Refectus Scientiæ Literariæ Seculis reflorescentibus.

§. I.

REfloruit in Seculis poſt Chriſtum natum reflorescentibus Seculo ſcilicet XV. XVI. XVII. una cum reliquis Scientiis, Scientia quoque literaria,

raria, revocatis velut in lucem & vitam e clauſtris Monachorum & Scholaſticorum, ubi velut in ſepulchris hactenus delituerant, Theologiæ, Jurisprudentiæ, Medicinæ, Philoſophiæ & Philologiæ ſtudiis. Curavit tum ſtrenue negotium ſuum Philoſophia Literaria, ſi vel vetuſtatis injuria nondum penitus victa monumenta ſuis eſſent aſſignanda autoribus, vel ad uſum multorum prelo committenda, tantosque invenit amatores & cultores ut ipſorum numerus *Bibliothecas Bibliothecarum* dudum impleverit, quas inter alios publicarunt *Philippus Labbeus* & *Johannes Teiſſerius*. Enatæ ſunt his ſeculis integræ Societates, Actorum literariorum Autores, de quibus infra dicendum in ſectione ſexta. Enatæ Novellæ, Bibliothecæ, Ephemerides, Actorum literariorum Matrices, de quibus dicendum in ſectione ſeptima. Enati ſunt ſcriptores Catalogorum Librorum & Indicum, de quibus legendus eſt Dan. Georg. Morhofius in Polyhiſt. Lib. I. Cap. XVIII. & Burc. Gotth. Struvius Introd. in notit. Rei Literariæ ed. in 8. d. a. 1706. Jenenſ. Cap. I. §. 20. p. 27. & ed. in 8. Jen. d. a. 1704. Cap. IV. §. 11. p. 142. ſqq. Enati ſunt ſcriptores Locorum Communium de quibus legendus eſt Morhofius L. c. Cap. XXI. XXII. Struvius L. c. ed. Jen. d. a. 1706. Cap. VIII. §. I. p. 353. ſq. ed. Jen. d. a. 1704. Cap. IV. §. XIV. p. 173. ſq. Enati ſunt ſeculis illis refloreſcentibus ſcriptores Bibliothecarum Hebraicarum, de quibus conf. Joh. Chriſtoph. Wolfius in Hiſtoria Lexicorum Hebraicorum §. XXXI. p. m. 144. 145. Scriptores Bibliothecarum Græcarum & Latinarum, qualis Joh. Alb. Fabricius, de quo leg. Collect. Act. Erud. Lipſienſ. d. a. 1697 m. Mart. p. 109. ſqq. & anno 1705. m. Jul p. 323. ſqq. Enati ſunt Scriptores momentorum in omni genere Philoſophiæ literariæ notatu dignorum, de quibus volvendus & ex inſtituto evolvendus, eminentiſſimus ſuo tempore Literariæ Scientiæ ſtator ac vindex, DAN. GEORG. MORHOFIUS in Polyhiſtore Literar. Philoſophico & Practico, integro tandem aliquando Orbi literato exhibito Lubecæ Anno 1708. in 4. obſtetricante JOH. MOLLERO Flensb. Schol. Patriæ Rectore. Nunc ſubjungimus tantum teſtimonium RUDOLP. MART. MEELFUHRERI in Diſp. pec. Wittab. hab. & ed. 1699. *Ex Hiſtoria Hebræorum Literaria* ſive *de meritis Hebræorum in rem literariam*. Prooem. quanta (inquit) e melio„rum literarum omnium παλιγγενεσία Hiſtoriæ literariæ acceſſerint in„crementa, quantasque vires hucusque ea ſumpſerit, immortalia monumen„ta a Clariſſimorum Virorum induſtria in lucem publicam emiſſa evincunt. „Annon *Ficbardus*, *Trithemius*, *Geſnerus*, *Lycoſthenes*, *Mylæus*, *Friſius*, *Simlerus*,

Compendio deſcribtus.

Simlerus, Claud. Clemens, Beſſarion, G. Naudæus, Spizelius, Cardona, Cruci “
manius, Fauchet, Labbeus, Deſſelius, Lilius, Thurmannus, Sanderus, Spachius, “
Caſtellus, J. A. van Linden, Schenkius, Freymonius, Nevizanus, Höttingerus, “
Baleus, Lelandus, Pitſeus, Starawolſcius, Scheſſerus, Beughem, Feiſſerius, Lo- “
meierus, Placcius, Bailletus, Rich. Buri, Lud. Jacobi, Galleſius, Mutius Panſa, “
A. Rocchs, Jameſius, Voglerus, Conringius, Poſſevinus, Lipſius, Th. Crenius, “
Cinellus, Voſſius, ac alii multi (quis enim *ἐν παρόδῳ* omnes cœli literati “
ſtellas enumerabit?) certatim, ut eam omnibus modis exornarent, allabo- “
raverunt. Horum aliqui de re literaria in univerſum egerunt, aliqui “
partem ejus nobiliorem ſibi elegerunt, & varii ordinis, ætatis, nationis, cla- “
rorum Virorum vitas texuerunt.

§. II.

§. II. Adſcriptus Germanis a Struvio.

Et hæc quidem refloreſcentis hoc modo Scientiæ literariæ cultura maxime florida non Gallis debetur ſed Germanis monente *STRUVIO* in Introd. ad notit. rei liter. ed. Jen. d. a. 1706. Cap. I. §. II. p. 3. 4. ſequenti monito. *Vix eſt quod ab aliquo tempore ſapere cœperunt Germani cum antea nonnulli eorum tam rudes fuerint, ut nunquam ſe Codices habuiſſe meminerint, etſi in circulo Doctorum, autoris veteris inciderit nomen, piſcis aut edulii peregrina vocabula eſſe arbitrarentur ut de ſuis temporibus loquitur Ammianus Marcellinus Lib. XXX. Cap. IV. Gabrielem Naudæum inter primos Galli memorant qui ſuos literariam docuerit. Nec detrahenda ipſi laus eſt quod inter ſuos* Φιλοβιβλίας *ſtudium promoverit atque ordinaverit, nec tamen primus fuit. Cui enim ſunt ignoti labores immenſi CONRADI GESNERI, MICH. NEANDRI, induſtria GEORGII DRAUDII atque aliorum, qui omnes anteriores longe Naudæo, ut potius dicamus illum Germanorum ſtudio fuiſſe excitatum ad rem literariam ordinatius proponendam. Naudæi tamen exemplum apud nos Buchnerus, Conringius, Bœclerus, Boſius, Morhofius, Menckenius, Carpzovius, Schurtzfleiſchius, Schubartus, ut majori cura literariæ rei novum adderent ordinem, nova incrementa. Ita ut ex Scholis tantorum Virorum prodeant quotidie in lucem, qui eadem magis magisque evehant.* Vendicarunt GERMANIÆ noſtræ florentiſſimæ & florentiſſimis ejus in ſeculis recentioribus Viris iisque Eruditis primam hanc eruditionis elegantioris in Seculis refloreſcentibus reſtaurationem (quam & Germaniæ & Germanis illæ ipſæ nationes acceptam referre coguntur, quæ amma alias illa ac non niſi e Patre, mendacio, & matre, invidia, prognata calumnia Germaniam & Germanos adſpergunt quaſi Germanorum ingenia

Trithemio.

C sub

ſub cœlo nimis ſterili naſcantur, eorumque inventa & ſcripta nihil vel ſubtilis ingenii vel acuti judicii ſapiant,) vendicarunt jam ante aliquot ſecula *Joh. Trithemius*, dum viveret, Vir abſconditæ eruditionis & πολυμαθέςατος *in Catalogo Germanorum Illuſtrium*, & qui Catalogo illi mox attexuit poſtea πρόσθεσιν ſive *additionem Illuſtrium Germanorum*, Vir doctiſſimus, *Jacobus Wimphelingius*. Si per fata licuiſſet magno & incomparabili Polyhiſtori D. G. *Morhofio*, optarent omnes quotquot literarum tenentur amore (Verba repeto Summe Rev. D. Gœtzii, Fautoris mei longe æſtimatiſſimi Diſſert. ejus de Principe Hebraice docto p. m. 848. Meletemat. Annæb. ed. in 8. Lipſ. 1706.) ut diſſertatio ejus quam *de Germanorum meritis in rem literariam*, affectam habuit & cujus Fragmentum inter Diſſertationes ejus Hamburgi 1699. junctim editas p. 612. reperitur, integra lucem publicam vidiſſet; quo exterorum, Gallorum præſertim, Germaniæ inſultantium, animi deprimerentur, atque decus illud quod Germani virtute & doctrina ſibi pararunt, conſervaretur. Vices tamen ejus aliqua ex parte explevit *Joh. Frid. Cramerus in Vindiciis nominis Germanici*. Amſtel. 1694. cum quibus conferri merentur, Meditationes Academicæ Roſtochii 1698. propoſitæ de *Germania Artibus literisque, nulli ſecunda*, a M. *Bernhardo Petro Karl*. Non prætermittenda eſt diſſertatio peregregia doctiſſimi *Joh. Caſp. Loeſcheri* de *Meritis Germanorum in Græcas literas* Anno 1697. in Acad. Witteb. publice propoſita ſub moderamine Celeb. SCHURTZFLEISCHII, & inſerta Volumini Diſput. Schurtzfleiſchianarum Lipſiæ 1699. in 4to edit. Diſput. 97. Conſulendus eſt denique qui culturæ Literariæ exercitæ & renovatæ gloriam Germanis peculiari eoque conſummato labore vendicavit *Jacobus Frid. Reimmannus*, Paſtor primarius Ermsleb. Eccleſiæ & Scholarum per Principatum Halberſtadenſem Inſpector Tentamine in Hiſtoriam Germanorum Literariam Iſagogico, in dem Verſuch der Einleitung in die *Hiſtoriam literariam* derer Teutſchen, III. Partibus hactenus ab anno 1709. & ſeqq. publicatis Præfationibusque iisdem Partibus præmiſſis.

Wimphelingio. Cramero. Karl. Loeſchero. Reimmanno.

SUB-

Digitized by Google

SUBSECTIO V.
DE
SCIENTIÆ LITERARIÆ
MODERNO STATU.

Subſ. V. §. I. Scientiæ Literariæ Modernus Status isque adhuc imperfectus

§. I.

SCientiæ literariæ cultura etſi exoptatisſimum in modum, ſeculis, ut vidimus, refloreſcentibus refloruerit, diligentisſimumque in modum fuerit eſtaurata a Viris ingenii acumine Excellentiſſimis & Præſidiis Literariis in-truĉtiſſimis, ad perfeĉtiſſimam tamen culturam haĉtenus perduci ab iisdem, mnibus ipſorum conatibus non potuit, nec etiam unquam adduci poteit, propter imbecillitatem humanam & fragilitatem nec non Scientiæ ipſis literariæ inexhauſtam conditionem, ſed manebit ſtatus illius, etiam floentiſſimus qui videtur & ſummus magna ex parte imperfeĉtus.

§. II.

ex Morhoſio.

Agnoſcunt imperfeĉtum hunc Scientiæ literariæ ſtatum Viri undiuaque celeberrimi MORHOFIUS in Polyhiſt. Lib. I. Cap. II. §. I. ag. 10. *Nemo eſt* (inquiens) *qui Oceanum hunc* (Philoſophiæ literariæ) *ansmiſerit, etſi pauci fuerunt, qui legerunt littus.* VOCKERODIUS Exercit. Acad. ed. in 8. Goth. 1704. Præf. ad Introd. in Societat. Literar. XI. p. 12. *Adeo abeſt* (inquiens) *Hiſtoria Literaria a perfeĉtione quam Velamius deſiderat, ut diligentioribus ſane antiquitatis eruditæ veſtigatoribus n ſolum in Hebræorum ſed & in Latinorum Græcorumque Scriptorum momentis occurrant non pauca ad hiſtoriam literariam pertinentia ſuperiori & ſtro ævo ignorata vel per incuriam prætermiſſa.* §. XII. ib. p. 12. *Qui deſiratam a Verulamio literariam hiſtoriam perfeĉturus eſt, ſummus literator ſit, ortet, neque tamen parvis ingeniis vitio verti debet ſi partem ejus attigerint. rte materiæ hujus generis particulatim inveſtigandæ excutiendæ & expolidæ eſſe videntur, ut preſto ſit univerſæ hiſtoriæ corpus conſtruĉturo, quod eat negligatve probet vel damnet aſſumat vel rejiciat. In tanta enim rem multitudine & varietate deleĉtu opus eſt & reĉto judicio. Quis autem leĉtui locus eſt in rerum obſcuritate? Et quomodo conſtabit, reĉtene an ſejudicetur, antequam ea, de quibus judicandum eſt, ſatis ſunt exploa?*

Vockerodio.

§. III. Fabricio.

§. III.

Agnoſcit imperfectum vel adhuc hodie Scientiæ Literariæ ſtatum ſummus Polyhiſtor D. JOH. ALB. FABRICIUS in Præfat. ad Lect. præmiſſ. edit. 2 d. Lambecii Prodr. Hiſtor. Liter. repetit. Francof. & Lipſ. 1710. in fol. & in eadem lectori velut in tabella ob oculos ponit, quantum adhuc usquequaque indagandum, expoliendum, perficiendum reſtet acribus & diligentibus ingeniis in Hiſtoriæ literariæ ſtudio, ut ordinata magis, pleniora, ſemper accuratiora, dilucidiora, certiora, pulchriora omnia ad poſteros transmittantur & quantæ ſint illis qui hactenus in tam difficili & nonniſi a quamplurimis per longos temporis tractus perficiendo opere elaborarunt, gratiæ agendæ potius pro iis quæ ſtudio ſuo in lucem feliciter produxerunt quam propter ea, quæ adhuc addenda vel explicanda reliquere, de ipſis conquerendum nedum inſultandum eorum manibus aut meritis. „Confitebuntur equidem facile mecum (inquit ibi Fabricius) omnes æqui „Judices a proximo ſeculo ad præſentem usque ætatem tanta contentione „inſudaſſe Viros præclariſſimos, atque in his præfiſcine dixerim, non infi„mos Germanos noſtros, ad hiſtoriam, omnis generis, literariam maxime, „illuſtrandam ut ſi non perfectam rerum naturæ vel civilium geſtorum aut „ſacrorum Eccleſiæ & artium Scriptorumque notitiam & omnibus partibus „abſolutam voluerint nobis exhibere tamen viam magis magisque ad illam „complanaverint & per membra ac particulas egregie multa explicuerint de „quibus obſcuriſſimis antea, jam dicere licet, *diſcuſſa eſt illa caligo, diluxit, „patet, videmus omnia.* Horum exemplo incitari ſe ut patiantur orandi „tanto magis ſunt, qui poſſunt Viri Eruditi, ut cum non deſit Fabro ma„teria, Fabri ipſimet deeſſe materiæ nolint, ſed pro ſuo quisque captu & „ingenio partem vel novæ vel veteris hiſtoriæ novo lumine perfundendam „ſuſcipiat ſive primis placeat libera per vacuum veſtigia ponere & avia Pie„ridum nec ullius ante trita ſolo loca peragrare, ſive ea quæ ab aliis jam ſed non „ſatis luculenter & accurrate tractata ſunt, retractare atque expolire. Ita „fiet ut facies ipſa Hiſtoriæ literariæ atque adeo corpus pulchrius ſucci„que plenius paulatim oculis ſeſe eruditi orbis offerat & exſurgat, ad ingen„tem non voluptatem tantum ſed utilitatem quoque omnium ſtudiis ope„rantium, quin imo longe ſe ipſam ſupergreſſa poſt aliquot non ariſtas ſed ſe„culorum decurſus ſua videns regna tandem admiretur. *Id. ibid.* Fateor „(inquit) libenter ac præ me fero non minus longiſſime ultra cujuscunque „mortalis unius vires poſitum eſſe abſolutius ac perfectius quoddam Hi-

ſtoriæ

Digitized by Google

ɔriæ literariæ corpus dare quam vel Eccleſiæ univerſæ vel Gentium omni-"
n ac civitatum ab hominum memoria vel rerum naturæ hiſtoriam ple-"
ɔrem componere quæ non maximis hiet lacunis & partibus infinitis mem-"
isque ſit manca, jejuna, nulla. Cum enim tribus ſummis Capitibus res"
nis literaria abſolvatur *lingvarum* primum tum *Scriptorum* & tertio"
um ſive *diſciplinarum artiumque* & *inventorum* hiſtoria, ut conſtet quo-"
ɔdo cœperint ſingula, quibus auctibus creverint, vel iterum retro lapſa"
fecerint vel quid adhuc in illis deſideretur. De ſcriptorum vero ingenii"
de clarorum, neque illorum primæ caveæ tantum, ſed cum olitor etiam"
erdum opportuna loquatur, medii non minus & fortaſſe ultimi ſubſel-"
eruditorum (etſi primorum maxime) vitam, ſcripta, ingenium, virtutes"
vitia; denique lingvarum primam originem, propagines, mutationes"
variam conditionem, quatenus iſta exputare non Grammatici & Critici"
l Hiſtorici Virique non Grammaticæ tantum ſed omnis doctrinæ ſcien-"
imbuti eſt officium, facile apparet, nullum ex his tribus membris, ne-"
n univerſa tria ſic a quoquam elaborata eſſe, vel elaborari ab uno quo-"
n poſſe ut perfectius quoddam Hiſtoriæ literariæ corpus exſurgat. Leg."
conſ. laudata Præfatio, in qua per partes diducta hæc invenies.

§. IV. §. IV. Struvio.

Agnoſcit imperfectum hunc Scientiæ literariæ ſtatum Burc. Gottl.
RUVIUS in Introduct. ad Notit. Rei Literariæ ed. Jen. 1706. Cap.
. XV. p. m. 18. 19. cujus verba ut repetamus neceſſarium ducimus ſe-
nti tenore concepta atque diſpoſita: Tam inexhauſta res eſt (Philoſo-"
a literaria) ut facilius ſit Atlanti humeros orbi ſupponere, quam ma-"
s etiam Viris, univerſali operi literario. Legamus quæ NEAN-"
R de Pandectis ſuis prædicaverat, quantus labor! Reſpiciamus Pro-"
mum Lambecii, quanta difficultas! Certe unus homo non ſufficit ſi vel"
SNERI ingenium, NEANDRI eruditionem, VERULAMII"
acitatem, LAMBECII induſtriam, CONRINGII prudentiam"
ideat. Vix itaque tale opus exſpectandum. Hoc tamen meo qui-"
a judicio, optimum eſſet conſilium, ſi plures, contracta inter ſeſe So-"
ate, operi manum admoverent. Tales tamen eſſe oportet, qui literariæ"
mice dediti vel magnis Bibliothecis præſunt vel iisdem utendi facul-"
m habent. Hi partitis inter ſe, pro cujusque genio, laboribus, opus"
rediantur, his pateant Bibliothecæ, his non denegetur aditus ad Viros"
litos, hi communicato conſilio agant, hi elaborata ſua ad ſingulorum"

 cenſu-

Digitized by Google

„cenſuram, antequam imprimantur, exhibeant, dirigente univerſum nego-„tium Viro quodam Magno, qui ob prudentiam non ſolum ſed etiam eru-„ditionem maxima pollet auctoritate. Hæc ſi ita dirigantur vel poſt de-„cennii labores, univerſale opus idemque egregium eſſet exſpectandum. „Verum vana ſunt, fateor, quæ dico, nunquam in effectum deducenda. U-„bi enim reperiemus Viros, qui mutua animorum ſtudiorumque conjun-„ctione hoc agerent? Ubi pateret ſemper Bibliotheca, ubi aditus ad Viros „eruditos, qui invidentes communi bono, arcana, ſi quæ habent, plerumque „ſibi ſervant? Quis concederet impenſas? Non Principes, inter arma e-„nim ſilent leges & ſtudia; multo minus Bibliopolæ, qui ſumptibus fe-„rendis non ſunt pares, alias etiam lucri ſaltem cupidi. Optanda res ma-„gis eſt quam ſperanda.

§. V.
Reimmanno.

§. V.

Agnoſcit & imperfectum hunc Scientiæ literariæ ſtatum, qui re-centiſſimo tempore Tentamen evulgavit Iſagogicum in Literariam Phi-loſophiam Germ. Idiom. conſignatum *Jacobus* nempe *Frid. Reimmannus*, im Verſuch der Einleitung in die Hiſtoriam Literariam ins gemein. Hal. Magd. Anno 1708. in 8. cujus in Præfat. verba Germanica ita ſo-„nant: p. m. 3. 4. Ungeachtet in denen letzten dritthalb hundert Jah-„ren, da die Studia in Europa aus ihrer Verweſung wiederum hervor und „in ein neues Weſen und Leben eingegangen ſind, auch die Hiſtoria Lite-„raria ein groſſes Antheil bey dieſer Glückſeligkeit gefunden hat, indem „dieſelbe in dieſen Zeiten mehr als vorhero jemahls von denen Gelehrten „getrieben und excoliret worden; ſo iſt doch dieſelbe bis daher noch im-„merhin in ſolchen unvollkommenen Terminis ſtehen blieben, daß die pia „deſideria noch in vielen Stücken ſich auff unſere gegenwärtige Zeiten „appliciren laſſen, die der Engelländiſche Baron und Cantzler Baconus de „Verulamio von denen Vergangenen geſetzet hat, da er ſchreibet: Hiſto-„riam literariam deſiderari ſtatuimus. Quanquam nos non fugit, in ſci-„entiis particularibus, ICtorum, Mathematicorum, Rhetorum, Philoſo-„phorum, haberi levem aliquam mentionem & narrationes qvasdam jeju-„nas, de Sectis, Scholis, Libris, Autoribus & ſucceſſionibus hujusmo-„di ſcientiarum, inveniri etiam de rerum & artium inventoribus Tracta-„tus aliquos exiles & inſructuoſos. Und freylich das iſt eben einer mit „von denen Hauptmängeln daß wir von der Hiſtoria Literaria nichtes „rechtes wiſſen.

Er

Et pag. mih. 14. 15. Ich glaube, daß wir noch was groſſes in„
em Studio Literario præſtiren könten, wann wir nur ſelbſt Luſt dazu„
ätten und beſſere Anſtalten dazu machten, wie biß daher geſchehen.„
Wenn an ſtatt des Terentii auff den Schulen die Hiſtoria Literaria do-„
iret, und an ſtatt des Profeſsoris Metaphyſices auff Academien ein„
rofeſſor Hiſtoriæ Literariæ beſtellt, und wie in andern Stücken der Ge-„
hrſamkeit ſo auch in dieſem, gewiſſe Societäten auffgerichtet würden,„
ie ſich ſonſt um nichts als um die Unterſuchung der Hiſtoriæ Literariæ„
ekümmerten, ſo glaubte ich es könte noch was ſchönes und rechtſchaffe-„
es und ſonderbahres in dieſem Werck ausgerichtet werden. Aber ſo„
nge dieſes Studium auff denen niedrigen Schulen gar nicht, auff de-„
en hohen Schulen aber nur gantz ſparſahm und ſeichte, und als ein„
loſſes Parergon getrieben oder denen jungen Leuten wohl gar als eine„
Sache, die nicht de pane lucrando ſey, zuwieder gemacht wird; ſo lan-„
e als kein eigener Profeſsor dazu conſtituiret und eigene Societæten da-„
u auffgerichtet, oder die bißherigen auff einen andern Fuß geſetzet und„
rgeſtalt eingerichtet werden, daß ſie ſich um etwas mehres als um die„
oſſe recenſirung der alten und neuen Bücher bekümmern müſſen, ſo„
ng iſt alle Hoffnung zu einem Stand der Verbeſſerung verlohren.„
s wird bleiben wie es daher geweſen iſt Und wir werden von dieſem„
udio entweder gar nichtes oder nichts rechtes, nichts zulängliches,„
chts hinreichendes wiſſen.

SUBSECTIO VI.

Subſ. VI. §. I. Philoſophiæ literariæ facilis Lapſus.

DE
SCIENTIÆ LITERARIÆ
FACILI ET INOPINATO
LAPSU.

§. I.

ciendum eſt & probe tenendum genuino Philoſophiæ literariæ Cultori
quod nemo Scientiam illuſtraturus literariam, immunitatem ab omni
ore, ob nodos, quibus interiores ejus receſſus abundant indiſſolubiles
pemodum atque Gordios, multiplices item anfractus, Labyrinthos in-
tabiles, viarum lubrica, ſibi, quantacunque ſit doctrina, induſtria &
circum-

Digitized by Google

circumſpectione, perpetuo poſſit polliceri. Unde & ſummi Scientiæ literariæ Antiſtites fata hæc ſtudii excellentiſſimi fere ineluctabilia non agnoverunt tantum agnitione doloroſiſſima ſed juſtiſſima etiam deploratione deplorarunt, ex quibus impræſentiarum ſufficiat nobis ingenua incomparabilis dum viveret Polyhiſtoris MORHOFII confeſſio his verbis edita in Præf. Polyhiſt *Non ignotum mihi eſt, quanta molis opus humeris meis incumbat. Oceanum enim ingreſſus ſum, in quo portum invenire difficile eſt, naufragii periculum a Syrtibus & ſcopulis imminet. Quis enim in tanta multitudine rerum & librorum omnia exhauriret? Quis non alicubi impingeret? Quis ſalvum ab invidia caput retraheret ac malignitatis dentes in liberiore cenſura evitaret?*

ex Morhoſio.

Sufficiat Confeſsio Collect. Act. Erud. Lipſienſ. d. a. 1698 m. Mart. p. 120. his verbis concepta: *Quum difficultatibus multis involuta ſit antiquitatis cognitio & inveſtigatio, haud exigua ſunt iſta cenſenda difficultates, qua in veterum Autorum hiſtoria explicanda obveniunt. Quo magis enim hi a memoria noſtra ſunt remoti, eo denſioribus involuti ſunt tenebris, ut proclivis ſit circa eosdem & facilis etiam circa eorum nomina lapſus.* Sufficiat ingenua Confeſſio Magni illius STRUVII in Introd. ad notit. rei literar. Cap. I. §. IV. p. 5. ed. Jen. in 8. d. a. 1706. his verbis conſignata: *Tam inexhauſtum rei literaria ſtudium ut nihil nec perfecti nec ſatis emendati, cui non aliquid adhæreat, ſit exſpectandum quin potius multa hinc inde per incuriam irrepant. Caveamus ſaltem ne nimus aperte labamur.*

Collect. Lipſ.

Struvio.

§. II.

Lapſus facilis & venia facilis.

§. II.

Quo facilior vero in arduo hoc ſtudiorum genere error eſt & lapſus; eo facilior etiam parata eſſe debet errantibus venia, præprimis hisce qui & errare ſe poſſe lubentes agnoſcunt & benevolas aliorum admonitiones, qua par eſt, humanitate deſiderant, ac æqui bonique conſulunt. Ut merito proinde nonniſi atro notandi veniant calculo *qui* ut l. c. laudatus loquitur Morhoſius, e *Lectoribus in lictores ubique virgas & ſecures expedituros degenerant.* Conferri hanc in rem merentur, quæ Vir de re literaria, dum viveret, excellenter meritus, Henningius WITTE Diarii Biographici Præfationibus Tom. I. & II. præmiſſis paſſim commentatur; quemadmodum etiam huc integer operis laborioſiſſimi Tom. II. pertinet, eo inter alios fine conſcriptus, ut emendarentur & illuſtrarentur, quæ ex ipſomet Autoris judicio in Tomo priori deſiderare limam viſa ſunt.

§. III.

Lapſus diffici-

§. III.

Diſcernendi interim ſunt probe ab erroribus levioribus & his in quibus

Digitized by Google

quibus error & lapſus facilis, errores graviores, qui adeo ſunt craſſi, ut nullam mereantur excuſationem, quales inexcuſabiles errores & lapſus occurrunt in *Ludovici Jacobi a S. Carolo* Bibliotheca Pontificia, quippe quibus ex Articulis Smalcaldicis facit ſcriptorem: *Articulum Aſmalcaldum*; ex Ægidio *Hunnio*, *Hundium*, Danielem *Cramerum*, Lutheranum, confundit cum *Chamiero*, Reformato; ex Reformatis, Fr. Gomaro, Georgio Sohnio, Bullingero, Lamb. Danæo & aliis facit Lutheranos. Ex uno autore duos fingit diverſos. Vid. Joh. Gottl. Mölleri Disquis. Hiſt. Lit. Roſt. hab. & ed. 1693. de Lud. Jac. a S. Carolo erroribus. Tales errores inexcuſabiles errat ſæpiſſime *Guilielmus Crowæus in Elencho Scriptorum in S. Scripturam* e. g. quando p. 213. Incomparabilis b. m. Theologus, JOH. GERHARDUS, dicitur docuiſſe in Academiis *Solana* & *Jenenſi*, adeoque ex una Academia duas conſtituit; quando ex Lud. *Crocio*, Theologo Reformato, Lutheranum facit, item ex Caſparo *Waſero*, Theologo Reformato, Theologum Lutheranum: quando Johannem *Kochium* (ſub quo nomine Germanico latere quandoque voluit Johannes Coccejus) & Johannem *Coccejum* diſtinguit & Batavum alterum alterum Germanum facit. Vid. J. G. Möllerus l. c. §. IV. Thom. Crenius Animadv. Hiſt. Phil. Part. XV. §. XI. n. 14. p. 114. 115. & Part. II. Cap IV. §. I. p. 110. M. Joh. Chriſtoph. Wolfius Tr. de Hiſtoria Lexicorum Hebraicorum p. 163. 164. Tales errores pudendos & inexcuſabiles commiſerunt *Indices Prohibitorii* & *Expurgatorii* Pontificiorum quos ex parte detexit Joh. Gottl. Möllerus in Obſervat. Miſcellan. Decad. Roſtoch. hab. & ed. a. 1693. n. IX. p. 21. ſq. quando v. g. ſepties ex Theologis Würtembergenſibus faciunt Wittebergenſes: ex Dilhero, Dillerium; ex Hülſemanno, Huſelmannum; ex Gravero, Gravierium; ex Claudio Eſpencæo, Speckiæum; ex Chemnitio, Xemnetium vel Chemvitium. &c. Tales etiam errores inexcuſabiles notat in *Joh. Henr. Höttingeri Bibliothecario quadripartito*, Thomas Crenius Part. VI. Animadv. Hiſt. Philol. p m. 143. ſq. Cap. II. §. VIII. quibus v. g. ex Chriſtophoro *Cornero* facit Cormerum, ex Johanne *Micrælio*, Micrellium, ex Friderico *Balduino*, Franciſcum Balduinum, Apoſtatam, ex Johanne *Müllero*, Myllerum. &c.

Lis & venia difficilis. Lud. a S. Carolo. Crowæi. Ind. Expurg. & Prohib. Höttingeri.

§. IV.

§. IV. Aliorumque Scripta cum Autoribus vel Autores confundentium.

Tales errores, tales lapſus Hiſtorico-literarii, vix condonandi, ſunt & ali, quando ipſi librorum tituli ceu Autores, aut alii homines honorantur, alia exempla plurima invenimus apud Johannem Mollerum in Homonyoſcopia Hiſt. Philol. Crit. ſive Schediaſm. παρεργ. de Scriptoribus

Digitized by Google

Homonymis ed. in 8. Hamburg. 1697. recenſit. a Collect. Act. Er. Lipſ. d. a. 1698. m. Mart p. 120. ſqq. ſicut & exempla plurima illorum quibus Autores confunduntur. Sic quidam apud Schertzerum in Progr. p. 246. *Cabalam* hominem fuiſſe credunt perfidum & diabolicum imo vetulam veneficiis deditam. Sic alii librum illum R. Moſis Maimonidis MORE NEVOCHIM ſ. Doctor perplexorum, Autorem vocant Arabicum. Sic alii librum *Eddam*, Islandicum, Mythologiam Gentilium Borealium complexum, de quo Möllerus in not. ad Th. Bartholini libr. de Script. Dan. p. 404. ſq. fœminam famam ſcriptis conſecutam aut conditorem Hiſtoriæ Danicæ fuiſſe putant. Sic Michael ab Iſſelt, Theologus Pontificius Colonienſis, notante Dorſcheo Vind. ad Exod. P. 2. diſſ. 9. p. 179. *Alcoranum ſ. Coranum*, vocat Muhamedanorum inſignem Legislatorem. Vid. omnino Jacob. Frid. Reimmans Verſuch einer Einleitung in die Hiſtoriam Literariam I. Buch. II. Abſchnitt Qu. IX. X. XI. XII. p. 125—143. impr. p. 133. ſq. Coll. p. 162. 163. & in Stricturis ad Tentam. Reimmann. Collectores des ausführlichen Bericht von allerhand neuen Büchern und andern Dingen im ſiebenden Stück Num. II. p. 666. 667. Chriſt. Golth. Blumberg. in veritate Myſterii Tiaræ P. R. olim adſcripti Cygn. 1711. in 8. n. IV. p. 35. ſqq. tit. inauditæ Librorum in homines Metamorphoſes.

SUBSECTIO VII.

DE SCIENTIÆ LITERARIÆ INSITO PER CONSTITUTIONEM ET NATURAM GENIO.

SUBS. VII. §. I. Scientiæ Literariæ inſitus Genius.

§. I.

INſitus per Naturam & Conſtitutionem Scientiæ literariæ genius abſolvitur deſcriptione Scientiæ literariæ genuina ac debita, quæ ab accuratioribus ejus Cultoribus talis affertur: Scientia literaria eſt habitus *mentis Philologicus, literarum atque artium earundemque cultorum cum ſuis ingenii monumentis convenientem atq; accurratam complectens memoriam, ut ſua inde omni literarum atque artium generi earundemque Cultoribus utilitas atque jucunditas accedat.* Explicavit hanc deſcriptionem integra Diſputatione M. NI-

ex Nicol. Richteri Diſſertatione Cujus Sciagraphia repræſentatur.

M. NICOLAUS RICHTER, Gedanenſis, Roſtoch. hab. & ed 1696. tit. *Hiſtoria literaria delineata & illuſtrata*, quippe cujus §. I. II. *Definitum* conſideratur quod eſt Hiſtoria literaria quoad voces enucleata. §. III. IV. *Termini* definientes proponuntur, qui conſtant conceptu contrahibili (ſ. genere) quem (quod) faciunt verba: Habitus mentis Philologicus; conceptu contrahente (ſ. differentia ſpecifica) qui (quæ) diſpeſcitur in (1) *objectum* quod conſtituunt Literæ §. V. Artes. §. VI. harum Cultores. §. VII. Horum ingenii monumenta. §. VIII. (2) *Formam* quæ conſiſtit in memoria eaque convenienti & accurata, §. IX. X. XI. tam ratione literarum & artium §. XII. quam ratione harum Cultorum cum ſuis ingenii monumentis §. XIII. (3) *Finem* §. XIV. XV. qui abſolvitur & utilitate qua gaudent literæ & artes, §. XVI. harumque Cultores tum in omnibus actionibus §. XVII. tum in actionibus literariis. §. XVIII. & jucunditate de qua §. XIX. Concluditur teſtimonio quodam de Hiſtoria Literaria notatu digno, MORHOFII, deſumpto ex Colleg. ejus MSC. notitiæ literariæ §. XX.

§. II.

§. II. Integra Diſſertatio communicatur.

Quoniam vero Diſſertatio hæc Richteriana eleganti & accurata conſcripta eſt Methodo & per & propter argumenti, quod continet, raritatem quoad Exemplaria jam diu diſtracta, haud ingratum Viris doctiſſimis & rei literariæ amantiſſimis præſtiturum me ſpero officium, quo elegantem hanc rari argumenti diſſertationem, Syſtemati huic meo Literario, & quidem integram ſub finem Sect. Imæ inſerere haud gravabor, cujus Titulus ſ. Inſcriptio ita ſe habet: *Numinis Regentis Gratia & Suffragante Benevolo Facultatis Philoſophicæ indultu Hiſtoriam literariam delineatam & illuſtratam in Diſſertatione Philoſophica ad d. XXIX. Maji horis pomeridianis A. O R. M. DC. XCVI. in Almæ Univerſitatis Roſtochienſis Auditorio Maximo, publico Eruditorum Examine ventilanda ſiſtent M. NICOLAUS RICHTER, Gedanenſis, & CHRISTIANUS DIETERICUS HALTERMANN, Roſtochienſis. Roſtochii. Typis Jacobi Richelii Ampliſſ. Senat. Typogr.*

Digitized by Google

Subſ. VIII. §. I. Scientiæ literariæ illatus genius. Scriptores. Scientiæ literariæ Iſagogici.

SUBSECTIO VIII. DE SCIENTIÆ LITERARIÆ ILLATO SCRIPTORUM NOBILISSIMORUM SELECTU.

§. I.

Præter illos a Struvio & Morhofio allegatos.

Scriptores illos, qui Scientiæ, quæ vulgari nomine audit Literaria Hiſtoria, genio inſito eique nativo, genium addiderunt adſitum eumque exornativum, ordine debito & judicio nervoſo recenſet BURC. GOTTH. STRUVIUS in Introduct. ad Notitiam rei literariæ Cap. I. §. VII.—XIV. p. m. 7—18. §. XVI. ſq. p. 20. ſq. ed. in 8. Jenenſ. d. a. 1706. coll. cum MORHOFII, Polyhiſtoris Lib. I. Cap. II. §. I. ſqq. pag. 10. ſqq. ed. noviſſ. Lubec. in 4. d. a. 1708. Ego præter illos, quos ab Excellentiſſimis his Viris allegatos deprehendo, ſubſcribo ex Seculo XV. Scriptorem Hiſtoriæ literariæ rariſſimum, ANGELUM DECEMBRIUM, ex Seculo XVI. LUDOVICUM VIVEM, & ex Seculo XVII. a Struvio recenſitis l. c. Cap. I. §. XVI. ſq. p. 20. ſq. & edit. Jenenſ. d. a. 1704. in 8. Introd. Cap. III. §. XXXVII. ſq. p. 127. ſq. ipſum STRUVIUM in Introductione ad notitiam rei literariæ & uſum Bibliothecarum ed. Jen. 1704. in 8. repetita ibid. 1706. in 8. & JACOBUM FRIDERICUM REIMMANNUM Tentamine Iſagogico ad Hiſtoriam Literariam in Genere. Verſuch einer Einleitung in die Hiſtoriam Literariam insgemein. Hal. Magdeb. 1708. in 8.

§. II.

§. II. Nempe ANGELUS DECEMBRIUS De quo Judicium Geſneri.

DE ANGELO DECEMBRIO Conradus Geſnerus vel potius Joſias Simlerus in Epitome Bibliothecæ Geſnerianæ ed. in fol. Tigur. 1574. p. m. 42. *ANGELI* (inquit) *DECEMBRII, Mediolanenſis Oratoris ad Pium IIndum Pontificem Maximum Politiæ literariæ Lib. VII, multijuga eruditione referti, in lucem editi Auguſtæ Vindelicorum Anno Domini 1540.*

Königii.

Georg. Matth. Kœnig Bibliotheca Veteri & Nova Altorf. ed. in fol. 1678. p. 238. *Angelus* (inquit) *Decembrius reliquit ſeptem libros de Politia literaria Anno 1562. Vid. C. Barth. Adv. 1. 2.*

Barthii.

Caſp. Barthius in Adverſariis Lib. I. Cap. II. p. m. 3. ed. in fol. Francof. d. a. 1624. *An recte* (inquit) *fecerit*

ſecerit Virgilium ſupplere volens COLUMELLA non eſt hujus loci diſquirere, & diſputavit contra non ineptiſſime Angelus Decembrius in Politia literaria, Homo doctior quam eloquentior. God. Vockerod. Exercit. Acad. ed. in 8. 1704. Goth. Exercit. de Societ. Liter. Part, II. Cap. III. §. XI. p. 123. Decembrii (inquit) Politia literaria quo jure hic locum inveniat (nempe in Claſſe illorum Scriptorum qui dederunt Acta literariæ Societatis publica eorumque Specimina) curioſus Lector judicet. Thomas Crenius in Animadverſ. Hiſt. Philol. Part. V. Cap. II. § VI. p. 111. 112. (ubi lege) Angeli (inquit) Decembrii Politia Literaria alias non eſt obvia, illa præſertim editio quæ edita eſt Baſileæ in 8. M D L X I I. quamque poſſideo e Bibliotheca Bonaventuræ Vulcanii. Titulus ſive Inſcriptio Operis Decembriani ita habet: Politiæ Literariæ Angeli Decembrii, Mediolanenſis Oratoris Clariſſimi, ad Summum Pontificem Pium IIndum Libri Septem, multijuga eruditione refertiſſimi ante L X X X annos plus minus ſcripti, & Romæ in Bibliotheca Pontificis theſauri loco reconditi, clade vero Romana Carolo Borbonio & Georgio Fronſpergio, Ducibus Clariſſimis, Anno M D XXVII eruti & per nos magno labore & diligentia in lucem editi. Quod omnibus ſtudioſis fauſtum ſit & felix. Ad Lectorem: Cenſuram fere omnium & Græcorum & Latinorum Auctorum habebis hic, Studioſe Lector; acerrimam, quid de unoquoque & quocunque genere Scripti vere ſentiendum ſit; Eme audacter & TE ſumptus procul dubio non pœnitebit. Exhibemus Tibi (quod ajunt) copiæ cornu & literarum univerſam politiam politiſſimam, novam raramque omnium difficillimorum locorum Auctoribus Exegeſin atque explicationem: Nec quicquam eſt quod deſideres. Vale & fruere. Auguſtæ Vindelicorum Henricus Steynerus excudebat. Anno M D XXXX. in Fol. Folio CXLIV. ſub finem conqueritur Editor de Autographo DECEMBRII corruptiſſimo, ad quod Apographum illud Auguſtanum ſit deſcriptum. (Lege ibi querelam) JACOBUS PHILIPPUS BAESIUS in Præfat. ad Lectorem ſub initium hujus editionis exhibet dignitatem & utilitatem Politiæ literariæ Angeli Decembrii ejusque contentum Hiſtorico pragmatica, Mechanica, Literaria atque Moralia. Vide & ... ce. Nota ſequentia ſub finem: Bonus hic Angelus in ſuam Politiam perinde ac per floridiſſimos literarum campos atque odoratiſſima pomaria nos inducit, ... quibus illinc Sampſychos, Hyacinthos, Narciſſos, Lilia, Roſas, Violas, hinc ... mela, Paradiſea, Volema, Cydonia, Citrea, legas, ſenſibus Tuis futura ... ſima voluptas ſimul atque animo gratiſſimum pabulum, tumque hæc ul... ea Tibi omni menſe, decembri quoque a viventiſſimo viridario de Tuo erunt

Vockerodi.

Crenii.

Titulus ſ. Inſcriptio operis Literarii.

Contenta & æſtimia Operis Literarii ex Baeſio.

ex Preyzo. *erunt Decembrio.* JACOBUS PREY, ludi Brixinenſis Magiſter, in Epiſtola ad Leonhardum Greſſing, JCtum, Ædis Brixinenſis Canonicum, editioni allegatæ præfixai. *Angeli* (inquit inter alia) *Decembrii, Mediolanenſis, Viri perquam eruditi opus de Politia literaria, eruditum certe & varium multisque conſperſum floſculis.* Ipſe ANGELUS DECEMBRIUS in Prologo ad Pium II. Pontif. Ro. Fol. 1. col. b. *Liber* (inquit) *noſter formatus eſt ad opus A. Gellii Noctium Atticarum ſeu potius ad Quintiliani Inſtitutionem Oratoriam, partium & librorum opportunitate eadem fere ſervata. Nam & hic non minus de Oratorio Poeticoque tractatur artificio, imprimis enim de omni Bibliothecarum ſeu librorum omnium ornatu inſtrumentoque, qui apud doctiſſimos magis neceſſarii cognitu recenſentur. De Vocabulorum proprietatibus & improprietatibus advertendis, porro de eorundem variis egregiisque per ſingulas voces ſignificationibus, quod eſt hominum officium. De conficiendis diverſim civili & hiſtorico ſtylo orationibus. De Diphthongorum orthographiæque neceſſaria ratione. Quorum cognitionem arbitror plurimum juventuti temporibusque noſtris opportunam, cum hiſce ſtudiorum generibus Seniores & quaſi Veteranos in Libris milites, non Tyrones ſolum errare ſepenumero videbamus.*

ex ipſo Decembrio.

§. III.

LUDOVICUS VIVES & de eo Mori judicium.

De LUDOVICO VIVE legatur *elogium Thomæ Mori* & *deſideratum* in Libris ejus de Cauſis corruptarum artium, Epiſtola ad Eraſmum Roterodamum. Lib. XIII. p. 439. 440. Epiſt. Eraſm. edit. Baſil. d. a. 1558. in fol. Dan. Georg. Morhofius in Polyhiſt. Lib. I. Cap. II. §. X. p. 16. ed. noviſſ. Lub. in 4. d. a. 1708. *Audiuntur paſſim Virorum doctiſſimorum de corruptelis ſcientiarum querelæ, de quibus legi poſſunt ERASMUS paſſim, LUDOVICUS VIVES in aureis de Cauſis corruptarum diſciplinarum libris, cujus Viri diligentia ad Hiſtoriam literariam recentioris temporis conferre non pauca poſſit.* Lib. II. Cap. II. §. XXXIV. p. 366. *Corruptelis ſtudiorum cognitis rectius de ipſis doctrinis judicabimus. Hac in re laudabilem operam præſtitit LUDOVICUS VIVES, qui non ſolum de tradendis diſciplinis ſed & de cauſis corruptarum diſciplinarum aureolos plane ſcripſit libellos, plenos bonæ frugis ac diligentiſſime omnibus doctis legendos.* Burc. Gotth. STRUVIUS in Præfat. ad Guarini libellum de ordine docendi & ſtudendi Jen. ed. in 8. an. 1704. p. 16. *Egregii ſunt Joh. Lud. Vivis de tradendis diſciplinis ſive de inſtitutione Chriſtiana Libri quinque Coloniæ 1536. in 8. editi, quibus quid in Magiſtrorum ſelectu & ele-*

Morhoſii judicium.

Struvii judicium.

& electione obſervandum non ſolum docet, ſed & hoſce inſtruit, qua metho-do in tradendis diſciplinis incedendum, qui ſelectus in libris habendus, qua via in Scriptoribus explicandis utendum & quomodo Juvenes ad hoſce le-gendos intelligendosve introduci queant. Quos una cum de cauſis corru-ptarum artium libris ſeptem, aureolos plane libellos, plenos bonæ frugis, ac diligentisſime omnibus doctis legendos ait doctisſimus Morhofius. Mich. Neander. Soravienſis, Rector quondam Veteris Collegii Ilfeldici in I. part. Orbis terræ p. m. 79. extr. ed. Isleb. cIↃ IↃ LXXXIII. in 8. *Ludovicus* (inquit) *Vives Vir optime de literis meritus, quanta doctrina & Lectionis Vir fuerit docent, tum alii ejus libri plurimi, tum etiam Commen-tarii ejus in Auguſtini libros de Civitate Dei, quos tum conſcripſit cum Eras-mus Auguſtini omnium operum emendationem inſtitueret, & de Diſciplinis Libri XX, doctrina, eruditione, ſapientia rara refertisſimi,* Quod & re-petit p. m. 228. *At ego* (inquit Thom. Crenius Neandrum corrigens Part. XIII. Animadverſ. Hiſt. Philol. Cap. II. §. 1. p. 96.) *non viginti, ut literis ipſis NEANDER expresſit, non numeris, ne vitium Typographicum habere posſim, ſed XII. Vivis Libros de Diſciplinis, Septem de corruptis ar-tibus & quinque de tradendis diſciplinis lego, editos non ſatis emendate Lug-duni Batav. cIↃ IↃc XXXVI. in 12. Ejusdem Vivis Introductionis ad Sapi-entiam, Satellitii animæ & de ratione Studii Puellaris & Puerilis Tracta-tuum editio Lugdun. Batav. M DC XLIV. in 12. ob egregiam præfationem, Vivis vitam, & catalogum operum ejus, mihi valde probatur: at ob Mat-hiæ Martinii dedicationem, doctam præfationem, Philologicas notas, argu-nenta & moralia monita, commendo editionem Bremenſem M DC XVIII. n 8. ipſos etiam Vivis Dialogos XXV. præter ſuperius adductos tractatus, ompleƐtentem. Meum exemplar olim fuit Iſaaci Grüteri, Scholæ Rotero-imenſis quondam Rectoris.* At ego in mea, quam posſideo, Ludovici ivis editione. ſcil. Colonienſi, d. a. M D XXXVI apud Johannem ymnicum in 8vo. lego hunc titulum, hanc inſcriptionem: *Johannis dovici Vivis Valentini, de diſciplinis Lib. XX. in tres Tomos diſtincti quo-n ordinem verſa pagella indicabit.* Verſa pagella hæc habet. Tomo mo continentur *Septem Libri* de corruptis artibus. I. de corruptis ar-us in univerſum. II. de corrupta Grammatica. III. de corrupta Dia-ica. IV. de corrupta Rhetorica. V. de corrupta Philoſophia naturæ. de corrupta Philoſophia Morum. VII. de corrupto Jure Civili. Se-do Tomo, *libri* de tradendis diſciplinis ſive de doctrina Chriſtiana, *quinque,*

Neandri judi-cium.

Correctum a Crenio.

Sed correctio-ne mala & im-merita.

quinque. Tertio Tomo de artibus *Libri octo*. De prima Philoſophia Libri tres. De explanatione eſſentiarum unus. De cenſura veri, duo. De inſtrumento probabilitatis unus. De Diſputatione unus. In Summa Libri XX. Absque omni dubio igitur Michael Neander poſſedit hanc quoque Vivis editionem Colonienſem d. a. MDXXXVI. in 8vo. ſuis temporibus priorem atque exinde rectiſſime Libros de Diſciplinis XX. juxta titulum & contentorum editionis illius Syllabum, allegavit, non autem poſteriorem illam ſuis temporibus Lugd. Bat. MDCXXXVI in 12. in qua continentur Crenio dicente XXIV. Libri. Adeoque male hoc quidem in puncto hujus allegationis & immerita correctione NEANDRUM correxit Excell. CRENIUS.

§. IV.

§. IV. BURC. GOTTH. STRUVIUS.

BURCARDUS GOTTHELFF STRUVIUS, J. U. D. & Profeſſor Hiſtoriarum in Academia Jenenſi florentiſſimus, Cultor Literariæ quæ nomine venit Scientiæ, longe deſideratiſſimus, *Introductionem* evulgavit, *ad notitiam rei literariæ & uſum Bibliothecarum*, una cum *Differtatione de Doctis Impoſtoribus*. cujus duplex proſtat editio, prima d. a. 1704. Jenæ in 8. quæ capita continet quinque; quorum I. agit de Bibliothecis Germaniæ præcipuis. II. De uſu & delectu Bibliothecarum. III. de diſpoſitione rei literariæ & ſcriptoribus ad generalem ejus notitiam facientibus IV. de Excerptis rei literariæ & aliis ad eam pertinentibus Scriptoribus. V. de Typographia Typographis & Bibliopolis. Secunda longe auctior d. a. 1706. Jenæ in 8. quæ undecim continet Capita, quorum I. agit de Hiſtoria literaria in genere. II. de Bibliothecis deperditis. III. de Bibliothecis Exterorum. IV. de Bibliothecis Germanorum. V. de Uſu Bibliothecarum. VI. de Ephemeridibus Eruditorum. VII. de Scriptoribus Vitarum. VIII. de Scriptoribus Judiciorum. IX. de Libris damnatis & prohibitis. X. de Societatibus Literariis & & converſatione eruditorum. XI. de Typographia Typographis & Bibliopolis. Compendium meo, ſi quo polleo, judicio longe elegantiſſimum, ex quo ſelectiſſima Rei Literariæ momenta nervoſa atque ſuccincta ratione petuntur ac exoptata cum delectatione, jucundiſſimaque cum repetitione ſæpius iterantur, delineatum quoad editionem primam contractiori quadam recenſione a Collect. Novor. Liter. Germ. Hamb. d. a. 1703. m. Nov. p. 416. 427. & Collect. Act. Erud. Lipſienſ. d. a. 1704. m. Jan. pag. 41. ſqq. prolixiori & diffuſiori quadam diſcuſſione Hiſtorico Critica examinatum a Wilh. Ern. Tentzelio, dum viveret, quoad editionem

Introductio ejus Hiſtorico-literaria.

judicium de ea noſtrum.

Digitized by Google

editionem primam in Bibliothecæ Curioſæ ſ. Fortſetzung der Monatlichen Unterredungen erſten Repoſitorii fünfften Fach von anno 1704. ed. in 8. Francof. und Lipſ. p. 425.—514. & quoad editionem ſecundam in Bibliothecæ Curioſæ ſ. Fortſetzung der Monatlichen Unterredungen dritten Repoſitorii dritten Fach von anno 1706. in 8. Franckf. und Leipzig pag. 184. ſqq.—203. Unde breviſſimam tantum h. l. excerpimus & quæ ad ſcopum & modum attinet dijudicationem his verbis Germanicis repræſentatam. Es hat der Herr Autor dieſe Einleitung in Druck geſtellet ſeinen Auditoribus vornehmlich zum beſten und in der Vorrede den Inhalt derſelben kurtz angeführet. Er hat ſich nach des Morhofs Polyhiſtore gerichtet, und was darinnen ausführlich beſchrieben, hat Er kurtz berühret, weitläufftig aber gefaſſet was darinnen mangelt ꝛc. Weil wegen baldigen Abgang der erſten edition man auf eine neue bedacht ſeyn müſſen, gleichwohl der Werth geringe, ſo hat Herr Struve lieber die Addenda, ſo ihm inzwiſchen theils von guten Freunden theils aus eigener Obſervation zugekommen, an ihren behörigen Ort einrücken als abſonderlich drucken laſſen wollen. Addenda recentiſſima prodierunt peculiari volumine eoque minori in 8. Jen. 1710. hoc tit. *Burc. Gotth. Struvii Supplementa ad Notitiam rei literariæ & uſum Bibliothecarum. Acceſſit Oratio de Meritis Germanorum in Hiſtoriam.* Contenta eorum una cum animadverſionibus hiſtorico-criticis legi poterunt apud Collect. Relationis Uberioris de Libris & reliquis Novis iisque Literariis des ausführlichen Berichts von allerhand neuen Büchern und andern Dingen, X. ſtück n. IV. p. 957. ſqq. & Collect. Bibliothecæ Novæ der neuen Bibliothec. VII. ſtück n. IX. p. 614. ſqq. Nos ſubſcribimus tantum h. l. Judicium *Frid. Wilh. Bierlingii* in Lineamentis Methodi Studiorum Rintel. ed. in 8. 1711. Cap. X. Sect. I. §. VII. p. 140. quo STRUVII (inquit) *Introductio ad Notitiam rei literariæ & Uſum Bibliothecarum Morhofium in multis ſupplet variaque habet eleganter & docte obſervata. Acceſſit curioſa Diſſert. de Doctis Impoſtoribus.* (*Obiter de Libro de tribus Impoſtoribus quem Noribergæ & quidem typis exſcriptum latere fama nuper vulgavit. Vid. Præfat. T. I. Novæ librorum variorum Conlectionis p. 12. ſqq.*) *Comparanda noviſſima Introductionis Struvianæ editio quæ lucem adſpexit A. 1706. Acceſſerunt nuper Supplementa.*

Judicium de ea Tentzelii.

Supplementum ejus.

& Judicium Bierlingii.

§. V.

JACOBUS FRIDERICUS REIMMANNUS, Paſtor Eccleſiæ Ermslebienſis primarius, & Scholarum per Principatum Halberſtadien-

§. V. JACOB. FRIDER. REIMMANNUS.

Digitized by Google

Ejus Tentamen Introd. in Hiſtor. Liter.

ſtadienſem Inſpector vigilantiſſimus, in Curriculo literariæ quæ nomine venit Scientiæ; ut ex ſcriptis apparet, exercitatiſſimus, nuperrimo temporis articulo Compendium emiſit in lucem publicam literarium, meo, ſi quod eſt, judicio nervoſum quidem & Cultoribus Literarii Studii proficuum, ex aliorum tamen judicio nævis quam plurimis iisque haud exigui momenti in Theologicis, Philoſophicis & Literariis refertum detectis in ſpecie ex judicio a Mich. Richey, Rectore Scholæ Stadenſis in Progr. de eo quod nimium videtur in J. F. Reimmanni piis Deſideriis Hiſtoriæ Literariæ a. 1709. in 4. edito & recenſito a Collect. Nov. Lit. Europ. & Germ. Hamb. in Nov. Lit. d. a. 1709. m. Mart. p. 106. & Joh. Mœlleri, Rectoris Scholæ Flensb. in Epiſtola Apologetica adverſus Reimmannum inſerta dem ausführlichen Bericht von allerhand neuen Büchern und andern Dingen im ſiebenden Stück n. III. a p. 690—709. imprimis p. 700. ſqq. Compendium Germanico idiomate conſignatum, ad rudiorem Hiſtoriæ literariæ a VERULAMIO adumbratam delineationem, accuratiori diductione elaboratum, quoad naturam & conſtitutionem, Scientiæ Literariæ; uberiori, quam quæ hactenus extitit, informatione inſtructum, quoad præcipua ejusdem ſcientiæ capita ſelecto Scriptorum recenſu conſtipatum, adeoque tanquam deſideratum hactenus ea ratione & ea methodo rei literariæ Compendium a Viris in orbe literato doctis, genuinis Literariæ Scientiæ Cultoribus & Cenſoribus grato cum applauſu ſuſceptum debitoque cum ſtudio commendatum. Vid. Collectores des ausführlichen Berichts von allerhand neuen Büchern und andern Dingen im ſiebenden Stück Num. II. pag. 648. ſqq.—690. Quemadmodum hæc omnia pluribus edocent & inſcriptio ipſius compendii & Præfatio Partis generalioris de Hiſtoria literaria in genere & Præfatio partis ſpecialioris de Hiſtoria literaria Germanorum, & quidem luculentiſſimis verborum expreſſionibus quas excerpere potiſſima ex parte haud gravabor. Inſcriptio ita habet: Jacob Friderich Reimmans Verſuch einer Einleitung in die Hiſtoriam Literariam insgemein, darinnen man die Liebhaber dieſer höchſtnöthigen und nützlichen Wiſſenſchafft auff einen neuern, nähern und bequemern Weg zur Erlangung ihres Zwecks zu führen befliſſen iſt. Hall in Magdeburg 1708. in 8. Item Verſuch einer Einleitung in die Hiſtoriam literariam derer Teutſchen, in welcher die Hiſtoria der Gelehrſamkeit und derer Gelehrten bey denen Teutſchen von Chriſti Geburt biß auff die neueſte Zeiten entſchattet und denen curieuſen Gemüthern zu einem deutlichen Begriff und Einſicht der geſammten Wiſſenſchafften

Judicium de eo ex Inſcriptione.

Ex Præfatione.

Digitized by Google

ten als auff einer Taffel vor die Augen gemahlet wird. Hat im Magdeburgiſchen. Ann. 1709. in 8. Præfat. Part. Gen. de Hiſt. lit. in genere præmiſſ. Ich habe nichtes mehr gethan, als daß ich den Grundriß vollend ausgemahlet und illuminiret, welchen Verulamius von der Hiſtoria literaria gegeben hat. Da hat er das ungeheure corpus derſelben in die partes principales abgetheilet die ich mich allhie in dieſem Werck vorzutragen beflieſſen habe. Er hat nur die erſte Spur von dem objecto, fine und mediis gezeiget, davon ich im erſten Buch dieſes Tractätgen diſcuriret habe. Ich habe nachmahls meine meditationes mit ſeinen vereiniget und dasjenige ausgearbeitet, davon Er die erſten Linien gezogen hatte. Und da hat es denn ſich ſo unvermuthet gefunden, daß aus einem halben Octav Blätgen ein gantzes Buch geworden iſt. Præf. Part. Spec. de Hiſt. lit. German. præmiſſ. Mir hat gefallen in meiner Einleitung zur allgemeinen Hiſtoriam Literariam der Methodus ζητητικὴ oder Cathechetica, weil er alt und leicht iſt und ſich zum Vortrag der Sachen ſehr wohl gebrauchen läſſet. — Es iſt gnug daß ich das Eiß gebrochen und den Weg gezeiget auff welchen man zu der Erkäntnüß der Hiſtoriæ Literariæ gelangen ſoll. Tu ſi quid noſti amplius communica, ſin, his utere mecum. Indeſſen will ich dir einen guten Rath geben was du thun ſollt. Laß dir deine edition mit Papier durchſchieſſen und ſetze die Scribenten vollends die du meineſt daß ſie von mir übergangen ſeyn oder welche täglich neu ans Licht treten, hinzu, ſo iſt dieſer Sache wegen ausgelaſſene Autores geholffen. Ich wolte wohl ſagen was ich hie und da an meiner Arbeit zu deſideriren habe, allein was iſt es nöthig daß ich dir die Waffen in die Hände gebe, damit du mich beſtreiten könneſt. Mit der Zeit ſoltu ſchon erfahren was ich beſſern werde. Wiewohl ich doch das mit Warheit auch wohl verſichern kan daß dieſelbe von denen allermeiſten Gelehrten mit einer gefälligen mine auffgenommen und dergeſtalt tractiret worden, daß ich feſtiglich glaube in einem ſolchem Stande zu ſeyn, da ich einem vituperatori zehen Laudatores entgegen ſtellen kan. Und wann ich Luſt hätte mich mit anderer Leute Lobſprüchen breit zu machen, ſo ſolte mir es gar eine leichte Sache ſeyn ein paar Bogen mit Epiſtolis und Carminibus Gratulatoriis anzufüllen. Aber ich habe keinen Gefallen an dergleichen Marckſchreyeriſchen und Bruchſchneideriſchen modis inclareſcendi. Ich ſuche nichtes mehr denn GOttes Ehr und deinen Nutzen. Und wenn ich hierin meinen Zweck erhalten, ſo hab ich den Mittelpunct meiner Abſicht und meiner Begierlichkeit gefunden. Add. judicium

De Argumento.

Methodo.

Subſidia.

Elogia.

Judicium de eodem Bierlingii.

Frid. Wilh. Bierling in Lineamentis Methodi Studiorum Rintel. ed. 1711. in 8. Cap. X. §. VIII. p. 141. qui *Jacobus Frid. Reimmannus* (inquit) *Hiſtoriam Literariam Germanorum præmiſſa Introductione de hiſtoria literaria in genere, ejus fine & mediis ad illam perveniendi aptiſſima methodo concinnavit & ſingularibus obſervationibus auxit. Ad meum guſtum quod attinet, fateor, librum adeo mihi placuiſſe, ut reliquarum* Gentium *hiſtoriam literariam eadem ratione conſignatam videre deſiderem. Quinque Tomi utiliſſimi Operis prodierunt, Sextus hiſtoriam literariam Germanorum abſolvet. His adde Hiſtoriam literariam antediluvianam qua variam & non vulgarem Autoris eruditionem luculenter prodit.* Add. & judicium BURC. GOTH. STRUVII in Supplem ad Introd. in notit. Rei Liter. Jen. ed. 1710. in 8. ad Cap. I. §. XIV. p. 9. qui Jacobus (inquit) Fridericus Reimmannus in der Einleitung in die Hiſtoriam Literariam, ſowohl insgemein, als auch in die Hiſtoriam Literariam derer Teutſchen. Hall. 1708. in 8. *multa præfatur de defectu introductionum in rem literariam, nec immerito, cum non deſint hodierno tempore introductiones in rem literariam, de Hiſtoria Literaria vero non niſi prodromos habemus, partes quasdem ſpeciales & omnia imperfecta. Inde primum ſe venditat, qui talem in hiſtoriam literariam ediderit introductionem. Verum, ut fateamur quod res eſt, nihil in hac parte generali præſtitit, quod non ab aliis jam dudum demonſtratum, imo illorum nonnunquam ſecutus errores, nec proprios omiſit, ideo á JOH. MOELLERO notatus* im Bericht von neuen Büchern *P. VII. p. 690. Methodum BACONI DE VERULAMIO debet, ita ut Libro primo agere contendat de Hiſtoria Literaria in genere, fine & mediis ad eam perveniendi.* Vid. ib. & leg. p. 10. 11.

& Struvii,

USUM SECTIONIS PRIMÆ
ejusque
ISAGOGICÆ IN OMMIGENA
SCIENTIA SALUTAREM
Sequenti repræſentamus Aphoriſmo.

USUS Sectionis Primæ Quoad Scriptorum in omnigena

PRæſtantisſimum *Scientiæ literariæ ornamentum maximum eſt in Theologia & Eruditione omnigena ſubſidium.*

QUantum SS. Theologiæ Cultoribus in Theologia Bibliorum Exegetica afferat & dignitatem & utilitatem Scientia literaria, ex inſtituto docuit

Digitized by Google

docuit Gryphiswaldenſium Theologus longe deſideratiſſimus JOH. FRID. MAYERUS in BIBLIOTHECA BIBLICA, Diſputationibus certis Gryphiswaldiæ publicata An. M DCC II. & ſeqq. cujus contenta ſuppeditant Lubecenſ. Nov. Lit. Mar. Balt. & Sept. Collect. 1702. m. Jun. p. 160. m. Aug. p. 227. m. Sept. p. 256. m. Nov. p. 328. 1703. p. 30. m. Febr. m. Mart. p. 56. m. Octob. p. 222. m. Nov. p. 245. Vid. Biblioth. B. Mayeri Bibl. eaque continuata Roſtoch. & Lipſ. ed. 1713. in 4. Proëm. Script. ex Bibliothec. Bibl. Luth. n. 11. Quantum in reliqua dogmatum didactica, controverſiarum Polemica, Caſuum practica, antiquitatum antiquaria Theologia, SS. Theologiæ Cultoribus & dignitatem præbeat & utilitatem Scientia literaria, ex inſtituto docuerunt ANGELUS ROCCA in Bibliothecæ Theologicæ Epitome, JOHANNES IRLEN Specimine Bibliothecæ Theologicæ, CHRISTOPHORUS PELARGUS in Bibliotheca Theologica, GISBERTUS VOETIUS in Bibliotheca Studioſi Theologiæ, GERHARDUS MEIERUS, Theol. Bremenſ. in Bibliothecæ Theologicæ contractæ libellis duobus, MARTINUS LIPENIUS in Bibliotheca reali Theologica, PAULUS BOLDUANUS in Bibliotheca Theologica, GEORGIUS DRAUDIUS in Bibliotheca Claſſica, BURC. GOTTHELF STRUVIUS in elaborata non quidem ab ipſo Struvio verum a diſcipulo quodam ejus, nempe a Joh. Georg. Jochio Bibliotheca Theologica tanquam publicata Jenæ 1707. in 8. a Collect. Relat. Innoc. in unſch. Nachr. 1707. pag. 137. inſinuata ad nos hactenus tamen nondum quantum ſcio delata. Quantum accreſcat Scientiæ literariæ ſubſidio illorum ſtudiis qui Jurisprudentiæ ſeſe addixerunt, uberrimis expoſuerunt commentariis, JOH. WOLFG. FREYMONIUS in Elencho Autorum; SIMON PAULI in Biblotheca Juridica; CORNEL. A BEUGHEM in Bibliotheca Juridica & Politica; MARTINUS LIPENIUS in Bibliotheca reali Juridica; AUGUSTINUS FONTANA in Amphitheatro legali; Nicol. CHRISTOPHORUS BARO de LYNCKER in Inſtructorio Forenſi; Et præ cæteris omnibus BURC. GOTTH. STRUVIUS in Bibliotheca Juris Selecta. Quantum ſubſidium præbeat Scientia literaria Medicinæ Cultoribus integris expoſuerunt Commentariis JOH. ANTONIDES LINDENIUS in Bibliotheca Medica; MARTINUS LIPENIUS in Bibliotheca reali Medica; CORNEL. BEUGHEMIUS in Bibliographia Phyſico-Medica. HERMANNUS

Scientia ratiocinarium. *in Theologia.* *Jurisprudentia* *Medicina.*

CONRINGIUS Introductione in artem Medicam. Quantum ſubſidium afferat Scientia literaria iis, quos Muſæ Philoſophicæ intra & extra velum docuerunt Philoſophicum, integris Commentariis expoſuerunt, JOH. JAC. FRISIUS in Bibliotheca Philoſophorum Claſſicorum Chronologica; ISRAEL SPACHIUS Nomenclatore Scriptorum Philoſophicorum; GEORGIUS DRAUDIUS Bibliotheca Claſſica; PAULUS BOLDUANUS Bibliotheca Philoſophica; MARTINUS LIPENIUS Bibliotheca reali Philoſophica; Et præ cæteris omnibus BURCARDUS GOTTHELF STRUVIUS in Bibliotheca Philoſophica eaque Selecta. Scientiæ enim literariæ ope (ut pauciſſimis nos expediamus nec involvamur prolixiſſimis ambagibus) in præcipuo omnis omnino Scientiæ genere Scriptores cognoſcimus optimos, Compendiorum & Syſtematum in omni Scientiarum genere optimas editiones & conditiones, optima Eruditorum de his Compendiis & Syſtematibus judicia. Scientiæ literariæ ope cognoſcimus omnigenæ Scientiæ incrementa, decrementa, ornamenta, impedimenta & ſimilia, quæ ad veritatis omnigenæ inquiſitionem multo plurimum conducunt. Scientiæ literariæ ope adminicula feliciter parantur quæ omnigenæ Scientiæ Cultoribus, in Theologicis, Juridicis, Medicis, Philologicis, Grammaticis, Rhetoricis, Poëticis, Hiſtoricis & Philoſophicis, Logicis, Metaphyſicis, Phyſicis, Mathematicis, Ethicis, Politicis & reliquis, ad inchoandum, continuandum & ex voto abſolvendum ſtudium omnigenum maxime ſunt neceſſaria & maxime utilia; & quidem parantur cum judicio diſcretivo quo feliciter diſcernunt Cultores illi illa rebus ſuis aut ſtudiis accommoda aut accommodata ab aliis, quæ rebus ſuis ac ſtudiis minus accommoda aut accommodata. Scientiæ denique literariæ ope fontes colligimus unde materia cujusvis Thematis, Concionum Sacrarum, Meditationum, Diſputationum, Conſultationum, Scriptionum, Theologicarum, Juridicarum, Medicarum, Philoſophicarum & Philologicarum deſumenda, unde in formam juſtam ac debitam componenda, & quomodo in memoriæ Theſaurum & adverſaria reponenda ſunt quæ uſibus noſtris inſervire putabimus & Theologicis & Juridicis & Medicis & Philologicis & Philoſophicis.

Philoſophia.

Quoad ſubſidii in omnigena Scientia breviarium.

APPENDIX SECTIONIS PRIMÆ

Nempe

Diſſertatio Philoſophica Roſtoch. hab. a. 1696. cujus inſcriptio ita ſonat.

NUMI-

Digitized by Google

NUMINIS REGENTE GRATIA,
ET
SUFFRAGANTE BENEVOLO
FACULTATIS PHILOSOPHICÆ
INDULTU,

HISTORIAM LITERARIAM,

DELINEATAM ET ILLUSTRATAM,

IN DISSERTATIONE PHILOSOPHICA,
AD D. XXIX MAJI HORIS POMERIDIANIS A. O. R. MDCXCVI.
IN ALMÆ UNIVERSIT. ROSTOCHIENSIS
AUDITORIO MAXIMO,
PUBLICO ERUDITOR. EXAMINE VENTILANDA,
M. NICOLAUS Richter, GEDANENSIS,
ET
CHRISTIANUS DIETERICUS Haltermann,
ROSTOCH.

PROOEMIUM.

Prooemium.

VUlgare illud: rem ſcimus, modum ignoramus, *quod ſolæ ſibi retinere deberent res fidei, quomodo etiam in ſcientiis noſtra ratione dijudicandis de facto obtineat, ut multis probemus haud indigere videtur, cum vel ipſa id ſatis experientia nos docere poſſit. Hinc enim illa ad occultas Naturæ qualitates refugia, illæ in verba Magiſtrorum conjurationes, & ad autoritatem provocationes ſuſcipiuntur; hinc inconveniens nonnunquam præſuppoſitorum adeo ſæpius injicitur mentio. Plures alias, quæ non ſine magno ſuo malo fidei (ut ita loquamur) creduntur certitudine, ſilentio præterimus Diſciplinas, quia vel ſolam ſufficiet Hiſtoriam Literariam nominaſſe. Quis quæſo Hiſtoriam non nominat Literariam? quis uſum ejus non crepat? ſed quotus quisque*

ex

Digitized by Google

ex iis, qui ejus ſic mentionem injiciunt, eſt, qui relicto cortice medullam, id eſt, non terminum modo, ſed rem ipſam intelligat & ſcrutetur? Qua, ubi in colligendis lemmatibus quibusdam Hiſtorico-Literariis occupatus, mecum expendens, mente mutata, operæ duxi facturum me pretium, ſi genuinam potius Hiſtoriæ Literariæ rationem delinearem. Id quod ut methodice fiat, Definitionem ejusdem communicare placuit, adjecta uberiori Illuſtratione.

DEFINITIO.

Definitio Hiſt. Liter.

proinde, contenta Diſſertationis noſtræ inſinuans, his formata verbis eſto:

HISTORIA LITERARIA EST HABITUS MENTIS PHILOLOGICUS, LITERARUM ATQVE ARTIUM, EARUNDEMQUE CULTORUM CUM SUIS INGENII MONUMENTIS, CONVENIENTEM ATQVE ACCURATAM COMPLECTENS MEMORIAM, UT SUA INDE OMNI LITERARUM ATQVE ARTIUM GENERI, EARUNDEMQUE CULTORIBUS, UTILITAS ATQVE JUCUNDITAS ACCEDAT.

Seqvatur jam uberior ſuppeditatæ hujus Definitionis Illuſtratio.

§. I.

Definitum Hiſtoria.

QVemadmodum autem in omni Definitione tum Terminus *Definitus*, cujus quidditas per alia notiora explicatur, tum Termini *Definientes*, qui Definiti quidditatem termini exponunt, conſiderandi veniunt, ſic etiam circa hanc noſtram illud ipſum obſervandum erit Definitionem. HISTORIA itaque LITERARIA vicem *DEFINITI* obtinebit. Ipſam HISTORIÆ quod concernit vocem, eſt illa origine Græca, quæ ſecundum plurimorum ſententiam deducitur a græco ἵϛωϱ *ſciens*, quod vulgo derivant a verbo ἵϛημι *ſcio, cognoſco*, quia Hiſtoria imprimis debet cognoſci, cum omnis ſcientiæ mater audiat, optimoque jure *teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuntia*

tia vetuſtatu Ciceroni L. II. de *Oratore* §. 19. dicatur. Eadem vero quoad rem in genere conſiderata per *Habitum mentis philologicum rerum geſtarum memoriam inferens* deſcribi poteſt, ut horum preſſiorem explicationem verborum ſuppeditabimus N. III. & X. Quia autem res geſtæ, quarum Hiſtoria infert memoriam, vel *Naturales*, vel *Civiles*, vel *Eccleſiaſticæ*, vel *Literariæ*, deprehenduntur; hinc pro quadruplici Objecti, circa quod Hiſtoria verſatur, diverſitate quadruplicem ſortitur denominationem, ut Hiſtoria alia *Naturalis*, alia *Civilis*, alia *Eccleſiaſtica*, alia *Literaria*, ſalutetur. Quæ ultima noſtri jam eſt inſtituti.

§. II.

LITERARIA autem appellatur, quia pro Objecto habet *literas*, & quæ ad illas pertinent, de quibus uberius N. V—IIX. Dicitur alias etiam Gerh. Joh. Voſſio L. *de Philologia* C. XIV. §. 8. *Scholaſtica*, quando illam nobis ſuppeditat Hiſtoriæ Literariæ Definitionem: *Hiſtoria Literaria ſeu Scholaſtica eſt de viris doctis, eorum ſcriptis, & ſcientiarum incrementis. Item de artium inventoribus earumque progreſſu.* Literaria.

§. III.

Definitum, quod audivimus, in Definitione excipiunt *Termini DEFINIENTES*, quorum alter conceptus dicitur *contrahibilis*, alter *contrahens*. *Contrahibilis*, ſeu, quo Definiti communis ſiſtitur natura, indigitatur nobis, quando Hiſtoria Literaria deſcribitur per HABITUM MENTIS PHILOLOGICUM. Ut autem quid *Habitus mentis Philologicus* ſibi velit, rectius intelligatur, ſciendum eſt, reſpici hic ad diviſionem veterum, qui πολυμαθείαν in tres dividebant Partes, Philologiam, Matheſin & Logicam, & ſub nomine Philologiæ Grammaticam & Hiſtoriam innuebant; quemadmodum eo ſenſu Seneca in *Luſu de morte Claudii*, *gaudet*, inquit, *illic eſſe Philologos homines, ſperat enim futurum aliquem Hiſtoriis ſuis locum.* Genus

§. IV.

Cum vero conceptus hic contrahibilis non Literariæ modo ſed & Naturali, Civili, atque Eccleſiaſticæ ſuo jure & modo competat Hiſtoriæ; ideo diſcretionis ergo & alter addendus eſt conceptus, qui *Contrahens* ſalutatur, & propriam Definiti ſuppeditat naturam, reliquis Definitionis noſtræ verbis, *Objectum*, *Formam*, & denique *Finem* inſinuantibus expreſſus. Diff. Specif.

§. V.

OBJECTUM itaque, ſeu *Materiam*, *circa quam* Hiſtoria occupa- Objectum.

Digitized by Google

tur Literaria, conſtituunt nobis LITERÆ ET ARTES, EARUNDEMQUE CULTORES CUM SUIS INGENII MONUMENTIS, unde & *quatuor* diſtincte nobis expendetur *Membris*. Ad LITERAS ceu *primum Objecti* quod attinet *Membrum*, illas non in ſtrictiori jam ſumi volumus ſignificatu, quo prima illa legendi deſignantur elementa, quia hæc quoad inventionem & accidentia alia conſiderata huc ſolummodo pertinent; (qualia continet Tractatus, qui Lipſiæ nuper ſub rubro: *A. B. C. cum notis variorum.* 8vo prodiit, & genuinum ſuum agnoſcit Auctorem, ut ipſe mihi retulit, Dn. M. Joh. Joach. Möllerum, Archi D. Crosnen. optimum *Hiſtoriæ Suecicæ Pufendorffianæ* interpretem Germanicum) ſed latior hic imprimis obtinet acceptio, qua ſub nomine literarum ea denotantur omnia, quæ ſub ſtudiorum, ſcientiarum & diſciplinarum alias venire ſolent titulo, ac literarum, appellatione inſigniuntur, quia literarum, in ſtrictiori ſignificatu ſic dictarum, adminiculo conſignantur & conſervantur. Eo enim ſenſu Cicero de L. Torquato Oratore in *Bruto* ſeu *de claris Oratoribus* §. 121. loquitur: *erant in eo plurimæ literæ, nec eæ vulgares, ſed interiores quædam & reconditæ*; ut & de ſe ipſo L. IX. Epp. fam. Ep. 26. teſtatur: *haud poſſem vivere, niſi in literis viverem. Sed eſt earum etiam non ſatietas, ſed quidam modus.*

Literæ.

§. VI.

Artes.

Alterum Objecti, circa quod Hiſtoria occupatur Literaria, *Membrum* faciunt ARTES. Quarum tamen nomine non adeo præciſe hic intelligimus *Opificia & manuarias ſellulariasque artes*, quæ a civibus olim Romanis, teſte Dion. Halicarnaſſeo L. II. & IX. non exercebantur, (quanquam tamen & hæ reſpectu ſingulariorum excellentiumque ſpeciminum aliquo referri huc modo poſſe non negamus;) neque reſpicimus ad *Artes* ſic dictas *Liberales*, quales ſunt Philoſophica, Philologica, & Humaniora in Univerſitatibus ſtudia, quippe quæ ad primum Objecti membrum, ipſas ſcilicet literas jure jam retulimus; quamvis artium adhuc nomine juxta veterem loquendi morem veniant, ceu ex illuſtri, quo Venerandi harum Artium Antiſtites in Statutis Facultatis Philoſophicæ Viennenſis condecorantur, patet elogio: *Inclyta Facultas Artium liberalium, cæterarum Facultatum utique pia nutrix, quia ſuos alumnos ipſis impartitur, tanquam fortes agoniſtas: & ſi qui forſan aliunde ipſis advenerint, revera tanquam abortivi ſunt, reſpectu lactis Artium liberalium, & fœcundæ Matris Philoſophiæ, nutritorum. Filii namque Facultatis Artium aptiores ſunt ad quævis ſtudia etiam altiora, dummodo*

Digitized by Google

modo tamen non duxerint ſe emancipandos ante tempora a provida matre ſua, Facultate ſcilicet Artium, ipſis rite conſtituta, volantes ſine pennis; ſed variis plumis Artium liberalium habitualiter decorati apicem utique cujuscunque etiam Facultatis ſcientificæ facilius adipiſcuntur, interiores ejus ſubtilitates, etiamſi difficiles ſint, medullitus penetrando. His proinde remotis vocabuli *Artis* acceptionibus, ſupererit, ut eam eligamus vocis hujus ſumptionem, quæ per ipſam ſuam, ut loqui ſic liceat, eſſentiam rariora ingenii humani artificia in ſenſus incurrentia, & a Germanis eleganter per terminum Kunſt *καθ' ἐξοχὴν* exprimi ſolita, denotat; qualia ſunt v. g. ars pingendi, cælandi, imprimendi, ædificandi, atque aliæ inventiones plurimæ, cum ipſis literis aliquam præ ſe ferentes affinitatem. Quarum, ut &, quas *literas* antea diximus, ſcientiarum in ſpecie Philoſophicarum & Hiſtoricarum catalogum quendam, ex Philoſophica, quam adornandam ſibi olim præfixit Petrus Lambecius, Bibliotheca deſumptum, ſiſtit B. Morhofius *Polyhiſtoris* L. I. C. II. p. 11. 12.

§. VII.

Recenſito ſic ſecundo Objecti Hiſtoriæ Literariæ membro, ſequitur *tertium*; quod *literarum atque artium* modo deſcriptarum occupant CULTORES. Horum jam alii literas & artes ſuo tantum favore atque benevolentia colunt; alii ſuo eas promovent beneficio & ſubſidiis; alii denique ſuis illas laboribus & ingenii excolunt monumentis. Iſtorum rara ſolet haberi ratio, niſi ſingulares quædam accedant circumſtantiæ; illi ſuum obtinent in Hiſtoria Literaria locum, quæ longo nonnunquam tot Mœcenates atque Patronos refert ordine; hi vero ultimi huc imprimis pertinent, & ſunt, qui vel ſuis pro præſenti tantum literas & artes excoluerunt ſtudiis, nullis aut certe exiguis, nec memoratu dignis, ingenii ſui relictis monumentis; vel qui præter occupationes, quibus incubuerunt circa literas atque artes; omnino memorandam quoque in certis documentis ſui reliquerunt memoriam. Utrosque (licet hos imprimis, qui vulgo Auctores vocantur,) cujuscunque etiam ſint gentis, religionis, conditionis, ætatis atque ſexus, ſive jam ſint mortui, ſive adhuc vivant, ſive literati, qui literas, ſive artifices, qui artes exornant, dicantur, Hiſtoria ſibi vendicat Literaria recenſendos. Cultores.

§. IIX.

Reſtat adhuc *quartum Objecti*, quo Hiſtoria gaudet Literaria, *Membrum*, quod per *horum Cultorum* INGENII deſcribitur MONUMENTA. Ingenii monumenta.

Digitized by Google

Monumentum dicitur a monendo, quia memoriam illius, cui, vel a quo, ponitur, admonet. *Ingenii* autem vox additur, quia maxima ſui parte vi ingenii erigitur, eo quoque ipſo a manuariis & vulgaribus diſtingvitur operibus. Duplicis vero illa deprehenduntur eſſe generis, ratione duplicis illorum, qui talia ſuppeditant, conſiderationis. Nam & Literati & Artifices ſua produnt ingenii monumenta. Illorum quidem ſub nomine *Librorum* aut *Scriptorum* venire ſolent, cujuscunque ſint tractationis, idiomatis, atque methodi; ſive jam typis ſint impreſſa, ſive manu ſignata; ſive non amplius exſtent, ſive nunc exiſtant, ſive adhuc exſtitura ſint. Horum quòque pro varietate artis, quam excolunt, varia dantur monumenta, *artificia* appellari ſolita; vel enim ſunt picturæ atque imagines, vel ſtatuæ, vel numismata qua talia, vel egregia ædificia, aliaque id genus plurima inventa atque memorabilia. Quorum omnium & ſingulorum, in quantum ab Hiſtoria imprimis Naturali, Civili & Eccleſiaſtica abſtrahunt, & ad Literariam pertinere videntur, Hiſtoria ſuſcipit Literaria recenſionem.

§. IX.

Objecti Spatium

Hactenus itaque Objectum Hiſtoriæ Literariæ aliquo contemplati ſumus modo. Quod quam late pateat ex ſuppeditatis facile colligere potuimus; quippe quæ docuerunt, omnem illum tractum, quem Literæ atque artes, eorumque cultores cum ſuis ingenii monumentis occuparunt, Hiſtoriam ſibi Literariam ſumere perluſtrandum. Quemadmodum illo etiam reſpectu eadem B. Morhofio, inſigni illi Hiſtoriæ Literariæ Antiſtiti *Polyhiſt.* L. I. C. II. p. 9. dicitur: *non ipſam tantum Polymathiam, ſed & ſingularum ſcientiarum primos natales ac progreſſus ad noſtra usque tempora complecti.* Sequitur jam, ut ſecundo quoque loco *FORMAM* ſeu *Modum*, quo Hiſtoria Literaria circa ſuum verſetur Objectum, adumbremus.

Forma conſiſtens

§. X.

in Memoria

Conſiſtit autem illa juxta Definitionem noſtram in CONVENIENTI ATQUE ACCURATA MEMORIA. Ubi notandum, quod MEMORIÆ vocabulum in duplici ſumatur alias ſignificatione. Aut enim indigitat ſenſum illum internum, *cujus beneficio animus repetit, quæ fuerunt*, ut Cicero loquitur L. II. *Rhetoricorum de Inventione* §. 35.; aut illud deſignat, qvo mediante res geſtæ memoriæ committuntur, & in illa aſſervantur, quod eſt relatio; ſive ſcripto, ſive ore, ſive alio fiat modo; quemadmodum ita Aulus Gellius *Noctium Attic.* L. IV. c. 6. *in veteribus memoriis ſcriptum eſt*, loquitur. Nobis hæc ultima in præſentiarum valet acceptio,

Digitized by Google

ceptio, dum Hiſtoria Literaria de ſuo Objecto refert & memoriæ commendat, quæ ſibi referenda competunt. Quod ipſum quomodo peragi debeat, necne, duo illa *Memoriæ*, quibus circumſcribitur, nos docebunt requiſita.

§. XI.

Debet nimirum primo *Memoria* ſive relatio inſtitui CONVENIENS Hiſtoriæ ſcilicet Literariæ. Hæc autem convenientia in eo imprimis conſiſtit, ut Hiſtoria noſtra circa ſuum verſetur Objectum, non *dogmatice* & *aſſertive*, docendo prolixe ipſam ſcientiam ſive artem, ſed *hiſtorice* & *relative*, referendo ſummatim & breviter de eadem, quæ ſcienda ſunt; neque hoc ultimum peragat ſimpliciter & per omnia, ſed ſecundum quid, & quatenus literis conſignatum eſt, vel ad literas aut artes ſpectat; ut adeo *non Criticorum more in laude & cenſura tempus teratur; ſed plane hiſtorice res ipſæ narrentur, judicium parcius interponatur*, docente rectiſſime Verulamio L. II. de *augmentis ſcientiarum*, C. 4. Sic inconvenienter officio ſuo fungeretur Hiſtoricus ille Literarius, qui, dum circa literas ſive ſcientiam Aſtronomicam, varia recenſens mundi Syſtemata, occupatus eſt, alterum alteri, Copernicanum v. g. Ptolomaico aut Braheano præferre, ſuisque argumentis aſſertivis illud corroborare, hoc infringere vellet. Nec legibus convenientis memoriæ ſatisfaceret, quisquis Reges atque Principes literatos recenſurus (quemadmodum eorum recenſionem Lud. Jac. a S. Carolo in *Bibliotheca ſua Cæſareo-Regia* orſus eſt, quippe quam ſe jam paratam habere in *Biblioth. ſua Pontificia* L. II. p. 287. ſignificavit) haud in illis, quæ ad rem ſpectarent literariam, ſubſiſtens, ad alias quoque actiones, bella ſcilicet, pacta, modum regiminis, & alia, relatione ſua progrederetur, atque ita falcem in alterius, Hiſtoriographi ſcilicet profani, ſpecialiter ſic dicti, immitteret meſſem. Peccaret itidem, qui contenta libri relaturus illius refutationem magis quam recenſionem ſuſciperet; quorſum reſpicientes incluti illi Hiſtoriæ Literariæ Promotores, Lipſienſes indigito Actorum Eruditorum collectores, tot proteſtationibus, *Præfat. in An. 1682. Ep. Dedic. An. 1684. & alibi*, aſſeverarunt: ſe *nullius hominis ſcripta carbone eſſe notaturos;* verum *ideam eorum, quibus Fides & Doctrina oppugnatur, Hiſtorice delineatam, quod ipſi cenſoris partes non ſuſtineant, aliorum, ad quos illa ſpectant, examini ac judicio committ*[illegible].

§. XII.

[illegible] it Hiſtoricus Literarius, quomodo *convenienter* in & Accurata
re[illegible] memoria ſeſe gerere debeat, requiritur etiam ab ipſo,

 ut

ut ACCURATAM ejus faciat memoriam. Hujus autem ratio eo melius patebit, ſi ordine, quæ ipſi ἀκρίβεια in ſingulis Objecti membris obſervanda veniat, breviter annotemus. Circa *Literas* itaque & *Artes* qua verſari conſultum ſit Hiſtoriæ Literariæ methodo, doceat accuratiſſimus Baro, Baco de Verulamio, quippe cujus hic potius quam noſtris loquamur verbis. Sic autem ille l. N. præc. c.: *ex omni memoria repetatur, quæ Doctrinæ & Artes, quibus mundi ætatibus, & regionibus floruerint. Earum antiquitates, progreſſus etiam, peragrationes per diverſas orbis partes, rurſus declinationes, obliviones, inſtaurationes commemorentur. Obſervetur ſimul per ſingulas artes inventionis occaſio & origo; tradendi mos & diſciplina; colendi & exercendi ratio & inſtituta. Adjiciantur etiam Sectæ & controverſiæ maxime celebres, quæ homines doctos tenuerunt; calumniæ, quibus patuerunt; laudes & honores, quibus decoratæ ſunt. Notentur Auctores præcipui, Libri præſtantiores, Scholæ, Succeſſiones, Academiæ, Societates, Collegia, Ordines, denique omnia, quæ ad ſtatum literarum ſpectant.—Memorentur naturæ regionum ac populorum, indoleſque apta & habilis, aut inepta & inhabilis ad diſciplinas diverſas. Accidentia temporum, quæ ſcientiis adverſa fuerint, aut propitia; zeli & mixturæ Religionum; malitiæ & favores Legum; Virtutes denique inſignes, & efficacia quorundam Virorum, erga Literas promovendas, & ſimilia.* Hæc ſatis prolixe quidem, attamen accurate, ſuppeditata relationis Hiſtorico Literariæ de literis atque artibus requiſita B. Morhofius l.c. L. I. C. 2. p. 9. 10. repetiit, & ſingula ordine ſuo numeris diſtinxit, neque quod illis adderet, aut adimeret, habuit. Unde & nos in illis ſubſiſtamus, conſideraturi jam, quæ in referenda *cultorum* harum literarum, atque artium, *eorundemque ingenii monumentorum* memoria memoranda erunt.

ratione Literarum & Artium.

§. XIII.

Ratione Cultorum cum ſuis ingenii monumentis.

Quemadmodum autem priora alienis expedivimus verbis membra, ſic jam hæc ipſa alieno quoque exemplo, ob inſignem, qua ſingula huc pertinentia in eo obſervantur, curam, & incomparabile, quo breviſſimis, accurate tamen, cuncta fere comprehenduntur, judicium, omnibus aliis longe præferendo regulis, illuſtrata dabimus. Habetur autem illud in *Additamentis ad mutuas Pauli Sarpii & Iſaaci Caſauboni Epiſtolas*, (quas ex MSto. edidit, & *Hiſtoriæ Bœclerianæ Univerſali IV. priorum a N. C. Seculorum*, a ſe nuper editæ, annexuit Promotor noſter ætatem Devenerandus, Excellentiſſimus DN. Profeſſor. M. Joh. Gottlieb Möllerus) laudati *memoriam* Sarpii, ut *cultoris literarum atque artium*, hunc in modum inſinuans: *Paulus*

Sarpius,

Sarpius, Venetiis, Patre, Petro Sarpio, An. 1552. *IX. Cal. Septembr. natus, Ambroſii Morelli, Avunculi, manuductione uſus, ſtudiis a prima ætate ſolidioribus totum ſe adeo dedit, ut Commilitonibus in proverbium: Nos ineptiis ludisque, F. Paulus libris intentus, abiret. Pontificiis imbutus ſuperſtitionibus An.* 1566. *Monachorum, qui Servitas ſe vocant, quod præcellentes Mariæ cultores ſervosque ſe profiteantur, (v. Bzovium ad An. C.* 1183. *& Imaginem primi ſeculi Societatis JESU p.* 115.) *ordini ſe mancipavit, adeo carus fratribus ſuis, ut A. æt. XX. ad Synodum Servitarum Mantuanam, ceu Legatus miſſus, ac A. æt. XXII. in Sacerdotem, imo A. æt. XXVI. in Theologia Doctorem ordinisque ſui Provincialem fuerit creatus. Summa Monachi in Rempublicam Patriam merita, vel innumera ejus cum Papæ mancipiis pro libertate Venetorum ſuſcepta laudatisſime certamina; Candorem Viri, incomparabilis Concilii Tridentini Hiſtoria, Italice ſcripta, hasque voces: Pietro Soave Polano (ex quibus Anagrammatice in laudata lingua illa: Paolo Sarpio Veneto, emergunt,) præ ſe ferens, & in Gallicam, Latinam ac Germanicam linguam verſa. Magnum denique hominis ingenium & inexhauſtam eruditionem, inventa Phyſica & Mathematica, celebratisſimaque apud Medicos circulatio, primum ab eo oſtenſa, evincent. Obiit, non uti vult Cl. Auctor Diarii Biographici, in appendice ad Tom. I. & Cl. Blount in cenſura celebriorum Auctorum p.* 864. *a Sicariis confoſſus, ſed, variis inſidiatorum conatibus felicisſime ſuperatis, morbo, in lectulo, Venetiis, ſine ullo tamen mortis fere ſenſu An.* 1623. *æt.* 71. *die* 14. *Jan. Non Venetæ tantum urbis, ut loquitur Porta, aut Italiæ, ſed orbis terrarum ſplendor atque ornamentum. Conf. Vita Sarpii a Fulgentio ſcripta Italice, ac in Gallicum Idioma converſa.* Quod *ingenii* vero concernit *monumentorum memoriam,* Epiſtolas ejusdem Sarpii ut & Caſauboni familiares, jam olim editas, hoc ibidem recenſitas videmus tenore: *F. Pauli Sarpii Veneti & Iſaaci Caſauboni Epiſtolas familiares, auro contra cariores Eruditis habendas eſſe, quotquot Illius An.* 1673. *in* 12mo *Italice, ficto Veronæ nomine prapoſito, & Hujus per J. F. Gronovium An.* 1638. *Hagæ, ac Grævium Francofurti editas, pervolverunt, agnoſcent; ex quibus Cl. Colomeſius in Præfatione, Voſſianis præmiſſa Epiſtolis, Hiſtoriæ, quæ excellit, literariæ cognitionem, Caſauboniarum adſcribens literarum lectioni, & B. Morhofius, Sarpianas Epiſtolas Polyhiſt. L. I. C.* 19. *p.* 223. & *C.* 24. *p.* 293.; *imo ſerium nondum ubivis obvias conquirendi, & in rei incrementum literariæ publicandi, ſtudium ll. cc. & C.* 25. *p.* 313. *commendans, nobis ſufficient.* Quis hic non animadvertit, quam *accurata* Sarpii & laudatarum Epiſtolarum injiciatur *memoria?* dum Illius

Nomen,

Nomen, Patria, Parentes, Nativitas, Studium, Religio, Profeſſio, Munia atque Honores, quibus ſplenduit, Merita, aliæque, quibus eminuit, Virtutes, Scripta, cæteraque, quæ de ipſo exſtant, memorabilia & ſingularia, Obitus cum ſuis circumſtantiis, Elogium denique & ulterior remiſſio; harum vero genuinus Titulus, Auctores, Editores, Tempus & Locus editionis; Forma, Idioma, Encomium, adhibito quoque pro uberiori invenienda de illis materia indicio: pauciſſimis, iisque nervoſis, rem tamen omnem comprehendentibus, deſignantur lineis, adeo, ut nihil prorſus deſiderari poſſit, nobisque ſufficeret, ſi, hac ſaltim methodo, has quoque laudatas tantum Hiſtoriæ univerſæ Literariæ Partes abſolutas haberemus.

§. XIV.

Finis Hiſt. Liter.

Sufficiat interim in præſentiarum nobis juxta ductum Definitionis noſtræ ſaltim adumbraſſe *convenientem* atque *accuratam* illam, qua Hiſtoria Literaria in recenſendo Objecto ſuo utitur, atque utinam! in omnibus & per omnia uti poſſet, *Formam*. Quantus vero ex ejusmodi tractatione ad nos redundare poſſet Fructus, illum FINIS Hiſtoriæ Literariæ in noſtra expreſſus Definitione, jam quoque paulo uberius exprimendus, ſiſtit, quando Hiſtoriam tradi Literariam aſſeruit, UT SUA INDE OMNI LITERARUM ATQVE ARTIUM GENERI, EARUNDEMQVE CULTORIBUS, UTILITAS ATQVE JUCUNDITAS ACCEDAT.

§. XV.

Adjuncta Hiſt. Liter.

Neceſsitas.

Non equidem hic multis Neceſſitatem Hiſtoriæ Literariæ urgere opus eſt, quamvis juxta cenſum incomparabilis ſtudiorum æſtimatoris, Illuſtris Baronis de Verulamio l. c., *Hiſtoria Mundi*, (imo omnis res literaria) *ſi hac parte* (Hiſtoria Literaria) *fuerit deſtituta, non abſimilis cenſeri poſſit ſtatuæ Polyphemi, eruto oculo; cum ea pars imaginis deſit, quæ ingenium & indolem Perſonæ maxime referat.* Neque Antiquitatem illius vaſto jactemus agmine, licet ex omni produci poſſent tempore, qui illi operam navarunt ſtudio. Quem enim noſtrum fugiunt ex Gentilibus Plutarchi, Laertii, Ciceronis, aliorumque; ex Chriſtianis autem Hieronymi, Gennadii, Iſidori Hiſpalenſis, Sigeberti Gemblacenſis, Joh. Trithemii, & ceterorum vix numerabilium Scriptorum, quos poſteritati reliquerunt, & ubique hodienum conſpiciuntur, labores. Verum ſubſiſtimus nos potius in commendandis duabus illis, quibus vulgo plerique mortalium cuncta metiri ſolent, Hiſtoriæ Literariæ affectionibus, quod ſcilicet UTILIS & JUCUNDA audiat.

§. XVI.

Digitized by Google

§. XVI.

Summam autem illius deprehendimus UTILITATEM, quam ipſis primo *literis atque artibus* præſtat, dum illas in apricum producit, quantum poteſt, fovet, & ab interitu vindicat. *Nulla enim eſt tam exigua Diſciplina, cui illa non faces præferat*, ceu loquitur B. Morhoſius *Polyh.* L. I. Cap. 2. p 15. Obſtetrices illi ſuppeditat manus, ut prodeat; *non enim potuiſſet Plinius*, ut pergamus cum laudato Polyhiſtore l. c. p. 19., *tam divitem nobis rerum naturalium penum relinquere, niſi in ſubſidium Bibliothecas Romanas adhibuiſſet. Non ipſe Ariſtoteles tam multa, tam diverſa, in omni ſtudiorum, in omni Philoſophiæ genere, nobis reliquiſſet, niſi a veteribus Bibliothecis adjutus, quem primum è Græcis Bibliothecam inſtituiſſe & collegiſſe volunt.* Prolatas porro ſcientias ſuo excipit ſinu, variis illas encomiis, relationibus, citationibus, remiſſionibus atque compendiis, quæ ſingula undique colligit, vel ipſa facit, exornat & ſuſtentat, adeoque aſſervat, ut ex illis ſubſidiis, aut eorum certe occaſione, ſi forte ipſæ literæ atque artes nonnullæ temporis, quaſi demortuæ, injuriæ cedere cogerentur, ſuam aliquando παλιγγενεσίαν obtinere poſſint; quemadmodum hoc fuſius B. Morhoſius l. c. deducit, ſuo quoque, ceu patet ex eventu, jam probatum dederunt exemplo *Hiſtoria Eccleſiaſtica* Euſebii, *Bibliotheca* Photii, aliorumque ex antiquitate Hiſtoriæ Literariæ cultorum collectiones, varia Scripta atque Dogmata compendioſe repræſentantes; & hodienum adhuc in id intendunt celeberrimi Ephemeridum atque Actorum Eruditorum conſignatores. Extra controverſiam enim poſitum eſt, multos inſignes Scriptores cum ſuis ſcriptis, atque, quas tradiderunt, ſcientiis, ſummo Reipublicæ Literariæ detrimento interituros fuiſſe, niſi iſti Nomenclatores indicibus ſuis ad inveſtiganda eorum opera ſtudioſos excitaſſent. Id quod etiam feliciter ceſſit in excitandis tot Gruteris, Labbeis, Mabilloniis, Maderis, Carpzoviis, innumerisque aliis, qui, arrepta ex ſolis nonnunquam citatis hac occaſione, plurima veterum monumenta, fere non deperdita, ſuæ, incredibili hactenus ſtudio, reſtituerunt integritati. Quæ omnia & ſingula primario accuratæ Hiſtoriæ Literariæ referenda habemus curæ.

Utilitas qua gaudent Literæ & Artes.

§. XVII.

Neque ſecundo minorem, ſi non majorem, ipſis *literarum atque artium* CULTORIBUS Hiſtoria Literaria affert USUM, his ipſis tam *circa omnes per vitam actiones*, quam imprimis *circa literas atque artes*, occupatis ſeſe exhibentem. Ut enim vita omnis magis exemplis, quam ratio-

Harumque Cultores tam in omnibus actionibus

Digitized by Google

mum momentis ducitur, ſic, *quoniam per talem, qualem Hiſtoria Literaria ſuppeditat, narrationem ad Virorum Doctorum, in Doctrinæ uſu & adminiſtratione, prudentiam & ſolertiam maximam acceſſionem fieri poſſe ſcimus, rerum intellectualium non minus, quam civilium motus & perturbationes, vitiaque & virtutes notari poſſe, & regimen inde optimum educi & inſtitui*, non incongrue cum laudato ſæpius Barone l. c. *exiſtimamus*. Sane ex illa Hiſtoriæ Literariæ Parte, quæ circa Hiſtoriam verſatur Eccleſiaſticam, quantum literatus ſibi acquirere poſſit fructum, Joh. Jacobus Grynæus *Præfat. in Hiſt. ſuam Eccleſ.* his notavit verbis: *oportet lectores imitari ſedulitatem apum. Ut enim illæ incredibili induſtria ſuccos bonos ex fragrantibus floſculis ſugunt, & mel conficiunt, & aſſervant; ita illi in magno exemplorum acervo optima colligere, & uſibus ſuis accommodare debent. Hos ſibi imitandos proponant, & in ſingulis id, quod eximium eſt præ cæteris, ut v. g. Polycarpi ſtudium in propaganda Doctrina, quam Præceptore Johanne Evangeliſta didicerat; Ignatii ad Martyrium, fidei cauſa ſubeundum, alacritatem; Gregorii Neo-Cæſarienſis fidei puritatem; Origenis* φιλομαθείαν; *Didymi eruditionem in omni diſciplinarum genere & in ſacris literis; Baſilii eloquentiam; Gregorii Nazianzeni Theologiam; Chryſoſtomi zelum & eloquentiam; Athanaſii prudentiam* καὶ ἀνεξικακίαν; *Hieronymi lingvarum peritiam; Auguſtini acumen in Diſputando & Doctrinam; Eleuſii & Sylvani Epiſcoporum* παρρησίαν. *Cum enim his duobus Conſtantius Auguſtus non ſine minis imperaſſet, ut* τὸ ὁμοούσιον *damnarent, fortiter reſponderunt: penes Imperatorem eſſe, quid ſupplicii, penes ſe, quid de pietate atque impietate conſtituant. In aliis alia Spiritus S. chariſmata obſervent, & DEO, dona danti hominibus, gratias agant.* Nec minorem & hodienum, ſuæ convenientem conditioni, ex univerſo Hiſtoriæ Literariæ campo a quolibet ſuo colligi poſſe modo, nemo negabit; quemadmodum idem illud prolixe & egregie demonſtravit B. Spizelius in *Literato ſuo felici ex infelicium periculis & caſibus*.

§. XIIX.

Quam in Actionibus Literariis.

Verum nos illam potius, quam *Literatus* ex cognitione Hiſtoriæ literariæ, ut *ſtudiis ſuis* in ſpecie proficuam, habet, attendamus *Utilitatem*. Illa autem adeo varia & multiplex, ut, juxta ſingula ſi deſcriberetur, in immenſum creſceret, neceſſe ſit, ejus deſcriptio. Unicum ergo, vulgare ſcilicet illud: *ſcire, ubi poſſis aliquid invenire, eſt magna pars eruditionis*, præ multis aliis adduxiſſe ſufficiat. Hujus jam aliquanto latiorem, a Nic. Antonio in

præfixæ

præfixæ *Bibliotheca Hiſpana, ſive Notitia Hiſpanorum, qui ſcripto aliquid conſignarunt*, Præfationis P. II., his conceptam verbis, ſiſtamus diductionem: *plurimum namque intereſt, quinam, qualiterque de quovis argumento ſcripſerit, non ignorare, imo ad manum habere eos, qui vel aſſequi ſtudio, vel conſignare literis quicquam cupiunt. Alias enim Andabattarum more caſſis & cæcis ictibus decertare cum libris, ac pretioſiſſimam temporis jacturam facere, habebit opus, qui hoc Duce ad rem ſuam gerendam in ſtudiorum campo deſtituetur. Nec enim annotare omnia ſive comprehendere memoria poſſumus, quibus indigemus. Quædam ex neceſſitate examinanda ſunt, in quibusdam compendium via quærendum. At utroque auxilii genere, & neceſſarii & utilis, carendum eſt ei, qui neſcit, quorum opera, ſive ad ex tempore addiſcendum, ſive ad ſerio & accurate comprehendum ſermone id, quo impendet animus, uti debeat. Præterea hac fultis ope contingere nequit, quod ſæpe alias fit, ut operi ſe accingant, quaſi intractato & novo, in quo jam alius induſtriam ſuam fuerit expertus. —Et quid, ſi magna eruditionis pars conſiſtat in Scriptorum cognitione, ac eorum, quæ reliquere ſui monumentorum, notitia & judicio. Prorſus ita eſt. Pondus & fidem rebus ipſis pariunt Auctores, conciliantque; nec parum intereſt, utrum a probis, aut aliqua dignitate conſpicuis Viris, ab æqualibusne an ſecus, quo item conſilio, quo rerum ſtatu quoque, ſcribatur.* Plura hujus tenoris deſiderantes ad B. noſtrum Morhofium *Polyh.* L. I. C. 2. & 20. ablegatos volumus.

§. XIX.

Sed ut alterum quoque Hiſtoriæ Literariæ, quo ejus ſuperbit *Finis*, haud intactum relinquamus effectum, JUCUNDITATEM ſcilicet ex ipſa fluentem: præſtabit & illam paulo altius, quanquam breviſſimis, penſitare verbis. Illam autem & ipſæ, ſi ſenſus ipſis ineſſet, ſentirent *literæ atque artes*, dum ſuam tanta ab Hiſtoria Literaria aſſervari animadvertunt induſtria memoriam, & ex collatione veterum recentiorumque ſcriptorum, quam Hiſtoria ipſis ſuppeditat Literaria, ſeſe juveneſcere ſemper, & novis quaſi veſtimentis exornari, deprehendunt. Verum *Cultores* potius illarum hæc ipſa, quæ ab Hiſtoria promanat Literaria, magis afficit *Jucunditas*. Quod enim alias de Poëtis dici ſolet: *& prodeſſe volunt, & delectare Poëtæ*, illud non minori certe jure de Hiſtoria affirmari poteſt Literaria. Ejus enim imprimis ſtudioſus quam ſibi non gratuletur, quod ingenio ſuo atque memoria omnem univerſæ eruditionis capere poſſit apparatum; quomodo non gaudeat, quod & ſibi & aliis, ex quocunque ſcibili ſciſcitanti- Jucunditas Hiſt. Liter.

Digitized by Google

bus, ſuccurrere valeat; qui non delectetur, ſi errorum ſcopulos, ad quos alii alliſerunt, evitare, anonymos & pſeudonymos cognoſcere, plagiarios detegere, plurimorum ſcriptorum contenta recenſere, bona ſeligere, judicia de Autoribus, & alia de illis memorabilia, ſuppeditare, ſeque eo ipſo omnibus qualibet occaſione eruditum ſiſtere atque acceptum reddere queat; qua denique non animi aviditate & jucunditate provolvat ac colligat tot jucunda, & omni ſtudiorum actionumque generi inſervientia, quæ Hiſtoria offert Literaria, Argumenta atque Lemmata; qualia v. g. ſunt: *de fœminis eruditis, cæcis literatis, de ſpuriis in re literaria claris*, aliisque ejus generis innumerabilibus; quorum longum ſatis catalogum ex *Diario ſuo Biographico* contexuit, & præfationi ejusdem P. I. inſeruit Cl. DN. Wittenius. - Conf. etiam Val Henr. Vogleri *Introductio in notitiam bonorum Scriptorum*, & Phil. Labbeus, ſ. potius, qui illam 1700. Auctoribus auctiorem A. 1686. Genevæ in 4to excudi fecit, Joh. Teiſſerius, in *Bibliotheca Bibliothecarum*.

Concluſio ex Morhofio.

§. XX.

XX. Dum autem innumera alia, *jucunditatem* æque ac *utilitatem* præ ſe ferentia, Hiſtoriæ Literariæ ſpecimina, temporis circumſcripti anguſtia, præterire, delineatæ atque illuſtratæ etiam Hiſtoriæ Literariæ Diviſionem primariam, qua non incongrue in Univerſalem & Particularem diſpeſci poteſt, expediendam alii D. V. reſervare cogimur occaſioni, colophonem Diſſertationi noſtræ imponamus illo de Hiſtoria Literaria judicio, quo incomporabilis ejus Promotor, B. Morhofius, ſuas exorſus eſt Lectiones *de Notitia Autorum*, hactenus maxima parte MSStas, ita ſeſe habente: *Notitiam Autorum Lectionibus privatis tradere conſtituimus, Doctrinam ſumme utilem atque jucundam. Plenus ruris eſt, & infacetiarum, qui delicias illas non capit, ſelectiorum ingeniorum pabulum. Qui æſtimare hos theſauros norunt, quibus reconditur rerum humanarum divinarumque ſcientia, illi in lucro deputabunt hæc excerpta. Alii aurum polliceantur, nos aurifodinas dabimus, &, ſi paulo jactantius loqui licet, aureos montes. Alii uni alicui oppido affixi hæreant, nos orbe integro circumferemur. Ampliſſimum certe negotium eſt, per tam vaſta Auctorum ſpatia diffundi, prudentiæ non vulgaris, ſeligere optimos, & ſub cenſuram liberalem vocare. Via denique compendium eſt illis, qui ſtudiorum ſpatia decurrunt, ut hodogetas inveniant, in quibus confidere poſſint.*

CON-

Digitized by Google

CONSPECTUS.

Circa *DEFINITIONEM HISTORIÆ LITERARIÆ* conſideratur.

I. DEFINITUM, quod eſt *Hiſtoria Literaria.* Ubi attenditur

1. Vox *Hiſtoria* N. I.
2. Unde dicatur *Literaria.* N. II.

II. Termini DEFINIENTES. Qui conſtant.

1. Conceptu *contrahibili,* quem faciunt verba: *Habitus mentis Philologicus* N. III.
2. Conceptu *contrahente.* N. IV.
   qui diſpeſcitur in
   א. *Objectum,* quod conſtituunt
   (α) *Litera* N. V.
   (β) *Artes* N. VI.
   (γ) Harum *Cultores* N. VII.
   (δ) Horum *ingenii monumenta* N. IIX
   ב. *Formam,* N. IX. quæ conſiſtit
   (α) in *Memoria.* N. X.
   (β) eaque *convenienti.* N. XI.
   (γ) & *accurata.*
   (a) ratione *literarum* atque *artium* N. XII.
   (b) ratione harum *cultorum cum ſuis ingenii monumentis* N. XIII.
   ג. *Finem.* N. XIV. XV. qui abſolvitur
   (α) *Utilitate,* qua gaudent
   (a) *Litera & artes.* N. XVI.
   (b) harum *cultores*
   tam in *omnibus actionibus.* N. XVII.
   quam in *actionibus literariis.* N. XVIII.
   (β) *Jucunditate.* N. XIX.

Concluditur *dicto quodam de Hiſtoria Literaria* B. Morhofii N. XX.

Digitized by Google

Dan. Georg. Morhofii in Polyhiſt. Lib. I. cap. II. §. 5. ſq. p. 11. ed. noviſſ. 1708. in 4. Lubecenſ. Val. Henr. Vogleri Introd. in notit. Script. Cap. V. p. 31. edit. in 4. Helmſtad. d. a. 1700. Butc. Gotth. Struvii Introd. in notitiam rei literariæ ed. Jenenſ. d. a. 1706. Cap. I. §. X. p. 10. 11. De *HERMANNI CONRINGII Commentario de Scriptoribus XVI. poſt C. N. Seculorum*, edito Uratislav. 1703. in 4. D. G. Morhofii Polyhiſt. Lib. I. Cap. XVI. §. V. p. 186. V. H. Vogleri Introd. in notit. Script. Cap. II. p. m. 5. & Cap. V. p. m. 23. B. G. Struvii Introd. in Notit. Literar. Cap. I. §. XI. p. 11. 12. Joh. Gottl. Möllerus in præfamine ad editionem Gedani paratam 1697. non abſolutam. Gottlob Krantzius in præfat. edit. Uratislat. Collect. Lubecenſ. Nov. Lit. Mar. Balt. & Sept. d. a. 1698. m. Maj. p. 74. & Collect. Hamb. Nov. Lit. Germ. d. a. 1704. m. Febr p. 45. 46. Adjicitur USUS Sectionis in omnigeno Scientiarum genere ſalutaris hoc Aphoriſmo: *Conſignatam probe a Vitarum ſcriptoribus tam antiquioribus quam recentioribus Vitæ curriculum ſplendidiſſimum eſt & notitiæ & praxeos ſalutaris ſcientiæ omnigenæ ſpeculum.* Id quod deducitur ex teſtimoniis Taciti, Erythræi, Morhofii, Boſii, Fechtii, Verulamii, Ant. Anon. Vitæ Morhofii, Collect. Lipſ. Tentzelii, Meibomii, Crenii Hyperii. Subjungitur Quæſtio: *An in Biographicis etiam recenſioni minimorum indulgendum?* Duplex de ea Sententia profertur, altera negativa, quorundam, altera affirmativa plurimorum ex literatis Philologorum. Affirmativæ Sententiæ Patroni, iique eminentisſimi, recenſentur & argumenta eorum pro affirmativa ad certas Claſſes rediguntur. Concluditur tandem diſtincto in quinque Claſſes Scriptorum Biographicorum ſelectisſimo recenſu nempe (1.) Nationalium (2.) Perſonalium (3.) Regalium & Inſularium (4) Diſciplinarium & Individualium. Accedit tanquam Appendix Sect. II. Winckleri Tabula Biographica.

§. II.

§. II. Docti eminentes in Millenariis Mundi.

I. In *primo* Mundi *Millenario*, quod extendit ſeſe ab orbe condito ad diluvium circiter, occurrunt tantum ex Viris literatis iisque eminentiſſimis, ADAMUS, ABEL, SETH, ENOSUS, HENOCHUS & NOACHUS, de quibus fuſe agit Petrus Lambecius in Prodromo Hiſtoriæ Literariæ & Joh. Franc. Buddeus in Introd. ad Philoſopiam Hebræorum, & quorum hiſtoria ſolida repetenda eſt ex Geneſi, reliqua ſuppoſititia & fabuloſa.

II. In *Secundo* Mundi *Millenario*, quod extendit ſeſe a tempore Noachico usque ad Abrahamicum circiter, occurrunt ex Viris literatis eminen-

nen-

Digitized by Google

nentiſſimi, SEMUS, HEBERUS & reliqui Patriarchæ poſtdiluviani usque ad Abrahamum, quorum hiſtoria iterum ex GENESI repetenda, ſolida ſcilicet illa, neglecta Profanorum Scriptorum inſolida. Conferendus item Lambecius & Buddeus in LL. alleg. Ex Profanis Autoribus hac temporis hujus Periodo eminet ZOROASTER de quo ex inſtituto tractat Joh. Alb. Fabricius in Bibliotheca Græca Lib. I. Cap. XXXVI. quo cum conf. M. HENR. GOTTLIEB SCHNEIDER in Diſſert. Hiſtorico-Philol. Ima Witteb. hab. a. 1707. de Nomine & Vita Zoroaſtris: IIda ibid. eod. an. de ætate & Magia Zoroaſtris: IIItia ib. a. 1708. de Oraculis

III. Zoroaſtris. In *tertio* Mundi *Millenario* quod extendit ſeſe a tempore Abrahamico ad tempus circiter Regum Iſraëliticorum occurrunt eminentiſſimi ex Sacris, ABRAHAMUS, ISAACUS, JACOBUS, JOSEPHUS, JOBUS, MOSES, AARON, JOSUA, SAMUEL, DAVID, SALOMON, quorum denuo hiſtoria eaque ſolida repetenda eſt ex fonte Sacro, ſcilicet GENESI, Libro Joſuæ, Judicum & Regum, reliqua, profana ſcilicet Hiſtoria, denuo ſuſpecta & incerta. Ex Profanis, HERMES ſive MERCURIUS, cognomento TRISMEGISTUS, de quo legendus eſt Tractatus eruditiſſimus Olai Borrichii ſub tit. Hermes Philoſophus & Joh. Alb Fabricius Biblotheca Græca Lib. I. Cap. XI. CADMUS qui e Phœnicia literas intulit in Græciam, de quo egregie Sam. Bochartus Geograph. Saer. Lib. I. Cap. XIX. XX. LINUS, MUSEUS, ORPHEUS. De quibus ex inſtituto, Fabricius in Bibliotheca Græca Lib. I. c. XIV. §. VI. Cap. XVI. §. II. Cap. XVIII. tot. DICTYS CRETENSIS & DARES PHRYGIUS, Scriptores belli & excidii Trojani, fabuloſi & ſuppoſititii habiti a Philologis recentioribus. Leg. Fabricius in Biblioth. Græc. Lib. I. Cap. V. §. I. & §. VIII. SANCHONIATHON, de quo peculiarem Exercitationem Noriberg. ed. 1661. in 8. ſcripſit Johannes Henricus Urſinus, peculiare caput in Geographia Sacra, Samuel Bochartus, Caput XVII. Part. II. Lib. II. peculiarem diſſertationem Henricus Dodwellus in Appendice ad duas Epiſtolas de ordinum ſuſceptione & Studii Theologici ratione Londini. 1691. in 8. ed. qua cum Urſino putat Scriptorem eſſe ſuppoſititium. Vid. ex profeſſo Fabricius in Biblioth. Græca Lib. I. Cap. XXVIII. tot.

§. III. Millenario Mundi IV. ejusque.

§. III.

In *quarto* Mundi *Millenario*, quod extendit ſeſe a temporibus circiter Regum Iſraëliticorum, ultimorum ſcilicet ad tempus Nativitatis Chriſti, occu-

Digitized by Google

occurrit jam amplior Virorum Eruditorum catalogus, adeo ut mereatur
juxta decem Secula hujus Millenarii recenſeri. In *primo* quarti Mundi Seculo Primo.
Millenarii *Seculo* eminet HOMERUS, de quo ex inſtituto agit Joh.
Alb. Fabricius in Biblioth. Græca Lib. II. Cap. I. II. III. IV. V. VI. VII. *In* Secundo.
Secundo ejusdem Millenarii *Seculo* eminet HESIODUS, de quo
iterum ex inſtituto Fabricius Lib. II Cap. VIII. In *tertio* Millenarii IV. Tertio.
Seculo eminent ARCHILOCHUS, Poëta Græcus, de quo Fabricius
L. c. l. 2. cap. XV. §. 16. TYRTÆUS, Poeta Græcus, de quo Fabricius
l. c. *L.* II. c XI. §. VII. ZALEUCUS, JCtus ſive Locrenſium Legislator,
de quo Fabricius l. c. Lib. II. Cap. XIV. §. I. In *quarto* Millenarii IV. *Se-* Quarto.
culo eminent PERIANDER, unus ex ſeptem Sapientibus de quo vid.
Joh. Fr. Buddei Tract. pecul. tit. Sapientia Veterum Exerc. VII. de Ethica
Periandri & Joh. Alb. Fabricii Biblioth. Græc. L. II. c. XXIII. §. XXV.
DRACO, JCtus ſeu Legiſlator Athenienſis de quo Fabricius L. c. Lib.
II. c. XIV. §. XV. ALCMAN, Lyrici carminis & quidem amatorii in-
ventor. De quo id. Fabric. *L.* eod. l. 2. c. XV. §. X. PHERECY-
DES, Philoſophus, de quo id. Fabricius L. c. Lib. II. cap. XXIII. §. XXVI.
ALCÆUS, Poeta Lyricus, de quo id. Fabricius Lib. II. Cap. XV. §. IX.
SAPPHO Poetria, de qua id. Fabricius L. c. Lib. 2. cap. XV. §. LIV.
SOLON primarius e Sapientibus Græcis; de quo Fabricius L. c. L. II.
Cap. XIV. § XVI. & Joh. Fr. Buddeus in Tr. tit. Sapientia Veterum Exerc.
IV. V. STESICHORUS, Poeta Lyricus, de quo Fabricius L. II. c.
XV. §. LVII. ÆSOPUS, Scriptor Fabularum notiſſimus, de quo Fabri-
cius l. c. Lib. II. Cap. IX. PHALARIS, Agrigentinorum Tyrannus, cu-
jus Epiſtolæ exſtant, judice LUBINO, ingenioſiſſimæ & admirabiles.
Vid. Fabricius L. c. Lib. II. Cap. X. In *quinto* Millenarii Mundi quarti Seculo Quin-
Seculo eminent THEOGNIS, Poeta Græcus, de quo Fabricius L. c. Libr. to.
II. Cap. XI. §. I. PHOCYLIDES, Poeta Græcus, de quo id. ibid. §. III.
HERODOTUS, Hiſtoriæ parens, de quo Fabricius L. c. Lib. II. Cap.
XX. THALES Mileſius, Philoſophus, de quo Joh. Fr. Buddeus in Tr. de
Sapientia Veterum Exercit. Ima. HIPPONAX, autor carminis Scazon-
tis. De quo Fabricius L. c. Lib. II. Cap XV. §. XXXII. PYTHAGO-
RAS, Philoſophus celeberrimus de quo Fabricius l. c. Lib. II. cap. XII.
XIII. ANACREON, Autor carminis Anacreontici, de quo Fabricius
Lib. II. Cap. XV. § XII. PINDARUS, Lyricorum Poetarum Princeps,
de quo Fabricius l. c. Lib. II. Cap. XV. §. I. ſq. HERACLITUS, Philo-

Digitized by Google

ſophus, de quo Fabricius l. c. Lib. II. c. XXIII. §. IV. ANAXAGORAS. Philoſophus, de quo Fabricius l. c. Lib. II. c. XXIII. §. VII. SOPHOCLES, Poeta Tragicus, de quo Fabricius Lib. II. c. XVII. EURIPIDES, Poeta itidem Tragicus, de quo Fabr. L. II. c. XVIII. ÆSCHYLUS it. THESPIS, Poetæ Tragici, de quibus Fabricius l. c. Lib. II. Cap. XVI. SOCRATES, fons reliquorum Philoſophorum de quo Fabricius l. c. Lib. II. c. XXIII. §. XXX. In *Seculo Sexto* IVti Mundi *Millenarii* eminent ex Viris literatis ISOCRATES, Orator, de quo Fabricius l. c. Lib. II. c. XIX. XXVI. HIPPOCRATES, Medicus, de quo Fabricius l. c. Lib. II. Cap. XXIV. THUCYDIDES & CTESIAS, Hiſtorici, de quo Fabricius l. c. Lib. II. Cap. XXV. PLATO, Philoſophus, de quo Fabricius l. c. Lib. III. Cap. I. II. III. XENOPHON, Hiſtoricus, de quo Fabricius l. c. Lib. III. Cap. IV. ARISTOTELES, Philoſophus longe celeberrimus de quo Fabricius l. c. Lib. III. Cap. VI. VII. ARISTOPHANES, Poeta Comicus, de quo Fabricius l. c. Lib. II. c. XXI. In *Millenarii* Mundi IVti *Seculo Septimo* eminent EUCLIDES, Geometra, de quo Sam. Reyheri Diſp. pecul. tit. Euclides στοιχειότης h. e. Elementaris Kilon. 1693. hab. & ed. Fabricius l. c. Lib. III. c. XIV. DEMOSTHENES, Orator Græcus, de quo Fabricius l. c. Lib. II. c. XXVI. §. VIII. THEOPHRASTUS, Philoſophus, de quo Fabricius l. c. Lib. III. Cap. IX. THEOCRITUS, Poeta Græcus, de quo Fabricius l. c. Lib. III. Cap. XVII. EPICURUS, Philoſophus, de quo Fabricius l. c. Lib. III. Cap. XXXIII. ZENO CITIEUS, de quo Fabricius l. c. Lib. III. Cap. XV. p. 413. ſqq. ZOILUS, Homeri graviſſimus adverſarius, de quo Fabricius l. c. Lib. II. Cap. VII. §. X. In *Octavo* millenarii Mundi quarti *Seculo* eminent APOLLONIUS RHODIUS, APOLLONIUS PERGÆUS, ARCHIMEDES. De quibus Fabricius l. c. Lib. III. Cap. XXI. XXII. POLYBIUS, de quo Fabricius l. c. Lib. III. Cap. XXX. BION & MOSCHVS, Poetæ Bucolici, iique eminentiſſimi, de quibus Fabricius l. c. Lib. III. Cap. XVII. §. X. ſqq. Ex Latinis PLAUTUS, de quo idem Fabricius in Bibliothec. *Latina* ed. noviſſ. in 8. Hamb. d. a. 1708. *Lib.* I. Cap. I. & TERENTIVS, de quo id. Bibl. *Lat. Lib.* I. Cap. III. In *Nono* Millenarii Mundi quarti *Seculo* Viri eminent Literati ex Græcis, APOLLODORVS, Athenienſis, Grammaticus de quo Fabricius Bibl. Græc. *Lib.* III. Cap. XXVII. Ex *Latinis*. M. PORCIVS CATO. De quo J. A. Fabricius in Bibliotheca *Latina* ed. noviſſ. Hamb. d. a. 1708. in 8. *Lib.* I. Cap. II. M. TERENTIVS VARRO de quo id. ibid. Lib. I. Cap. VII.

Seculo Sexto.

Seculo Septimo.

Seculo Octavo.

Seculo Nono.

Digitized by Google

VII. M. TVLLIUS CICERO de quo id. ibid. *Lib.* I. Cap. VIII. C. VALERIUS CATVLLUS, Poeta, de quo id. ibid. *Lib.* I. Cap. V. T. LUCRETIUS CARUS Poeta de quo id. ibid. *Lib.* I. Cap. IV. C. SALLUSTIUS Criſpus, de quo Id. ibid. *Lib.* I. Cap. IX. In *Seculo* Millenarii mundi quarti *decimo* & *ultimo* eminent ex Græcis DIODORUS SICVLVS de quo Fabricius in Biblioth. Græc. *Lib.* III. Cap. XXXI. & DIONYSIUS HALICARNASSEUS de quo id. ibid. *Lib.* III. Cap. XXXII. CORNELIUS NEPOS, de quo Id. ibid. *Lib.* I. Cap. VI. P. VIRGILIUS MARO, de quo id. ibid. *Lib.* I. Cap. XII. Q. HORATIUS FLACCUS, de quo id. ibid. *Lib.* I. Cap. XIII. Seculo decimo.

§. IV. §. IV.

Atque hi ſunt eminentiſſimi inter cæteros Viri *Literati* qui vixerunt tempore ante C. N. obſcuriori paulo & confuſiori: ſuccedunt nunc Viri *Literati* iique eminentiſſimi, tempore poſt C. N. clariori omnino atque diſtinctiori in Seculis diſtinctis poſt C. N. diſtinctis Claſſibus recenſendi. In *Seculo* poſt C. N. *primo* quoad *THEOLOGOS* extant Scripta Evangeliſtarum & Apoſtolorum, pura, ſolida & certa, reliqua omnia ſunt incerta, inſolida atque ſuppoſititia, de quibus conſulendus eſt ex inſtituto, Incomparabilis ille Theologus quondam & Polyhiſtor D. THOMAS ITTIGIUS in Bibliotheca Patrum Apoſtolicorum Græco-Latina *Lipſ.* ed. in 8. 1699. una cum præmiſſa eidem Diſſertatione de PATRIBUS APOSTOLICIS. Repetantur Theologi ſive Patres reliqui & doctores Sec. I. Eccleſ. ex Ad. Rechenbergii Summ. Hiſt. Eccleſ. ed. *Lipſ.* 1698. in 12. §. I-XII. Inter *JCtos* eminent ANTISTIVS LABEON de quo vid. J. A. Fabricius Biblioth. *Lat.* ed. in 8. Hamb. noviſſ. d. a. 1708. *Lib.* IV. Cap. IX. p. 814. 830. MASVRIVS SABINVS, de quo id. ibid. *Lib.* IV. c. IX. p. 815. Inter *Medicos* eminent AVR. CORNELIVS CELSVS, de quo Fabricius l. c. *Lib.* II. Cap. IV. Inter *Philoſophos*, M. Annæus SENECA, de quo id. Fabricius ibid. *Lib.* II. Cap. IX. APOLLONIUS THYANÆUS, de quo vid. ὁ θαυμάσιος noſter FECHTIUS in Schediaſm. Sacr. Exercit. I. de Reſurrect. Carnis §. CLVIII. ſq.—CLXV. p. 265. ſq.— 277. Petrus Daniel Huetius Demonſtrat. Evangel. cap. CXLII. §. XII. CXLVII. §. I. ſqq. Joh. Fr. Buddeus in Parerg. Hiſt. Theol. Exerc. VI. §. IV. p. 135. ſq God. Vockerod. Exercit. Acad. Supplem. ad Exercit. de Societ. *Literar.* Supplem. II. p. 201. ſqq, & Nanus Tillemontius in Vita Apollonii apud *Lipſienſ.* Act. Er. Collect. d. a. 1695. m. April. p. 189. d. a. 1704. m. Jan. p. 36. Inter

Docti eminentes Seculi I.

Theologi.

JCti.

Medici.

Philoſophi.

Digitized by Google

Philologi. *Philologos* eminent & quidem Græcos PHILO JUDÆUS, de quo J. A. Fabricius in Bibliotheca Gr. *Lib.* IV. Cap. IV. FLAVIUS JOSEPHUS, de quo id. ibid. *Lib.* IV. Cap. VI. STRABO AMASENUS, Geographus de quo id. ibid. Lib. IV. Cap. I. Inter Latinos OVIDIUS, Poeta, de quo Fabricius Biblioth. Lat. ed. noviſſ. Lib. I. Cap. XV. LIVIVS, Hiſtoricus, de quo id. ibid. *Lib.* I. Cap. XI. PLINIUS Major, Hiſtoricus, de quo id. ibid *Lib.* II. Cap XIII. CVRTIUS, Hiſtoricus, de quo id. ibid. *Lib.* II. c. XVII. TACITUS, Hiſtoricus de quo id. ibid. *Lib.* II. Cap. XXI. JUVENALIS, Poeta, de quo id. ibid. *Lib.* II. Cap. XVIII. MECOENAS, cujus vitam & ſcripta libro ſingulari depinxit Joh. Henr. Meibomius Lugd. Batav. 1653. in 4. & recenter Italus quidam, nomine, Jacobus Maria Cennii in Tr. ſub tit. Vita Mecænatis Romæ 1684. ed. Vid. *Lipſ.* Collect. in Act. Erud. d. a. 1685. m. Decemb. p. 592. 593.

§. V.

§. V. Docti eminentes Sec. II. Theologi. JCti. Medici. *Secundi* poſt Chriſtum natum *Seculi* Patres, Doctores Eccleſiaſtici, ſive *THEOLOGI* repetendi ſunt ex Ad. Rechenbergii Summario Hiſtor. Eccleſ. ed. in 12. Lipſ. d. a. 1698. ad Sec. II. §. II. ſqq. *JURISCONSULTI* repetendi veniunt ex J. A. Fabricii Biblioth. *Lat.* ed. noviſſ. Lib. IV. Cap. IX. §. 6. ſq. p. 831. 832. Ex *Medicis* eminet CLAUDIUS GALENUS, de quo ex inſtituto agit D. J. A. Fabricius Bibliotheca Græca Lib. IV. Cap. XVII. Philoſophi. Ex *Philoſophis* eminent ARIANUS diſcipulus cum præceptore EPICTETO. De quibus Fabricius Biblioth. Græc. Lib. IV. Cap. VII. VIII. PLUTARCHUS, de quo id. ibid. Lib. IV. Cap. XI. MAXIMUS TYRIUS de quo id. ibid. Lib. IV. Cap. XXIII. CLAUDIUS PTOLOMÆUS de quo id. ibid. Lib. IV. Cap. XIV. Philologi. Ex *Philologis* & quidem Græcis eminent LUCIANUS de quo Fabricius l. c. Lib. IV. c. XVI. ÆLIANUS, de quo Fabricius c. l. Lib. IV. Cap. XXI. PAUSANIAS de quo id. ibid. Lib. IV. Cap. XV. POLYÆNUS de quo id. ib. L. IV. c. XV. DIOGENES LAERTIUS de quo id. ibid. Lib. IV. Cap. XIX. ATHENÆUS de quo id. ib. Lib. IV. Cap. XX. §. VI. Ex Latinis SVETONIUS de quo Fabricius in Biblioth. Lat. ed. noviſſ. Lib. II. Cap. XXIV. JUSTINUS de quo id. ib. *Lib.* III. cap. III. FLORUS, de quo id. ibid. *Lib.* II. Cap. XXIII. AVLUS GELLIUS de quo id. ibid. *Lib.* III. Cap. I. PLINIUS SECVNDUS de quo id. ibid. *Lib.* II. Cap. XXII.

§. VI.

§. VI. Docti eminentes *Seculi* poſt Chriſtum natum *tertii* Patres, Doctores Eccleſiaſtici ſive *THEO-*

Digitized by Google

THEOLOGI, repetendi ſunt ex Ad. Rechenberg. Summ. Hiſt. Eccleſ. ad Sec. III. §. II. ſqq. Ex *Juriſconſultis* eminent ÆMILIUS PAPINIANUS, DOMITIUS ULPIANUS & GREGORIUS, de quibus vid. J. A. Fabricius in Biblioth. Lat. ed. noviſſ. L. IV. c. IX. §. V. n. 13. 14. p. 820. coll. §. IV. p. 809. Ex *Medicis* SERENIUS SAMMONICUS. De quo Fabricius l. c. Lib. III. Cap. V. Ex *Philoſophis* PLOTINUS & PORPHYRIUS de quibus J. A. Fabricius in Bibliotheca Græca Lib. IV. Cap. XXVI. XXVII. Ex *Philologis* & quidem Græcis HERODIANUS de quo Fabricius Bibl. Gr. ſuo loco. DIO CASSIUS de quo id. ib. Lib. IV. cap. X. APPIANUS, de quo Fabricius l. c. Lib. IV. Cap. XII. PHILOSTRATUS de quo id. ib. Lib. IV. cap. XXIV. DIONYSIUS LONGINUS de quo id. ib. Lib. IV. Cap. XXXI. §. IX. Collect. Lipſienſ. in Act. Er. a. 1711. m. Maj. p. 208. ſq. 210. ſq. Collect. ausführl. Berichts neuer Bücher und Sachen—XII. Stück n. II. p. 1106. ſqq. Collect. Neuen Bibliothec. XIV. Stück n. IV. p. 349. ſq. Ex Latinis CENSORINUS de quo Fabricius in Biblioth. Latin. ed. noviſſ. Lib. III. Cap. IV. §. III. & SCRIPTORES HISTORIÆ AUGUSTÆ de quibus id. ibid. Lib. III. Cap. VI. ex inſtituto. Sec. III. Theologi. JCti. Medici. Philoſophi. Philologi.

§. VII.

Seculi poſt Chriſtum natum *quarti*, Patres ſive Doctores Eccleſiaſtici ſive *THEOLOGI* repetendi ſunt ex Ad. Rechenb. Summar. Hiſtor. Eccleſ. ad Sec. IV. §. II.—XL. *JCti* repetendi ſunt ex Herm. Conringii Comment. de Scriptoribus XVI. Secul. poſt C. N. a l Sec. IV. quos inter eminet HERMOGENES, de quo J. A. Fabricius Biblioth. Latin. ed. noviſſ. Hamb. Lib. IV. c. IX. p. 809. 826. *Medici* repetendi ſunt ex eodem Conringio & Joh. Henr. Boeclero ejusque Hiſtoria Univerſ. IV. Secul. poſt C. N. Secul. IV. Sect. V. §. IV. quos inter eminet ZENO CYPRIUS cum ſuis diſcipulis quorum tamen vix ſolida monumenta ſuperſunt. Ex *PHILOSOPHIS* eminent JAMBLICHUS de quo vid. Fabr. in Bibl. Græc. Lib. IV. c. XXVIII. Collect. Novor. liter. Germ. & Europ. Hamb. 1707. m. Septembr. pag. 310. 311. Laur. Lundius Biblioth. Gr. ed. in 8. Hafn. 1704. n. 159. p. 84. Gottfried Zenner im Winterparnaß d. a. 1692. n. VIII. p. 111. 112. 113. & THEMISTIUS de quo vid. Collect. Act. Erud. Lipſienſ. d. a. 1685. m. Octobr. p. 460. ſqq. Ex *Philologis* & quidem *Græcis* EUNAPIUS de quo ſingulare momentum annotavit Thomas Crenius in Diſſert. de Singularibus Scriptorum n. LXXXV. p. 123. ed. in 8. Lugd. Bat. 1705. Add. Laur. §. VII. Docti eminentes Seculi IV. Theologi. JCti. Medici. Philoſophi. Philologi.

H 3 Lundius

Lundius Biblioth. Gr. Compend. Haſn. 1704. in 8. ed. §. 120. p. 164. Ex *Latinis* AMMIANUS MARCELLINUS de quo vid. ex inſtituto J. A. Fabricius in Bibliotheca Latina ed. noviſſ. Lib. III. Cap. XII. §. I. EUTROPIUS, de quo idem Fabricius l. c. Lib. III. Cap. VI §. VI. JUVENCUS de quo id. ibid. Lib. IV. Cap. II. §. 1. n. 10. p. 702. PRUDENTIUS de quo id. ibid. *Lib.* IV. Cap. II. §. I. n. 1. p. 696. ſqq. JULIUS FIRMICUS MATERNUS, de quo id. ibid. *Lib.* III. Cap. VIII. PANEGYRICI de quibus id. ibid. Lib. II. Cap. XXII. §. V. p. 484. ſqq.

§. VIII. Docti eminentes Seculi Vti Theologi. JCti.

§. VIII.

Seculi poſt Chriſtum natum *quinti* PATRES ſ. Doctores Eccleſiæ ſ. *Theologi* repetendi ſunt ex Ad. Rechenbergii Summar. Hiſt. Eccleſ. ad Sec. V. §. II. — §. XXVII. *JCti*, (teſte Conringio, Commentar. ſupra alleg.) nulli pæne hoc Seculo memorantur quorum ſcripta quidem ſuperſint; tantum Theodoſio IIndo Imperatore confectus eſt ex conſtitutionibus Cæſarum, qui a Conſtantino M. usque ad illud tempus rerum erant potiti, tertius Codex Theodoſianus ab eo, cujus autoritate fuit conſcriptus, nuncupatus.

Medici. MEDICORUM ſimiliter, teſte Conringio, ſupererant nulli niſi quod ad hæc tempora pertinere videatur PAULUS ÆGINETA & AETIUS ALMIDENUS.

Philoſophi. Ex *Philoſophis* & quidem Græcis THEON ALEXANDRINUS & PAPPUS ALEXANDRINUS, de quibus Gerh. Voſſius Tract. de Scientiis Mathematicis Cap. XVI. §. VIII. IX. SYNESIUS de quo vid. Laur. Lundius in Biblioth. Græc. ejusque Comp. Haſn. ed 1704. n. 255. p. 133. PROCLUS, de quo vid. Joh. Alb. Fabricius in Tract. Hamb. ed. 1700. in 4. ſub tit. Procli Philoſophi Platonici Vita, Scriptore, Mario Neapolitano, quorum altera parte de virtutibus Procli Theoreticis ac Theurgicis auctiorem & nunc demum integram primus edidit verſionem breves notas atque elenchum Scriptorum adjecit Fabricius. BOETHIUS ex Latinis. De quo vid. Ejusd. Fabricii Bibliotheca Latina ed. noviſſ. Lib. III. Cap. XV. §. V. p. 641. ſqq.

Philologi. Ex *Philologis* & quidem *Græcis* hoc Seculo eminent ZOSIMUS de quo Laur. Lundius Comp. Biblioth. Græcæ n. 276. p. 143. ed. Haſn. d. a. 1704. in 8. APHTHONIUS, de quo id. Lundius l. c. n. XXXVI. p. m. 21. Ex *Latinis* CLAUDIANUS de quo Fabricius Biblioth. Lat. ed. noviſſ. Lib. III. Cap. XIII. & VEGETIUS de quo id. ibid. Lib. III. Cap. XII. §. IV.

§. IX. Docti eminentes Sec. VI.

§. IX.

Seculi poſt Chriſtum natum *Sexti* Patres ſ. Doctores Eccleſiæ. ſ. *Theo-*

ſ. *Theologi* repetendi ſunt ex Ad. Rechenbergii Summar. Hiſt. Eccleſ. ad Sec. VI. §. II. — V. *Juriſconſultorum* catalogum adimplet hoc ſeculo TRIBONIANUS, per quem ejusque collegas Juſtinianus Imp. conſcribi fecit Codicem & Pandectas nec non Inſtitutiones Juris Civilis. Vid. J. A. Fabricius in Biblioth. Latin. Lib. IV. Cap. X. §. II. p. 834. ſqq. coll. p. 811. 813. *Medicorum* catalogum adimplet hoc Seculo ALEXANDER TRALLIANUS cujus extant Therapeutica. *Philoſophorum* Catalogum ob irrumpentem barbariem diminutum quoque deprehendimus. Illuſtriores ſunt ex Græcis AMMONIUS ALEXANDRINUS de quo Laur. Lundius in Bibl. Gr. Comp. §. XXII. p. 13. 14. PHILOPONUS de quo id. ibid. §. 216. p. 113. 114. SIMPLICIUS de quo id ibid. p. 129. *Philologi* & quidem *Græci* eminent ſequentes. PROCOPIUS de quo Laur. Lundius l. c. n. 235. p. 123. AGATHIAS de quo id. ibid. §. 18. pag. 11. 12. AGAPETUS, de quo id. ib. n. XV. p. 10. ZACHARIAS MITYLENÆUS de quo Thom. Crenius Animadv. Hiſt. Philolog. Part. IV. Cap. V. §. V. p. 204. 205. Ex *Latinis* JORNANDES de quo Fabricius in Bibliotheca Latina ed. noviſſ. Lib. III. Cap. XVII. PRISCIANUS, de quo id. ibid. Lib. IV. Cap. VII. n. 3. p. 783. ſq. CRESCONIUS CORIPPUS, de quo id. ibid. Lib. IV. Cap. II. n. 6. p. 715.

Theologi. JCti. Medici. Philoſophi. Philologi.

§. X.

§. X. Docti eminentes Sec. VII. & VIII.

Seculi Septimi & Octavi poſt Chriſtum natum Patres ſive Doctores & *Theologi* repetendi ſunt ex Ad. Rechenbergii Summ. Hiſt. Eccleſ. ad Sec. VII. §. II.—XIII. ad Sec. VIII. §. II.—XI. De *Juriſconſultis, Medicis, Philoſophis* & *Philologis* attendendum eſt judicium Herm. Conringii in Comment. de Scriptoribus XVI. Secul. poſt C. N. ad Sec. VII. VIII. Aluerunt hæc Secula nec JCtum, nec Medicum, nec Philoſophum nec Philologum qui alicujus ſit momenti ac nominis excepto PAULO WARNEFRIDO, Aquilejienſis Eccleſiæ Diacono, cujus eſt Hiſtoria quæ dicitur, Miſcella, & alia de Geſtis Longobardorum VI. Libris conſtans. Vid. J. A. Fabricii Bibliotheca Latina ed. in 8. 1708. Hamb. pag. 578. 651. 662. 716. 741. 579. 710. 741. ſq. 765.

§. XI.

§. XI. Docti eminentes Sec. IX & X. Theologi. JCti.

Seculi Noni & Decimi poſt Chriſtum natum Doctores Eccleſiæ & *Theologi* repetendi ſunt ex Ad. Rechenbergii Summ. Hiſt. Eccleſ. ad Sec IX. §. II. — XXII. ad Sec. X. §. II.—XV. *JCtorum* Catalogum occupant quoad Sec. IX. PHOTII Nomocanon quo tanquam Juris Canonici compendio

Digitized by Google

omnibus poſtea Seculis ad hodierna usque uſa eſt Græca Eccleſia: quoad Sec. X. Leonis Imp Novellæ & Libri LX βασιλικῶν ſ. Regiarum Conſtitutionum. *Medicorum* numerum ſupplent Arabes, quorum vix nomina nedum ſcripta ad nos pervenerunt. Vnicum teſte CONRINGIO habemus ſuperſtitem cujus extat hodie libellus de Curatione Morborum particularium. *Philoſophi* in barbaro occidente vix ulli extiterunt nominis & ominis præclari; in florido oriente extiterunt quidem partim inter Græcos partim inter Arabes & Saracenos ſed ſcripta illorum interciderunt neque ad nos pervenerunt Vt adeo non ſint qui recenſeri mereantur. *Philologi*, his Seculis in occidente fuere nulli, Poëſi, Oratoria & reliqua Philologia quaſi ſepulta, exſtant tamen hiſtorici nonnulli quos recenſet Ad. Rechenb. Summ. Hiſt. Eccleſ. l. c. it. Herm. Conringius in Comm. de Scriptoribus Sec. XVI. poſt C. N ad Sec. IX. X. Cap. V. Non prætereundus eſt in Seculo nono BASILIVS MACEDO, Imp. Conſtantinop. qui exhortationes ſcripſit ad Leonem filium longe elegantiſſimas, de quo conf. Bernhardus Damke in editione hujus Baſilii Baſileæ facta 1633. in 8. in fronte ubi Biographia Baſilii præmittitur.

Medici.

Philoſophi.

Philologi.

§. XII.

§. XII. Docti eminentes Sec. XI. XII. Theologi. JCti.

Seculi poſt C. N. *Undecimi* & *Duodecimi* Doctores Eccleſiæ ſive *Theologi* qui ut Eccleſiaſtici deſinunt. in Sec. XI, ut Scholaſtici incipiunt Sec. XII. repetendi ſunt ex Ad. Rechenb. Summ. Hiſt. Eccl. ad Sec. XI. §. II.—XXV. ad Sec XII. §. II.- XX. *Juriſconſultorum* numerum occupant BVRCARDUS, Epiſcopus Wormatienſis & JVO, Epiſcopus Carnotenſis, in Seculo XI, ille in Libris XX. decretorum, hic, in volumine decretorum, qui fundamenta jecerunt Juris Canonici; in Seculo XII. GRATIANVS, decretorum compilator adeoque Juris Canonici eminens Autor & IRNERIVS reſtaurator Juris Civilis. *Medicorum* in his ſeculis florida cultura fuit apud Arabes & Græcos, quorum tamen ſolida fundamenta ad nos non pervenerunt, unde non habemus quod ſolide de illis recenſeamus. In Sec. XI. ex Arabibus eminet JOHANNES SERAPION & ex Græcis MICHAEL PSELLVS. De quo vid. Gerh. Voſſius Tr. de Philoſophia & Philoſophis Cap. XII. §. XXXVI. in Tr. de natura *Logicæ*. Cap. XI. §. VI. In Seculo XII. filius Serapionis JOHANNES DE MEDIOLANO Autor libri de conſervanda valetudine qui inſcribitur: Schola Salernitana. Vid. Joh. Alb. Fabricii Biblioth. *Lat* ed. 1708. in 9. Hamb. *Lib*. IV. c. XII. n. 13. p. 871. 872. *Philoſophi* in his Seculis floruerunt itidem apud Arabes & Græ-

Medici.

Philoſophi.

Digitized by Google

& Græcos ſed quorum ſcripta nos ſubterfugerunt, excepto ex Seculo XI. AVICENNA ex Arabibus, de quo conf. Thom. Crenius Animadv. Hiſt. Philol. Part. II. p. 184. ſqq. M. Dav. Scultetus Schaubühne der gelehrten Jugend ed. in 8. Hamb. 1708. n. XXIX. p. 74.—77. & ex Sec. XII. AVERROE ex Arabibus de quo conf. Thom. Crenius diſſ. Epiſt. II. ed. Lugd. Bat. 1708. in 8. de Furibus librariis §. XI. p. 14. Gerh. Voſſius Tr. de Philoſophia & Philoſophis Cap. XIV. p. 114. ed. in 4. 1658. Hag. Com. Philoſophi illi qui ex Latinis dicuntur Scholaſtici, recenſentur a Rechenb. l. c. ad Sec. XI. §. VIII. ſq. ad Sec. XII. §. V. ſqq. *Philologi* in his Seculis nulli ſunt memoratu digni, ſtudiis tum Philologicis adhuc quaſi ſepultis. Adfuerunt Hiſtorici nonnulli quos recenſet Rechenbergius l. c. ad Sec. XI. §. IX. ſq. ad Sec. XII. §. XIII. ſqq. Philologi.

§. XIII.

§. XIII. Docti eminentes Sec. XIII. XIV. Theologi. JCti.

Seculi poſt Chriſtum natum *decimi tertii* & *decimi quarti Theologi* tam Græci quam Latini, qui memoratu digni, repetendi veniunt ex Ad. Rechenbergii Summ. Hiſt. Eccleſ. ad Sec. XIII. §. II.—VI. ad Sec. XIV. §. II—XV. *Juriſconſultorum* memorabilem Catalogum in Sec. XIII. abſolvit quaſi ACCURSIUS Florentinus qui primus totum Jus Civile Gloſſis illuſtravit. Vid. Seb. Kortholti Diſp. Kilon. 1701. hab. de ſtudio Senili pag. 44. In Seculo XIV. BARTOLUS & BALDUS, vulgo Principes Juris habiti. Vid. id. Kortholtus l. c. p. 45. Sam. Reyherus de Nummis ex Chymico Metallo factis. Cap. XVII. p. m. 54. ed. in 4. Kilon. 1692. *Medicorum* numerum in Sec. XIII. adimplet DEMETRIUS PEPAGOMENUS qui juſſu Palæologi Imp. Græci librum ſcripſit de Podagra & in Seculo XIV. de quo Gerh. Voſſius Tr. de Philoſophis & Philoſophia Cap. XII. §. XXXVIII. ARNOLDUS VILLANOVANUS, Chymicus. De quo G. M. Königius Biblioth. Vet. & Nov. pag. 846. *Philoſophi* in his Seculis Scholaſtici iidem ſunt cum Doctoribus Scholaſticis recenſitis a Rechenbergio l. c. unde repetendi. *Philologi* in his Seculis nondum apparent niſi Hiſtorici, recenſiti a Rechenbergio l. c. ad Sec. XIII. §. VI. ad Sec. XIV. §. XVI. Oratoribus ac Poëtis cum Oratoria ac Poëſi ſicut & reliquis Philologis cum Philologia reliqua adhuc quaſi ſepultis. Medici. Philoſophi. Philologi.

§. XIV.

§. XIV. Docti eminentes Sec. XV. Theologi.

Seculi poſt Chriſtum natum *Decimi & quinti*, quo ſtudia literarum ex profundo quaſi ſepulchro capita iterum ſua erigere cœperunt, Doctores Eccleſiæ ſ. *Theologi* Græci & Latini repetendi veniunt ex Ad. Rechenbergii

JCti.

Summario Hiſt. Eccleſ. ad Sec. XV. §. III—XXVII. coll. §. XXXI. *Juriſconſulti* præ cæteris inſignes fuerunt NICOLAUS PANORMITANUS, de quo vid. Sam. Reyherus Diſſ. de Nummis ex metallo chymico factis. Cap XIV. p. 49. & NICOLAUS CUSANUS, Cardinalis magni nominis, JCtus & Theologus inſignis. Vid. Eccardi Monatlichen Auszug allerhand neuen Bücher d. a. 1700. m. Jun. n. III. pag. 363. ſqq.

Medici.

Medici præ cæteris illuſtres extiterunt hoc Seculo VALESIUS de TARANTA, Archiater Gallicus, BARTHOLOMÆUS MONTAGNANA, Italus, alter Hippocrates dictus, & JOHANNES de KETAM, Germanus, qui edidit faſciculum Medicinæ in Germania.

Philoſophi.
Philologi.

Philoſophi in hoc Seculo iidem fuere qui Theologi a Rechenbergio l. c. inſinuati. *Philologi* & quidem Hiſtorici recenſentur ab eod. Rechenb. l. c. §. XXVIII. ſqq. Sidus Philologicum Seculi hujus fuit LAURENTIUS VALLA, de quo leg. Adolphus Clarmundus (vero nomine Rudigerus) in Vitis Clariſſ. Viror. Part. IV. n. I. p. 3. ſqq. FRANCISCUS PHILELPHUS, de quo G. M. König. Biblioth. Vet. & Nov. p. 630. Joh. Petr. Lotichius Biblioth. Poët. T. II. p. 83. 84. JOVIANUS PONTANUS de quo id. ibid. p. 655. 656. Lotichius item l. c. T. II. p. 86. ALEXANDER ab ALEXANDRO, de quo id. ib. p. 25. Duo item luciferi ante exortum ſolem, Lutherum, JOHANNES REUCHLINUS, de quo conſulendus Joh. Henr. Maj. in doctiſſimo curioſiſſimoque opere quod inſcripſit Vitam Reuchlini Francof. & Spiræ 1687. in 8. apud Collect. Act. Er. Lipſ. d. a. 1688. m. Jan. p. 14 ſqq. Adolphus item Clarmundus (Rudigerus) in Vitis Clariſſ. Viror. Part. VII. n XIV. p 111. 112. ſqq. & RODOLPHUS AGRICOLA, de quo Adolph. Clarmundus (vero nomine Rudigerus) in Vitis Clariſſ. Viror. Part. VI. n. XXIV. p. 224. ſqq. quippe qui literas Hebræas & Græcas inaudito hactenus exemplo in ipſam Germaniam intulerunt, cum hactenus Græcum aliquid noſſe fuerit ſuſpectum, Hebraice autem prope Hæreticum, ut ait Claudius Eſpencæus.

§. XV. Doct. eminentes Sec. XVI.

§. XV.

Maria ſunt quæ dici poſſunt & debent de illuſtrioribus in *Seculo* poſt Chriſtum natum *Decimo* & *Sexto* Doctoribus, Theologis, JCtis, Medicis, Philoſophis & Philologis, Si qui tamen in compendio referri debent ex innumerabili fere eorum numero, referendi ſunt ad ductum Magnifici & in omnigeno Scientiarum ſtudio Exercitatiſſimi FECHTII in Commentatiuncula de ubertate & fructu Hiſt. Eccleſicæ Sec. XVI, Roſtoch. ed. 1690 in 4.

ubi

Digitized by Google

ubi Theologos, JCtos, Medicos, Philoſophos & Philologos, ſequenti eaque compendiaria maxime recenſione recenſet Cap. IV. p. m. 12. 13. Videas THEOLOGIÆ (inquiens) Martinum Lutherum, Huldericum Zwinglium, Urbanum Regium, Joh. Calvinum, Wilh. Farellum, Joh. Marbachium, Henr. Bullingerum, Theod. Bezam, Jacobum Andreæ, Joh. Oecolampadium, Andr. Cnophium, Joh. Swebelium, Wolſg. Fabr. Capitonem, Fr. Myconium, Conr. Pellicanum, Joh. Wigandum, Dav. Chytræum, Joh. Brentium, Matth. Flacium, Jacobum Heerbrandum, Imm. Tremellium, Mart. Chemnitium, Georgium Anhaltinum; ex Pontificia quoque parte Joh. Eccium, Joh. Cochlæum, Jac. Sadoletum, Jac. Latomum, J. C. Baronium, Thom. Cajetanum, Gilb. Genebrardum, Ant. Nebriſſenſem, Fr. Svarezium, Barthol. Caranzam, Alph. Salmeronem, Melch. Canum, Georg. Wicelium, Claud. Eſpencæum, Corn. Janſenium, Seb. Barradam, Card. Polum, Ant. Poſſevinum, Alph. a Caſtro, aliosque extremam quaſi manum imponentes; Sicut & *Jurisprudentiæ*, Andr. Alciatum, annuo millenorum atque du centorum ducatorum pretio Bononiæ docentem, Fr. Duarenum, Joh. Schneidewinum, Matth Weſenb. Fr. Balduinum, Hug Donellum, Fr. Hottomannum, Jac. Cujacium, Barn. Briſſonium, Fr. Lindenbrogium, Andr. Gailium; Videas *arti medicæ*, Wilh. Copum, Theophr. Paracelſum, Hier. Fracaſtorium, Wolfg. Lazium, Joh. Fernelium, Andr. Veſalium, Joach. Curæum, Hier. Cardanum, Petr. Andream Matthiolum, aliosque extremam quaſi manum imponentes. Videas *Hebraicam Lingvam* Joh. Capnionis cura in Germaniam illatam admirandis incrementis adauctam. Qua in re Mart. Lutherus, Fr. Ximenius, Conr. Pelicanus, Fr. Vatablus, Joh. Forſterus, Paulus Fagius. Seb. Münſterus, Th. Bibliander, Joh. Mercerus, Wilh. Poſtellus, Joh. Avenarius, Ben. Ar. Montanus & alii laudandam ad omnem æternitatem operam præſtiterunt. Videas *Græcam lingvam*, qua pauculi libri anno Seculi quarto primum in Germania incudi cœperunt, ab illius lingvæ Heroibus, Bibl. Pirckheimero, Wilh. Budæo, Jac. Tuſſano, Nic. Clenardo, Fr. Sylburgio, Wilh. Xylandro, Rom. Amaſæo, Rob. Stephano, aliisque mirabili ſucceſſu excultam. Videas *Philologiam Latinam* & *diſciplinas ſolidioris Philoſophiæ* a Joh. Sturmio, Joh. Lud. Vive, Petro Bembo, Nic. Perenotto, Ant. Majoragio, Cæl. Sec Curione, Ald. Manutio, Joach. Vadiano, Lilio Greg. Gyraldo, Xyſt. Betulejo, Hadriano Cardinali Andr. Tiraquello, Joach. Camerario, Rein. Reinneccio, Jac. Schegkio, Joh. Bapt. Monlorio, Chr. Longolio, Joach. Periono, Nic. Copernico, Hier. Gemuſæo, Ant. Flaminio, B. Rhenano,

Theologi. Jurisconſulti. Medici. Philologi. Hebræi. Græci. Latini. PHILOSOPHI.

Digitized by Google

Rhenano, Conr. Goclenio, Thom. Moro, Joh. Sleidano, Hadr. Turnebo, Tych. Braheo, Georg. Buchanano, Jac Sannazario, Petro Ramo, Aug. Steucho, Hier. Vida, Carol. Paſchalio, Iſaaco Caſaubono horumque omnium Principibus, Phil. Melanchtone, Eraſmo Roterodamo, Julio Cæſare & Joſepho Scaligeris, aliis, ad ſummum culmen deductam. Legatur de his omnibus & ſingulis MELCHIOR ADAMI in Vitis Theologorum, JCtorum, Medicorum, Philoſophorum atque Philologorum qui Seculo XVI. claruerunt, in 8. Francof. 1653. 1663. & Heidelberg. 1611. & ſparſim antea editis, conjunctim in lucem publicam protractis Francof. in fol. 1705. qui tamen judice STRUVIO in Introd. ad Notit. Rei liter. Cap. VII. §. X. p. 324. *non omnia obſervavit quæ ad accuratam vitæ deſcriptionem requiruntur, cum in elogiis debito ſæpe ſit prolixior, in Lutheranos ſæpe iniquior* (tanquam Reformatus) *in recenſendis Scriptis parcior, cum tamen hoc ultimum maxime ſit neceſſarium.*

Adamianæ Biographiæ dijudicatio.

§. XVI. Docti eminentes Sec. XVII.

§. XVI.

Habemus & in *Seculo* poſt Chriſtum natum *decimo* & *ſeptimo* Virorum Doctorum oceanum ſane immenſum, cujus tamen emenſionem compendiariam, exoptatiſſimum in modum compoſitam iterum nobis ſuppeditavit idem ille qui in Seculo præcedenti exhauſtum nobis dederat compendium, Maxime Venerabilis FECHTIUS in Colleg. MSC. ad Ad. Rechenb. Summ. Hiſtor. Eccleſ. ejusque Sec. XVII. Period. V. Cap. II. §. VIII. coll. cum Joh Burch. Majı Oratione de ſcribenda Hiſtoria Univerſali Sec. XVII. Kilon. hab. anno 1693. & ib. ed. in 4to p. 14—18. unde repetere compendiariam hanc recenſionem & exhauſta certa ratione emenſionem haud gravabimur. Ita autem FECHTIUS l. c. In *Hiſtoria Eccleſiaſtica* cæteris nationibus hoc in Seculo palmam præripuerunt GALLI, ubi celebrantur, Edmundus Richerius, Hier. Bignonius, Phil. Labbeus, Steph. Baluzius, Jac. Sirmondus, Dion. Petavius, Henr. & Hadr. Valeſii, Petrus de Maria, Natal. Alexander, Joh. Mabillonius, Lud. Maimburgius, Joh. Launojus, Jac. Benignus Boſſvetus, Joh. Bapt. Cotelerius, Dan. Huetius, Ellies du Pin. Proxime Gallos ſecuti ſunt *Itali*, Leo Allatius, Henricus Noriſius, Emmanuel Schelſtratenus, Chriſtianus Lupus: & *Angli*, Rich. Montacutius, Joh. Pearſon, Jacobus Uſſerius, Guil. Cave, Joh. Oxonienſis, Henr. Dodwellus. Inter *Reformatos* in Germania hoc in genere excelluerunt, Abrah. Scultetus, Joh. Henr. Höttingerus, duoque Viri in hoc ſtudii genere plane admirabiles, quanquam natione Galli, David Blondellus & Johannes Dallæus. Fatendum

Philologi & quidem Hiſtorici.

eſt

eſt *Lutheranos* in hoc Seculo ad hanc gloriam non aſcendere. inter quos tamen e cæteris eminent Georg. Calixtus, Conr. Hornejus. Joh. Conr. Danhauerus, Balth. Bebelius, Chriſt Kortholtus, Caſp. Sagittarius, Elias Vejelius, Thomas Ittigius. Inter *Polemicos Theologos* hoc Seculo e *Pontificiis* Polemici. excelluerunt, Bellarminus, Becanus, Vasquezius, Svarezius, Gregorius de Valentia, Tannerus. *E Calvinianis*, Rivetus, Chamierus, Wendelinus, Spanhemius, Voetius, Claudius Jurieu. E *Lutheranis*, Mentzerus, Meiſnerus, Gerhardus, Thummius, Affelmannus, Nic. Hunnius, Hulſemannus, Dorſcheus, Dannhauerus, Muſæus, Calovius, Scherzerus, Haberkornius. E *Theologis Practicis* nomen præ cæteris celebre meruerunt, Arndius, Dil- Practici. herus, Lutkemannnus, Hartmannus, Henr. Müllerus, Spenerus. *Theologi Exegetæ* & *Biblici* præ aliis clari, Frantzius, Joh. Tarnovius, Corn. a Lapi- Exegetici. de, Varenius, Geierus. Seb. Schmidius.

De *Juriſconſultis* ita Majus l. c. p. 16. 17. Vultis Juriſconſultos? Quis Juriſconſulti. Ritershuſiis, Gothofredis, Reuſneris, Carpzoviis, Strauchiis, Harprechtis, Vultejis, Treutlero, Vinnio, Giſanio, Oldekopio, Wiſſenbachio, Richtero, Klockio, Bronchorſtio, Beſoldo, Locamero, Cothmanno, Hahnio, Brunnemanno, Lauterbachio, Zieglero. Tabore, Mevio, Frantzkio, Reinkingio, Ludwello, Arumæo, Limnæo, Maſtrichtio, Eichelio, Struvio, Strykio, Linckero, Müllero, Beiero, Hubero, Schiltero, Fritſchio, conſultior? Add. Sam. Reyheri Diſp. Jurid. de aliis & præcipuis recentioribus Juriſconſultis, Kilon. hab. 1708. apud Collect. Nov. Liter. German. Hamb. d. a. 1709. m. Mart. p. 109. 110.

De *Medicis* & *Phyſicis* ita Majus l. c. p. 17. *Vultis experientiſſimos Medi-* Medici. *cos? Quis* Sennerto, Helmontio, Sylvio, Williſio, Lindenio, Etmüllero, Bohnio, Tachenio, Volkamero, Schrœkio, Wedelio, Schelhammero, Pechlinio, Albino, Meibomio, Majore, Dolæo, Borrichio, Charletonio, Horſtiis, Hoffmannis, *experientior? Vultis peritos Anatomicos? Quis* Bartholinis, Veslingio, Harveo, Malphigio, Ruyſchio, Schwammerdammio, Diemerbrockio, Gliſſonio, Kerkringio. Regnero de Graeff, Drelincurtio, Bidloo & Nuckio, *peritior? Vultis ſolertiſſimos naturæ ſcrutatores? Ecquis* Verulamio, Carteſio, Guerikio, Bryleo, Borello, Hamelio, Hugenio, Sturmioque *ſolertior?* De Philoſophis ita FECHTIUS l. c. Inter *Philoſophos* ſum- Philoſophi. mam laudam promeruerunt *Ariſtotelici*, Scherbius, Piccartus, Sonnerus, Scheckius; *Epicuræus*, Gaſſendus, *Stoicus*, Lipſius, *Pythagoræus*, Schefferus; *Scholaſtici*, Cornelius & Jacobus Martini, Stahlius, Slevogtus. Novæ

 Philoſo-

Digitized by Google

Philoſophiæ inventor Carteſius. Majus l. c. p. 17. ita. Quæritis (inquit) ſubtiles acutosque Philoſophos? Agite, intuemini, Goclenios, Martinios, Schegkium, Piccartum, Stahlium, Slevogtum, Ebelium, Scheiblerum, Scherbium, Leichnerum, Jungium, Noldium, Scheurlinum, Sperlingium, Zeiſoldum, Antonium le Grand & ſimiles. Deſideratis præſtantes Mathematicos? Præſto ſunt, Kepplerus, Kircherus, Gaſſendus, Ricciolus, Bullialdus, Welperus, Schottus, Hevelius, Weigelius, Leuneſchloſſius, Nothnagelius, Reyherus, Heinlinus, Bernullus, Newton & id genus alii. Deſideratis accuratos Chronologos? En adſunt. Fr. Vieta, Petavius, Petitus, Calviſius, Bucholtzerus, Alſtedius, Helvicus, Origanus, Ravius, Waſmuthus, Guthberletus, Gordonus. Cupitis eximios Geographos? Habetis, Bertium, Merulam, Cluverium, Baudrandum, Fournierium, Blaeu & Sanſonium. Requiritis præclaros Hiſtoricos? Ex innumeris nunc laudo, Puteanos, Meibomios, Camdenum, Meurſium, Merulam, Aub. Miræum, Ubbonem Emmium, Boxhornium, Joh. Palatium, Loccenium, Freherum, Goldaſtum, Zeillerum, Rhodomannum, Reuſnerum, Dreſſerum, Rupertum, Franckenbergerum, Joh. Cluverum, Micrælium, Balbinum, Sagittarium nec non genere & doctrina illuſtres, Seckendorffium atque Imhofium. Quid dicam jam de Prudentiæ Civilis morumque Cultoribus, Barclajo, Arniſæo, Hornejo, Horniis, Lanſio, Clapmario, Sprengero, Leblejo, Nic. Mylerio ab Ehrenbach, Ludolpho Hugone, Multzio, Rachelio, Knichenio, Vitriario, Becmanno, Puffendorffio, Feldeno, Kulpiſio, Graswinckelio, Hobbeſio, Scharrockio, Cumberlando, Henningio, Dürrio?

Mathematici. Chronologi. Geographi. Hiſtorici. Politici & Ethici.

Polyhiſtores ex Fechtio

De *Polyhiſtoribus* Sec. XVII. ita Fechtius l. c. Varia eruditione inclyti, qui Veteribus dicebantur πολυμαθεῖς ſeu *Polyhiſtores*, fuerunt hoc Seculo Sigonius, Gruterus, Voſſius, Freinshemius, Bœclerus, Jacobus Thomaſius, Meurſius, Borrichius, Conringius, Frid. Gronovius, Petitus, Rittershuſius, Barthius, Heinſius, Puffendorffius, Grævius. *Miracula* quædam *eruditionis* hoc Seculo cenſeri debent, duo Scaligeri, Grotius, Salmaſius, Caſaubonus. *Monſtra eruditionis* magnis ingeniis ad res minus laudabiles abutentia, Hobbeſius & Spinoſa, quibus prope acceſſerunt, ſcientiarum mirabilium inventores, Helmontius, Kircherus, Henr. Morus. De Polyhiſtoribus Sec. XVII. ita Majus l. c. p. 19. Quid dicam de Polyhiſtoribus? Scaligeris, Grotiis, Voſſiis, Heinſiis, Gronoviis, Periſoniis, Peireſcio, Lipſio, Salmaſio, Caſaubono, Seldeno, Wowero, Grutero, Holſteinio, Lambecio, Barthio, Reineſio, Conringio, Berneggero, Freinshemio, Bœclero, Scheffero, Boſio, Thoma-

ex Majo.

Thomaſio, Borrichio, Morhofio, Placcio, Daumio? De *PHILOLOGIS* Sec. XVII. ita Fechtius l. c. Inter Philologos Sec. XVII. ſummam laudem promeruerunt Buxtorffius, Arias Montanus, Glaſſius, Morinus. Leusdenius, Rich. Simon, Hacſpanius, Waſmuthus, Schickardus, Wagenſeilius, Friſchmuthus, Lightfootus, Pfeifferus. De Philologis Sec. XVII. ita Majus l. c. p. 19. 20. Quid dicam de eximiis Græcæ lingvæ Doctoribus? Valeſio, Cruſio, Rhodomanno, Sylburgio, Dieterico, Schmidio, Oſtermanno, Stolbergio, Oleario, Marco Meibomio, *K*œnigio, *K*uhnioque. Quid de Hebrææ cæterarumque quas colit oriens, lingvarum cultoribus ac propagatoribus excellentiſſimis; Hœttingero, Lud. de Dieu, Levino Warnerio, Druſio, Erpenio, Golio, L'Empereur, Gentio, *K*irchero, Leusdenio, Hulſio, Pocokio, Caſtello, Gravio, Clerkio, Lightfootio, Waltono, Bocharto, Gatakero, Bootio, Helvico, Schickardo, Hacſpanio, Glaſſio, Friſchmutho, Waſmutho, Ravio, Troſtio, Sennerto, Jobo Ludolfo, Ezardo, Wagenſeilio, Morino, Meninskio, Sauberto, Pfeiffero, Greiffenhagio, Müllero, Opitio, Acolutho? Quid de diſſertiſſimis Oratoribus: Caſelio, Cunæo, Baudio, Maſenio, Vernulæo, Barlæo, Ferrario, Heidero, Heſenthalero, Schradero, Buchnero, *K*irchmaiero? Quid denique de ingenioſiſſimis Poetis, antiquis nil quicquam cedentibus: Urbano VIII. & Alexandro VII. Summis Pontificibus, Ferdin. Furſtenbergio, Rapino, Ruæo, Menagio, Comirio, Petito, Barthol. Pereira, Eman. Rodrigez, Oweno, Roſſæo, Scriverio. Jan. Douſa, Petro Francio, Jan. Brockhuſio, Paſtorio, Sarbierio, Jac Balde, Taubmanno, Rappolto, Fellero, Morhofio, Meibomiis, Caldenbachio, Titio, Vinc. Fabricio, Bartholinis; Vito Beringio, Opitio, Flemmingio, Tſcherningio, Gryphio, Lohenſteinio, Hoffmanno, Riſtio, Harsdorffero, Schottelio, Dachio, Cæſio, Franckio, Neumarckio, Schirmero, Sibero, Weiſſio & innumeris aliis? Conferatur de omnibus his & ſingulis HENNINGIUS WITTENIUS in Diario Biographico in quo Scriptores Sec. XVII. præcipui, juxta annum & diem cujusvis emortualem, cum ſcriptis eorum editis recenſentur, Gedani 1688. in 4. quoad Tom. I & quoad Tom. II. Rigæ 1691. in 4. publicato: Sed *in quo*, judice STRUVIO Introd. in notit. rei literar. Cap. VII. §. IV p. 315. *nihil præter ſtatum Scriptoris, eundem quandoque erroneum & catalogum Scriptorum parum accuratum adfertur.* Et in Memoriis Theologorum, Jurisconſultorum, Medicorum, Philoſophorum & Philologorum Seculi XVII. renovatis. Francof. 1671. 1674. 1676. 1677. 1678. 1679. 1685. in publicam lucem expoſitis. *Sed nec hæc memo-*

Philologi ex Fechtio.

Philologi ex Majo Græci.

Hebræi.

Oratores.

Poetæ.

Witteniani Diarii & Witten. Memoriarum Er. judicatio.

„*memoria.* Judice eodem STRUVIO l.c. §. X. p. 325. *ſufficere poſſunt,* „*quia multi ſunt Viri celeberrimi, quorum nulla plane ſit mentio, ipſorum* „*etiam quos adducit, Vita ſatis adhuc eſt imperfecta, vel floſculis ſaltem ora-* „*toriis delineata ex Programmatibus funebribus vel orationibus Parentalibus,* „*conſtans, quæ vero in recenſendis vita ſatis ſæpiſſime eſſe ſolent ſteriles. Ad-* „*didit tamen in fine cujuslibet Catalogum ſcriptorum ab eo editorum.*

Continuatio.

Continuatæ ſunt illæ Memoriæ quoad Theologos ab *Henrico Pippingio* in *Sacro Decadum Septenario* memoriam Theologorum noſtra ætate Clariſſimorum renovatam exhibente. Lipſ. ed. 1705. in 8 item *Triade Decadum* memoriam Theologorum noſtræ ætatis Cl. renovatam exhibente Sacro Decadum Septenario jungenda ut ſuam ſortiatur integritatem Theologorum Centuria. Lipſ. ed. 1707. in 8. Vid. Collect. Act. Erud. Lipſienſ. d. a. 1705. m. Majo p. 230. ſqq. & d. a. 1707. m. Jun. p. 282. ſqq. Collect. Unſchuldigen Nachrichten von alten und neuen Theologiſchen Sachen d. a. 1705. ander Ordnung. p. 113. ſqq. d. a. 1707. vierdte Ordnung. p. 239. ſq. M. C. Feuſtelii Schediaſma ad Pippingium Chryſologum apud Lipſienſes facundiſſimum Lipſ. ed. 1707. de Biographiis Germanorum contra Gallos nominatim Mareſium. p. 238.—245. Continuatæ ſunt & continuantur imo & continuabuntur (ut ſperamus) quoad Philoſophos & Philologos a D. *Georg. Heinr. Gœtzio*, Saperint. Lubecenſ. in *Elogiis Theologorum Philologorum* & *Philoſophorum* Sec. XVI. & XVII. partim hactenus editis partim adhuc edendis, & quidem eum in finem ut integritatem ſuam naſcantur Memoriæ Wittenianæ: item a M *Reinhardo Henrico Rollio in Decadibus Doctorum Virorum* vel hactenus editis vel edendis, eundem in finem compoſitis. Vid. *de inſtituto* GOETZII Collect. Lipſienſ in Act. Erud. d. a. 1709. m. Mart. p. 139. 140. & m. Nov. p. 521. 526. Collect. Hamburgenſ. in Nov. Lit. Germ. & Europ. d. a. 1709. m. Mart. p. 135. 136. & m. Sept. pag. 363. ſqq. Collect. Relat. Innoc. (Unſchuld. Nachricht) d. a. 1709. Ord. I. n. V. p. 42. ſqq. Collect. Appar. Nov. Libr. & Liter. (Neuer Bücher und gelehrten Sachen Vorrath) Part. I. n. IV. pag. 78. ſqq. *De inſtituto* ROLLII Collect. Lipſienſ. in Act. Erud. d. a. 1710. m. Jan. p. 47. ſqq. & Tom. IV. Supplem. Sect. X. p. 448. ſqq. Collect. Biblioth. Nov. (der neuen Bibliothec) Part. III. n. VI. p. 217. ſq. Collect. Conclav. Nov. Erudit. (Neuen Bücher-Saals der Gelehrten) Apert. XI. n. IV. p. 828. ſqq.

§. XVII. Uſus Sectionis Biographicæ

§. XVII.

Uſum Sectionis hujus Secundæ Biographicæ in omnigeno Scientiarum

rum genere ſalutarem ſequenti repræſentamus Aphoriſmo eodemque memoriali.

Conſignatum probe a Vitarum Scriptoribus tam antiquioribus quam recentioribus Vitæ curriculum, ſplendidiſſimum eſt notitiæ & praxeos ſalutaris in ſcientia omnigena ſpeculum. repræſentatus ex

TACITUS in principio Vitæ Agricolæ. Clarorum Virorum facta moresque poſteris tradere, antiquitus uſitatum, ne noſtris quidem temporibus, " quanquam incurioſa ſuorum ætas, omiſit, quoties magna aliqua & nobilis " virtus vicit ac ſupergreſſa eſt vitium parvis magnisque civitatibus commu- " ne, ignorantiam recti & invidiam. Sed apud priores ut agere memo- " ratu digna pronum magisque in aperto erat, ita celeberrimus quisque in- " genio ad prodendam virtutis memoriam ſine gratia aut ambitione bonæ " tantum conſcientiæ pretio ducebatur. JANUS NICIUS ERY- " THRÆUS *in dedicatione Pinacothecæ tertia*: Quid eſt (inquit) tam utile " atque adeo neceſſarium, quam eos, qui nullo rerum uſu, nullaque experien- " tia imbuti, hujus curriculum vitæ ingrediuntur, in quo tam multi turpi- " ter labuntur ac corruunt, poſſe, tanquam in ſpeculum, in eorum Vitas, qui " illud ante ſeipſos confecerunt, inſpicere atque ex iis ſumere exemplum ſi- " bi? videlicet, ut quod illis iter ad laudem aperuit, in eo omnes nervos " ætatis induſtriæque ſuæ contendant, quod autem eisdem datum eſt vitio, " omni ope ſtudioque defugiant. Lege ibi. DAN. GEORG. MORHO- FIUS *in Polyhiſtore Lib. I. c. XIX. §. I. p. m. 234. ed. noviſſ. Lub. d. a. 1708. in 4.* " Præcipuam (inquit) Hiſtoriæ literariæ partem Vitarum ſcriptores conſtituunt. " Cum enim duplex proficiendi in literis via ſit, altera per præcepta, altera per " Exempla, hæc poſterior priori præferenda omnino, quo magis ipſe uſus " in rem præſentem deducit. Prout enim incidimus in vitam vel Theologi " vel JCti vel Medici vel Philoſophi vel Philologi, ita multum diſcimus, " quæ ad ſcientias illas ſpectant & in τύπῳ illo περιςατικῷ ſingularia, de " quibus nunquam cogitarunt, qui præcepta tantum proponunt. Ex illis ar- " cana quædam colligi poſſunt quæ non ſcientiam tantum ſed & prudentiam " hominis literati augent. Ut enim in vita civili; ita quoque in vita " hominis literati prudentia quadam opus eſt in omni negotio. Converſa- " tionis ſane eruditæ ratio e Vitis Virorum Doctorum formari quam maxi- " me poteſt. Quocirca & minima deſcribi velim quia vel ex minimis rerum " circumſtantiis, aliqua, quæ in uſum erunt Tuum capies. JOH. ANDR. " BOSIUS *in Diſſert. Iſagog. de comparanda prudentia Civili §. LXIIX.* Hoc genus (inquit) Scriptorum, qui Vitas illuſtrium Virorum literis conſigna- " runt,

Tacito. Erythræo. Morhoſio. Boſio.

K

„runt, præſtare cæteris Hiſtoricis, & pene ſolum facere Exemplis quod „Ethica & Politica Philoſophia Syllogiſmis & præceptis efficit, bene obſer- „vavit Joh. Rualdus in vita Plutarchi Cap. XXXV. Nam cum minuta quæ- „que nec eximia tantum, ſed omnem interiorem ac familiarem vitam ex- „ſequi, Viroſque maximos veluti totos inſpiciendos exhibeant, dubitari „non debet, quin ad inſtruendum prudentia & dexteritate agendi animum „plurimum conferre poſſint. Magnif. D. JOH. FECHTIUS *in Append. "ad Epiſtol. Marbach. p. 164.* Si ullum (inquit) Eruditionis hiſtoricæ genus parce "excultum eſt, Vitarum id certe recenſionem eſſe, quiſquis recto rem judicio „conſideraverit, fatebitur. Quæ tamen mirum quantum in omnem ſolidæ do- „ctrinæ partem, utilitatem diffuſura eſſet, ſi accuratiori ſtudio pertractaretur.

Fechtio.

FRANCISCUS BACO DE VERULAMIO *Lib. II. de augmentis Scientiarum cap. VII. quando comparat invicem diverſarum hiſtoriæ juſtæ ſpecierum utilitates (puta Chronicorum, vitarum & relationum ſpecialium)* Chro- „nica quidem celebritate & nomine, relationes ſinceritate & veritate, vitas „autem fructu & exemplis excellere, *ait.* Quandoquidem enim Perſo- „nam ſingularem pro ſubjecto ſibi proponant, in qua neceſſe eſt actiones „non minus leves quam graves, parvas quam grandes, privatas quam pu- „blicas componi & commiſceri, ſane magis vivas & fidas rerum narratio- „nes & quas ad exemplum tutius & felicius transferre poſſis, eas exhibere.

Verulamio.

AUTOR ANONYMUS *Vita Morhofiana qua legitur & ſubjuncta eſt Volumini Diſſertationum Morhofii Academicarum atque Epiſtolicarum edito in 4to Hamb. anno 1699. pag. 3.* Si verum eſt (inquit) magni ſemper in- „terfuiſſe tum rei literariæ, tum quæ operam illi navant, ingeniorum, no- „men & memoriam clarorum in literis hominum ſolicite conſervari; non „eſt inficiandum, quæ vitas eorundem & curas, quantum licet, exponunt, „ſcripta, tanto præſtare cæteros hiſtoricæ rei libellos, quanto eruditio hu- „juſque accuratior cultus, reliqua hominum ſtudia dignitate antecedit. „Nam quotieſcunque animus recte compoſitus, aut ſaltem non omnino re- „miſſus in cognoſcendis illis occupatur, ſpeculi profecto loco eadem ha- „bet & doctior non modo ſed melior etiam ac veræ virtutis multo aman- „tior, inde diſcedit, quippe cui tam illuſtria exempla ad ſtrenuam imitatio- „onem calcar ubique addunt immenſum. Quæ cauſa plures Eruditorum „omni tempore moviſſe videtur, ut in hanc curam ſedulo incumberent, „& alio licet labore ſatis impediti, ſummo tamen ſtudio conquirerent vel ex- „poſitas pridem ab aliis Eruditorum vitas vel ad deſcribendas eas ampliſſimam colli-

Anonymo Autore Vitæ Morhofio.

Digitized by Google

colligerent materiam, nonnullos quoque ſuas ut res conſignarent ipſi & in" juſtos commentarios vivi valenteſque digererent. COLLECTORES" ACT. ERUD. LIPSIENS. *in Act. d. a. 1685. m. Septembr. p. 408. 409.* Si præclaram (inquiunt) apud Eruditos laudem meruerunt inter alios LA-" ERTIUS qui Philoſophorum, PHILOSTRATUS & EUNA-" PIUS, qui Sophiſtarum Vitas deſcripſerunt; non minor Viris tribuenda" erit, qui B. HIERONYMI de Scriptoribus Eccleſiaſticis agentis, exemplo" invitati, Doctorum præclare meritorum Vitas ad poſteros propagare ſtudent," quo iſtorum exemplo ad ſimile ſtudium alii excitentur. *Iidem d. a. 1686. m. Sept. p. 458.* Gratiſſimus nunquam non Eruditis habitus fuit eorum" labor, qui magnorum virorum vitas & elogia tradere eosque poſt fata" etiam vivis adhuc coloribus depingere ſategerunt: plus enim plerumque" efficaciæ in formandis ad virtutem hominum animis habent præclara ejus-" modi exempla quam prolixæ morum regulæ. WILH. ERN. TEN-TZELIUS *in* Colloq. Menſtr. (denen Monatlichen Unterredungen) *d. a. 1692. pag. 63.* Es könte (inquit) der Rei literariæ kein beſſer Nutzen" geſchaffet werden als wann einer gewiſſe Tomos von gelehrter Leute Lebens-" Beſchreibungen colligirte, und nach des von Morhoſio auch gelobten Wit-" ten und Bateſii exempel heraus gebe, darunter Gudii und Morhoſii Vi-" tæ mit allem Recht forne anzuſetzen, wann nur Herr Möller oder ſonſt ei-" ner der ſie genau kennete, die Mühe daran wenden und ſie beſchreiben wol-" te. Wann Er aber ihre Bibliothecken verſchweigen und nicht zum wenigſten" einen Catalogum der darinnen befindlichen rareſten gedruckten und unge-" druckten Bücher geben wolte, würde Er weder mir noch andern Satisfaction" thun. Denn es haben dieſe beyde Bibliothecken den Ruhm, daß die" Gudiana an Menge, rarität und Vortrefflichkeit, die Morhoſiana an Selectu" Librorum wenig ihres gleichen habe. Idem Tenzelius quando recenſet, Henr. Meibomii Præfat. ad additament: ad Vogleri Introd. in notitiam Script. qua p. m. 128. Biographiæ & Biographorum & dignitatem & utilitatem evolvit in genere & in ſpecie in Theologicis p. 132. Jurisprudentia p. 133. Medicina p. 134. Philoſophicis p. 141. ſq. Philologicis p. 146. addita cautela p. 147. ſequentem ſubjungit eumque contractum recenſum in Colloq. Menſtr. (Monatl. Unterred.) d. a. 1692. p. 968. 969. Es beweiſet MEIBOMIUS in der Vorrede nachdrücklich, daß zu eines Autoris" Annehmung und Verwerffung es viel thue, wann man ſeinen Lebens-Lauff" weiß und ob einige gleich einzuwerffen pflegen, daß hieraus manchmal præju-"

Collectoribus Lipſienſibus.

Tenzelio.

Meibomio.

„dicia wieder einen Autorem ohn ſeinen Verdienſt entſtehen ſo würden“ „doch dieſelbe aufgehoben, wann man das Leben des Autoris recht erforſchte. Solches beweiſet Er durch alle Facultäten. In der Theologiſchen „könte man weder in der Bibel noch Kirchen-Hiſtorie fortkommen, wann „man nicht von denen Scribenten weiß. Die Hiſtoria Juris beſtünde auff „der ſchreibenden Autorität und wäre gut, wann einer wüſte die Gebräuche „und Rechte mancherley Oerter und was hie und da vor Urtheil geſprochen werden, welches aber ohne notitia Autorum nicht geſchehen kan. Da „wieder die unter den Teutſchen ſehr peccirten, ſo dasjenige was bey uns in „praxi gebräuchlich iſt, zu beweiſen anführen, Spanier, Frantzoſen, Italiener, und ſo ferner, welches Sie nicht thäten, wann Sie von derſelben Vaterland wüſten. Die Principia der Medicin wären aus der Erfahrung zu „nehmen entweder aus eigener oder auch aus frembder. Jene wäre zwar „gewiſſer dieſe aber nicht weniger nöthig und weiter ausgebreitet. In Phyſicis, Aſtronomicis und Geographicis wäre gleichfalls die eigene und frembde „experientz nöthig, ingleichen in omni hiſtoria die notitia Autorum aus denen, „die Hiſtorien geſchrieben zunehmen, worinnen Er ſonderlich THUANUM „lobet, und zum exempel darſtellet, hingegen die neuen Frantzöſiſchen lügenhafften und ſchmeichleriſche Scribenten verwirfft und noch einige notable zu

Crenio. „ſeinem propos dienliche Dinge hinzuſetzet. THOMAS CRENIUS *Exercit. III. de Libris Scriptorum Optimis & Utiliſſimis. Lugd. Bat. ed. in 8. 1705. n. XXVI. p. 47. 48.* Leonhardi (inquit) Hutteri Threnologiam „de obitu D. Ægidii Hunnii in exemplum rectæ deſcriptionis & integræ „vitæ, Magni alicujus Theologi poſſunt adſumere Studioſi, mihi vel eo „nomine placentem in cæteris, quod non modo libros Hunnii eorumque

& „argumenta & laudes ſed & occaſiones refert & hiſtorias; quod quantum „lucis ſcriptis adferat, fallere harum rerum prudentes nequit. Recte

Hyperio. ANDR. HYPERIUS *Lib. IV. de ratione ſtudii Theolog. Cap. II. Obſ. „III. p. m. 572.* Quod quidem ad eruditos Sanctosque Patres attinet, „prodeſſet fortaſſe non mediocriter, exploratum habere, ſub quibus Principibus, quoto ætatis ſuæ anno, tum ubi locorum, quodnam vitæ genus ſectantes ſuas lucubrationes elaborarint. Poſſet enim hoc pacto longe „ſincerius & liquidius de omnibus Veterum ſcriptis ferri judicium. Sed „quid facias, quando hiſtoricis iſta velut minutula aut ſupervacanea perſtringere non libuit, ſufficere igitur illud debet quod ſubinde aliquid „de hujusmodi rebus leviter attingitur. Quanquam aliquoties iſta priſci

Scri-

Digitized by Google

Scriptores de ſe ipſi prodant. Qua de re alibi quædam a nobis dicen-"
tur.

§. XVIII.

§. XVIII. De MINIMIS in Biographia attendendis.

Ad uſum Sectionis Biographiæ Literariumi pertinet quæſtio illa Philologica, Philologos inter eruditos controverſa qua quæritur: *An vita Viri docti deſcriptione etiam recenſioni minimorum ſit indulgendum?* Quæ propterea hoc loco diſtinctiori quadam diſcuſſione venit examinanda. Duplex eſt ſententia Philologorum eorumque celeberrimorum de præſenti quæſtione. Prima NEGATIVA quæ negat in Vitæ deſcriptione minima eſſe attendenda, tanquam minime omnium commendanda quin potius tanquam ſuperflua omnium maxime damnanda. Hæc ſententia eſt ROLANDI MARESII in Epiſtol. Philolog. Lib. II. ep. XXV. cujus verba integra exhibet Thomas CRENIUS Part. XIII. Animadv. Hiſt. Philol. p. 56 ſqq. ubi lege. DANIELIS STUARTI in Vita Hoornbeckii, præmiſſa Hoornbeckii Libris de converſione Judæorum ed. Amſtelod. 1669. in 4. p. 7. *Minuta* (inquientis) *non ſupputo velut Scriptor vitæ Jacobi Andreæ.* Aliorumque qui alios exagitant eosque genuinos Biographos tanquam περιέργυς in Biographiis. Secunda AFFIRMATIVA, quæ affirmat in Vitæ deſcriptione minima omnino eſſe attendenda & tanquam neceſſaria atque utilia æſtimanda, ſed cum addita cautela, ne minima illa ſint futilia ſed ſalutaria. Hæc eſt ſententia (1) Dan. Georg. Morhofii in Polyhiſtore Tom. I. Lib. I. Cap. XIX. §. II. III. p. 234. ſqq. *Ego* (inquientis) *Vitas Virorum do-" ctorum & illuſtrium qui vel ad literas vel ad Remp. adhibentur, non ſuper-" ficiaria aliqua & jejuna opera, ſed quam pleniſſime deſcribi velim, ut vel ipſa" μικρολογία in his mihi placeat. Nam vel ex minimis rerum circumſtan-" tiis, aliqua, quæ in uſum Tuum erunt, capies. Non placet ſententia Mareſii" qui Lib. 2. ep. 5. in Hiſtoricis minimorum recenſionem indulget, in Vitarum" ſcriptione illam damnat. Qua in re totus ab illo diſſentio.* Id ibid. §. V." p. 235. *Sed nec illa tantum quæ præcipua alicui videantur ſed & περίεργα" minime prætereunda eſſe exiſtimo, ſi quid in illis notatu non indignum videa-" tur.* (2) Henr. Meibomii in Addit. ad Voglerum ejusque Introd. in notit. Script. p. m. 181. 182. ed. Helmſt. in 4. d. a. 1700. ubi Mareſium pariter corrigit ejusque negativam: *Ad moderanda* (inquiens) *minima recenſita" ſuum cuique propoſitum & vitæ acta varitas, conſilium dabunt.* (3) Johan-" nis Rualdi in Cap XXX. Vitæ Plutarchi præcedentis editionem Plutarchi Lutet. Pariſ. M. DC. XXIV. in fol. *Poſſe* (inquientis) *non Annalium"*

Negativa. Mareſii. Stuarti. Affirmativa. Morhofii. Meibomii. Rualdi.

„quidem ſed Vitarum Scriptores ad minuta quæque ſe demittere ac leviſſi-
„ma interdum conſectari, clare noſter (Plutarchus) non uno loco docuit. Et
„poſt alia. Eſt curioſitas eo ſenſu, quo hic accipimus, in Vitarum Scriptione
„non ultima virtus : in Annalibus vero & perfecta plenaque hiſtoria laudi eſ-
„ſe non poteſt juxta illud AMMIANI Lib. 27. c. 2. non decet hiſtoriam
„producere per minutias ignobiles, & in aliis omnibus fere rebus.
Marcilii. (4) Theodori Marcilii in Sveton. Veſpaſ. c. 1. p. 9. Diſtingvere (inqui-
„entis) oportet hiſtoriam rerum geſtarum a vitarum hiſtoria. Hinc etiam
„minutiſſima quæque perſequi decorum eſt, illi non item. Sic capiendum
„quod Flavius Vopiſcus in Proculo cap. XII. ait: Minima quæque jucunda ſunt
Crenii. „atque habent aliquid gratiæ cum leguntur. (5) THOMÆ CRENII
qui in Part. XIII. Animadv. Hiſtor. Philol. Cap. I. §. VI. p. m. 56 ſqq. Ma-
reſium caſtigat & Stuartum, MARESIUM ex ipſo Mareſio p. m. 62.
STUARTUM ex domeſticis ſuis, Reformatis ſcil. aliis p. 68—71.
„Verba ponderoſiora Crenii hæc ſunt. p. 68. Profecto quicunque brevita-
„tem in Vitarum Scriptoribus urgent, plus mihi reſpicere videntur ad volupta-
„tem & delectationem Lectorum, quam utilitatem ; cum ſæpe etiam minima
„magnis in Viris attentata multa nos docere poſſint. Vitas Epicuri, Tycho-
„nis Brahei, Nic. Copernici, Georg. Peurbachii, Joh. Regiomontani, Nic. Claud.
„Fabricii de Peireſc. non Germanus aliquis περίεργος, ſed PETRUS GAS-
„SENDUS, Dinenſis Eccleſiæ Præpoſitus & Pariſiis Regius Matheſeos Pro-
Struvii. „feſſor ſatis longe expoſuit ; neminem vero vel vidi vel audivi adhuc ſper-
„nentem iſtas quod eſſent ſcriptæ verboſius. (6) BURC. GOTTH.
STRUVII in Introd. ad notit. rei literar. Cap. VII. §. III. p. m. 311. 312.
„Licet (inquientis) non negligenda ſint omnia, neque tamen nimis ſcrupulo-
„ſum eſſe decet in vita deſcribenda. Quæ enim uſum non habent in re li-
„teraria, nec fata ſunt ſingularia, illa ſunt omittenda. Quod ſi vero vel pu-
„erilia ſingula (ni in illis etiam gravius quid reperiamus) vel minutiſſima
„quævis magna cura adnotemus, tædioſum id non ſolum reddet lectorem ſed
„noſtrum etiam laborem inutilem. Verum exemplar vitæ deſcribendæ præbuit Pe-
Feuſtelii. trus Gaſſendus in vita Peireſcii. (7) M. C. FEUSTELII, qui Schediaſma
compoſuit ad Henricum Pippingium de Vitis Germanorum eruditorum
in ſpecie de Biographis Germanorum contra Rolandi Mareſii judicium.
Ed. Lipſ. & Gœrl. in 8. M. DCCVII. Ubi ex inſtituto. Vid. p. 17. 18. 58.
ſqq 91. ſqq. 116. ſq. 119. ſqq. 130. ſqq. 145. 146. Add. Collect. Act. Erud.
Lipſienſ. d. a. 1708. m. April. p. 182. ſqq. Collect. Nov. Liter. Germ. &
Europ.

Digitized by Google

Europ. Hamb. d. a. 1707. m. Fabr. p. 55. 56. Nos tantum inde excerpimus quæ ad dignitatem pariter ac utilitatem Biographorum etiam minutiſſima obſervantium, Lectorum animis inſinuandam, conducere quam maxime arbitramur. p. 19. Si parentes (inquit) perpendimus & claros a claris naſci Parentibus filios deprehendimus, Horatium vera dixiſſe fatemur quando cecinit: *Fortes creantur Fortibus & Bonis*: Si vero a Parentibus degenerare deprehendimus filios, pietatem, eruditionem & alia naturæ atque animi dona non per traducem propagari aut hæreditario jure in poſteros transferri, affirmare cogimur. p. 20. ſqq. Ubique Divinæ Pronœæ veſtigia inquirimus & offendimus oſculoque devotæ ſubmiſſionis excipimus, inprimis, quoties prodire videmus ex officina Manuaria filium egregium in Theologia, Jurisprudentia, Medicina, Philoſophia; p. 24. ſqq. ex Mercatoris aut Artificis Domo ortum Theologum, JCtum, Medicum, Philoſophum; p. 28. 29. ex agro aut obſcuro loco, illuſtrantem agrum aut Locum illum, Theologum, JCtum, Philoſophum; p. 30. ſq. illuſtri loco natos, Theologos, JCtos, Medicos, Philoſophos; p. 33. ſq. natos a Theologis, Theologos, JCtos, Medicos, Philoſophos; p. 37. ſq. e Paſtoribus ſive Miniſtris Eccleſiæ, Theologos, JCtos, Medicos, Philoſophos; p. 45. ſqq. Patres fuiſſe factos, JCtos, Theologorum, JCtorum, Medicorum, Philoſophorum; p. 49. ſqq. item in Præfecturis aut Quæſturis vel Curiis Juſtitiæ litantes & Reipublicæ inſervientes; p. 55. 56. Medicos ſuſcepiſſe filios, Theologos, JCtos, Medicos & Philoſophos; p. 57. 58. Philoſophos item Theologos pariter ac Philoſophos: p. 59—90. Si a Parentibus ad Nativitatis progredimur tempus, in annotandis annis, menſibus, diebus & horis (natalibus æque ac emortualibus) multa eaque memoratu maxime digna & applicata ſalutaria deprehendimus inductione Exemplorum omnium optime relucentia. P. 91. Sæpius annotata videmus, quæ vel ad Eccleſiæ ædificationem vel Reipublicæ gubernationem vel rei domeſticæ adminiſtrationem faciunt. Imo Schola prudentiæ Civilis & Eccleſiaſticæ nobis aperitur, ſi vitas Eruditorum paulo prolixiore contextas filo perluſtramus. P 93. In aliis etiam non rare regulas vitæ noſtræ ex aliorum vitis capere poſſumus, quæ non adeo bene animo hærent atque memoria, quando ex Ethicis & aliis Libris capiuntur. P. 94. ſqq. Veſtigia pedum Divinæ Pronœæ ſæpius in Vitis Eruditorum offendimus, quando præter omnem Parentum, Tutorum, Conſangvineorum aut etiam Amicorum intentionem huic vel illi ſtudio vindicatos videmus filios, qui jam aliæ vitæ generi erant deſtinati, P. 99. Quo etiam

etiam referendi, qui ab una Facultate ad aliam & quidem non ſine inſigni Reipublicæ commodo ſtudia ſua tranſtulere. P. 106. Imo ſi præter hactenus dicta, ad alia pedem promovere licet, multa in Vitis Eruditorum paulo prolixius deſcriptis inveniemus, quæ vel in genere in vita communi imitanda vel in ſpecie a Paſtoribus in Eccleſia vel Magiſtratibus in Politia, vel Parentibus in liberorum educatione aut rebus œconomicis aut alia occaſione obſervanda veniunt. P. 107. Non raro ex Vitis curatius paulo & prolixius ſcriptis, Theologorum nempe Vitis Theologi haurire poſſunt, quæ in Theologicis, Politicorum vitis, quæ in Politicis Politici, ex Medicorum Vitis, quæ in Medicis Medici, ex Philologorum vitis quæ in Philologicis Philologi, & ſic porro, imitari aut exprimere aut diſcere queant. P. 108. ſqq. Plura quæ in recenſionibus biographicis offenduntur, ſvadere poſſunt conſtantiam in bono, fiduciam in Dei auxilium etiam in conclamatis rebus, conſcientiæ tranquillitatem promovere & ingenerare notitiam genuinam præcipuorum fidei articulorum. P. 119. ſqq. Vix erit carpendum in Biographia annotaſſe ubi & per quos & apud quos & qua occaſione Germani in itinere profecerint, nec rejiciendum Benthemii monitum in Stat. Angl. Eccl. atque Scholaſt. quo cum fructu peregrinaturo ſvadet ut in via & converſationibus Codicillos ſemper ad manus habeat quibus ab Eruditis in converſatione privata prolata quæque digna, ut, memoriæ ne excidant, mandentur, annotare poſſit. P. 126. ſqq. Narrationem tentationum ſimiliumque in Viris literatis fatorum ideo nequaquam duco omittendam cum *Camerario in Vita Melanchtonis*, non modo ne quid prætereatur, quod expoſitionis fides requirere videatur, ſed ut hujusmodi vulneribus inſpectis, quam miſera interdum ſit vita Magnorum Virorum intelligatur cum ad onera publici officii pondus etiam domeſtici doloris adjicitur. P. 130. ſqq Quid opus eſt verborum Syrmate contra MARESIUM prætenſam noſtratium verborum ubertatem defendere, cum eodem vitio, ſi modo ſic vocandum veniat, ejus in religione contribules laborent propptereaque iisdem, quibus noſtri feriantur telis, qui vitarum ſuarum recenſionibus ea attexunt quæ vel ſine veritatis periculo omitti potuiſſent, vel nonniſi cum veritatis periculo quia ultra fidem enarrantur, addi, exemplo Biographi *Joſephi Anchietæ, Stanislai Koſtkam, Franciſci Cajetani;* Unde conſtet MARESIUM æque imo magis in ſuos eſſe injurium Biographos ac noſtros, quando judicat ipſos adduxiſſe omittenda, ſcripſiſſe ſuperflua, addidiſſe non neceſſaria. Concludit p. 146. Proinde nemo Germanorum conſignare vitas, aut notatu digna de iis annotare vereatur,

vereatur, etiam ea quæ delicatulis auribus atque ingeniis non ad palatum quæque etiam ſub ſpecie laudis vituperii cenſuram apud iſta incurrunt. Argumenta Affirmativæ Sententiæ deſumuntur.

(I.) *a Veterum fide dignorum dicto ſive verbali teſtimonio.* PLUTARCHI in Alexandri vita ſub initium ex verſione Latina : Non hiſtorias ſcribimus (inquientis) ſed vitas, neque ut quæque actio nobiliſſima eſt, ita maxime virtutem aut improbitatem cuiusque patefacit : imo vero ſæpe & verbum unum & jocus aliquis magis declaravit, qui cujusque mores eſſent, quam pugnæ, quibus decem hominum millia ceciderunt, maximaque prælia & urbium obſidiones. Argumenta Sententiæ affirmativæ I. a Dicto.

XENOPHONTIS teſte Plutarcho in Ageſilai initio ex verſ. Lat. dicentis : Præclarorum virorum etiam in ludo jocoque & vino miſſas voces & colloquia, habere dignum aliquid quod memoriæ relinquatur.

VOPISCI SYRACUSII in Proculo Cap. XII. dicentis : Minima quæque jucunda ſunt atque habent aliquid gratiæ quum leguntur.

DIONIS CASSII p. 509. ed. Hanov. 1606. in fol. Acta ſuperiorum temporum omnia, quæ vel procul ab urbe agerentur, Senatui populoque recitabantur, ideoque multi ea ſtylo perſequebantur.

(II.) *a Veterum fide dignorum Exemplo ſive reali teſtimonio.* PLUTARCHUS in deſcriptionibus Vitarum ſuarum minima ſectando diſerte utilitatem eorum & dignitatem teſtatur. XIPHILINUS in Veſpaſiano p. m. 218. D. teſtatur verbis Dionis, Domitianum ſolitum captare muſcas & ſtylo eas configere, proditum eſſe apud omnes Biographos. Id enim (pergit) etſi gravitate hiſtoriæ indignum eſt, tamen quia mores Domitiani abunde declarat, neceſſario ſcribendum duxi. CORNELIUS NEPOS enarrat quis Muſicam docuerit Epaminondam & quomodo ſaltaverit commode ſcienterque tibiis cantaverit. SVETONIUS enarrat Veſpaſianum in Sphæriſterio ſolitum defricari. C. Cæſarem tonderi ac radi aut etiam velli diligenter. II. ab Exemplo

(III.) *A negantium Reformatorum domeſtico documento.* Documentum verbale ſive teſtimonium ipſius ROLANDI MARESII, Reformati, & acerrimi negativæ ſententiæ Patroni, quo favet ſententiæ affirmativæ, producit ex Lib. II. Epiſt. V. Th. CRENIUS Part. XIII Animadv. Hiſt Philolog. p. 62. 63. 64. Ubi lege. Documentum reale ſive Exempla ipſorum Reformatorum, qui in Biographiis ſuis minutiſſima quæque perſecuti III. a Documento.

ſecuti ſunt, exhibet idem CRENIUS ibid. p. 70. 71. nempe HEIDEGGERI. CROCII & STUCKII. Quæ lege.

IV. a Conſeſſo.

(IV.) *A pondere in circumſtantiis minimis latente eoque graviſſimo.* Quia extra omnem dubitatonis aleam poſitum eſt, in leviſſimis, quæ ſæpius ita videntur, non ſunt autem, circumſtantiis, latere momentum aliquod & pondus ſive morale ſive aliud Philoſophicum ſive Religioſum quod in uſum adhibere noſtrum eumque vel religioſum vel philoſophicum poſſumus. Præſupponuntur autem circumſtantiæ ſalutares non futiles a fructuoſis non futilibus Biographis.

§. XIX. SCRIPTORES BIOGRAPHICI Claſſes eorum quinque.

§. XIX.

Dicendum eſt nunc ſub finem Sectionis hujus Biographicæ de Scriptoribus qui Vitas conſignarunt Virorum Eruditorum eorumque diſtinctis Claſſibus. Quintuplex conſtitui poteſt Biographorum ſeu Scriptorum de Vitis Eruditorum Claſſis. Prima Nationalis h. e. eorum qui Vitas virorum doctorum deſcripſerunt ſecundum certas rationes, provincias & urbes. Secunda PERSONALIS, h. e. eorum, qui Vitas Virorum Doctorum deſcripſerunt & collegerunt ſecundum Perſonas ſeorſim ſpectatas & conſideratas eorumque nomina pariter ac omina. Tertia REGALIS & INFULARIS ſive SACERDOTALIS h. e. eorum qui vitas Virorum doctorum deſcripſerunt ſecundum certas dignitates, Principum, Pontificum Romanorum & aliorum Religioſorum atque Infulatorum. Quarta DISCIPLINARIS h. e. eorum, qui vitas Virorum doctorum deſcripſerunt ſecundum certas Facultates, Theologorum, ICtorum, Medicorum, Philoſophorum & Philologorum. Quinta INDIVIDUALIS h. e. eorum qui deſcripſerunt & recenſuerunt illos, qui vitam propriam, propriæ ſuæ perſonæ, doctrinæ, actionumque moralium & civilium propriarum hiſtoriam & qualitatem delinearunt.

Scriptores Selectiſſimi Claſſis Primæ.

Claſſis Biogrophorum Prima eaque NATIONALIS exhibetur a Burc. Gotth. Struvio Introd. ad notitiam rei literariæ M.DCCVI. Jen. ed. in 8. Cap. VII. §. X. ſqq.—XXIII. incluſ. pag. 323.—349. Nos Selectiſſimos indicabimus cum fontibus appoſitis. Ex illis qui de Viris Eruditis *nationis Germanicæ* peculiares ediderunt Tractatus, habemus duos illuſtres.

1) Germanorum.

(1.) *Melchiorem Adami* in Vitis Theologorum, JCtorum, Medicorum & Philoſophorum Germaniæ ed. Francof. 1653. 1663. & alibi ſparſim, conjunctim anno 1705. in fol. Francofurti. De his legendum eſt judicium Georg. Matth. Königii in Biblioth. Vet. & Nov. p. m. 8. Dan. Georg. Morho-

Digitized by Google

Morhofii Polyſtiſt. T. I. Lib. I. c. XVIII. §. 51. p. 225. Thomæ Crenii in Tomo Secundo Methodorum p. 310. Burc. Gotth. Struvii Introd. in notit. rei liter. Cap. VII. §. X. p. 324. Val. Henr. Vogleri Introd. in notit. Script. Cap. XXVII. p. 99. & Henr. Meibomii in additam. ad Vogl. p. 168. (1) *Henningum Wittenium* in Diario Biographico Tomis II. in 4. ed. anno 1688. & 1691 & in Memoriis Theologorum, JCtorum, Medicorum, Philoſophorum & Philologorum Germaniæ. Francof. ed. in 8. 1672. 1674. 1676. 1678. 1679. 1685. De quibus legendum eſt judicium Dan Georg. Morhofii Polyhiſt. T. I. Lib. I. Cap. XVIII. §. 52. p. 225. Henr. Meibomii in additam. ad Val. Henr. Vogleri Introd. ad notit. Aut. p. 168. 187. 201. Burc. Gotth. Struvii Introd. in notit. rei liter. Cap. VII. §. X. p. 325. Gottfried Zenner im Winterparnaß d. a. 1692. n. XL. p. m. 197. 198. Lipſ. Act. Erud. Coll. in Act. d. a. 1685. m. Sept. p. 408 409. & d. a. 1687. m. Aug p. 432.

Ex illis qui de Viris Eruditis *Gallicæ nationis* peculiares ediderunt Tractatus, illuſtriſſimum habemus Biographum eumque nationalem CAROLUM PERAULTUM in Elogiis Virorum illuſtrium, qui floruerunt in Gallia anno 1700. 1701. 2. Tomis in 8. De quibus conf. Lipſienſes Act. Erud. Collect. in Act. a. 1699. m. Jul. p. m. 323. ſqq. & anno 1701. m. Jun. p 241. ſqq. Henr. Sikius & Lud. Neocorus Biblioth. Nov. Libr. m. Jul. & Aug. a. 1698. Tom. II. p. 527. ſqq. Burc. Gotth. Struvius Introd. in notit. rei liter. Cap. VII. §. XII. p. 331. 332. (2) Gallorum.

Ex illis qui de Viris Eruditis *Italicæ nationis* peculiares ediderunt Tractatus, habemus illuſtriſſimum Biographum eumque nationalem, JANUM NICIUM ERYTHRÆUM ſive JOHANNEM VICTORIUM ROSCIUM in Pinacotheca Virorum illuſtrium ed. Colon. 1643. & 1645. in 8. recuſa Lipſ. in 8. 1692. De qua vid. judicium Dan. Georg. Morhofii in Polyhiſt. T. I. Lib. I. c. XIX. §. LX. p. 247. Val. Henr. Vogleri Introduct. in Notit. Autor. pag. 92. Burc. Gotth. Struvii Introd. in notit. rei liter. Cap. VII. §. XIV. p. m. 335. (3) Italorum.

Ex illis qui de Viris Eruditis *Hiſpanicæ nationis* peculiares ediderunt Tractatus, habemus illuſtriſſimum Biographum eumque nationalem NICOLAUM ANTONIUM in Bibliotheca Hiſpanica ſive Hiſpanorum Romæ 1672. fol. & 1696. fol. De qua vid. judicium D. G. Morhofii Polyhiſt. T. I. Lib. I. Cap. XVIII. §. XXXII. p. 221. 222. Henr. Meibomii in Addit. ad Vogl. p. m. 205. B. G. Struvii Introd. in not. rei liter. Cap. VII. §. XX. p. 341. Lipſ. Act. Erud. Collect. in Act. a. 1697. m. Jun. p. 241. m. Jul. p. 297. ſq. (4) Hiſpanorum.

Digitized by Google

(5) Belgarum. Ex illis qui de Viris literatis *Nationis Belgicæ* peculiarem ediderunt commentarium, illuſtrisſimum habemus Biographum eumque nationalem LUDOLPHUM BENTHEMIUN im Holländiſchen Kirchen- und Schulen-Staat. ed. Francof. 1698. in 8. De quo vid. judicium Collect. Act. Erud. Lipſ. in Act. 1698. m. Jun. p. m. 27. ſqq. B. G. Struvii Introd. in Notit. rei liter. Cap. VII. §. XXI. p. 346.

(6) Anglorum Ex illis qui de Viris Literatis *Nationis Anglicæ* peculiarem ediderunt Commentarium, illuſtriſſimum habemus Biographum eumque nationalem LUDOLPHUM BENTHEMIUM im Engliſchen Kirchen- und Schulen-Staat. Luneb. ed. 1694. in 8. De quo vid. judicium B. G. Struvii in Introd. Cap. VII. §. XXII. p. 348. Collect. Act. Erud. Lipſienſ. Tom. III. Supplem. Sect. III. p. 191. ſqq.

(7) Svecorum. Ex illis qui de Viris Literatis *Nationis Svecicæ* peculiarem ediderunt Commentarium, Biographum habemus ſelectisſimum eumque nationalem JOHANNEM SCHEFFERUM in Svecia literata ed. 1680. & recuſa anno 1699. in 8. Hamb. cum hypomnematis hiſtoricis Johannis Mölleri. Vid. Lipſienſ. Act. Erud. Collect. in Act. a. 1699. m. Majo. p. 206. 207.

(8) Danorum. Ex illis qui de Viris Literatis *Nationis Danicæ* peculiarem ediderunt Commentarium, illuſtriſſimum habemus Biographum eumque nationalem ALBERTUM BARTHOLINUM in Tract. poſthumo de Scriptis Danorum ed. 1666. repetito & Supplementis locupletato a Joh. Mœllero Hamb. in 8. 1699. Vid. Lipſienſ. Act. Erud. Collect. in Act. a. 1699. m. Maj. p. 205. 206. Utrumque Librum, Schefferi ſcil. & Bartholini, quem innumeris (ut inſinuavimus) locis emendatum & inſignibus acceſſionibus adauctum exprimi de novo typis allaboravit laudatus JOH. MOELLERUS, recudi curavit ſub titulo BIBLIOTHECÆ SEPTENTRIONIS ERUDITI, cui præfixit eximiam Præfationem de Gentium Borealium in literas meritis & Hiſtoriæ literariæ atque Eccleſ. Scriptoribus.

Scriptores Selectiſſimi Claſſis Secundæ. CLASSIS BIOGRAPHORUM Secunda eaque PERSONALIS exhibetur a B. G. Struvio in Introd. ad notit. Rei literar. Cap. VII. §. IV. ſqq.—ad §. XX. incluſ. p. m. 312.—323. eorum ſcilicet qui Vitas plurium Eruditorum congeſſerunt ſecundum nomina pariter ac omina Perſonarum. Nos indicabimus ſelectiſſimos fontibus appoſitis.

Germani. Quenſted. Ex GERMANORUM Biographis & quidem *Perſonalibus* Illuſtriſſimus eſt (I.) JOH. ANDR. QVENSTEDIUS, Dialogo de Patriis illuſtrium Virorum ed. Witteb. 1691. in 4. De quo vid. judicium B. G. Struvii

Struvii in Introd. ad notit. rei literar. Cap. VII. §. IV. p. 313. D. G. Morhofii Polyhiſt. T. I. Lib. I. Cap. XVIII. §. XVII. p. 218. (II.) PAULUS FREHERUS in Theatro Virorum eruditione Clarorum ed. in fol. Norib. 1688. De quo vid. judicium B. G. Struvii Introd. in not. rei liter. Cap. VII. §. IV. p. 313. Henr. Meibomii in Addit. ad Vogl. Introd. in notit. Aut. pag. 171. Lipſ. Act. Erud. Collect. in Act. a. 1688. m. Jul. p. 388. 389. Gottfried Zenners Herbſtparnaß, d. a. 1695. n. XXXVII. p. m. 167. ſqq. M. C. Feuſtelii in Sched. de Biographiis & Biographis Germanorum contr. Gallos, nominatim Mareſium Lipſ. ed. in 8. 1707. p. m. 237. (III.) ADOLPHUS CLARMUNDUS (vero nomine JOH. CHRISTOPH. RUDIGERUS) Vitis Clariſſimorum in re literaria Virorum, editis Witteb. anno 1703. & ſqq. De quo vid. judicium B. G. Struvii in Introd. ad notit. Lit. Cap. VII. §. IV. p. m. 314. Collect. Hamb. Nov. lit. German. d. a. 1703. m. Dec. p. 443. ſqq. d. a. 1704. m. Majo p. 166. ſqq. 185. & m. Nov. p. 404. 405. & alibi. Caſp. Henr. Starckii Tr. Lub. 1707. ed. in 4. Hiſt. Mor. de Doctorum Vita privata, publicæ prælata Cap. I. §. II. p. 5. Lit. (a) Quibus annumerandus eſt Præſul Ratisbonenſium Reverendiſſimus, GEORGIUS SERPILIUS, qui opera nunquam ſatis laudanda in lucem edere inſtituit & quidem Sermone Patrio h. e. Germanico VITAS SCRIPTORUM BIBLICORUM cum in maximis ſæpe commentariis profani Scriptores utramque fere faciant paginam, ſacris vix obiter indicatis. Abſolvit vero in iis quæ jam publice proſtant partibus Biographiam Moſis, Joſuæ, Samuelis, Eſræ, Nehemiæ, Mardochai & Eſter, Jobi, Davidis evulgatis ſub titulo: Lebens-Beſchreibungen der Bibliſchen Scribenten. Vid. Collect. Hamb. in Nov. Liter. Europ. & Germ. a. 1708. m. Jul. p. 268. 1709. m. Mart. p. 153. & add. Collectores Relat. Innoc. ſeu unſchuldigen Nachrichten von alten und neuen Theologiſchen Sachen d. a. 1708. Ord. V. Nov. n. X. p. 320. 321. & Biblioth. B. Mayeri Biblicam eamque continuatam Roſt. & Lipſ. ed. in 4. 1713. Cap. II. § I. II. V. VII. VIII. IX.

Freherus. Rudigerus. Serpilius.

GALLI. Ex *Biographis Gallorum Perſonalibus* illuſtriſſimus eſt ISAACUS BULLIARTUS in Academia Scientiarum h. e. Vitis hominum illuſtrium Amſtelod. ed. 1683. in fol. De qua D. G. Morhofius in Polyhiſt. T. I. Lib. I. Cap. XIX. §. 56. p. 247. B. G. Struvius Introd. in notit. liter. Cap. VII. §. V. p. 318. Lipſienſ. Act. Erud. Collect. in Act. a. 1683. m. Majo. p. 177. 178. & JACOBUS AUGUSTUS THUANUS in Elogiis Virorum Doctorum, Francof. ed. 1636. in 4. it. Helmſt. 1656. per

GERH. VON STOECKEN: continuatis per Antonium Teiſſierium 1683. in 12. 1704. Vid. judicium Collect. Act. Erud. Lipſienſ. in Act. a. 1697. m. Febr. p. 90. a. 1704. m. Octobr. p. 461. & a. 1706. m. Majo. p. 208. 209. B. G. Struvii Intr. in notit. liter. Cap. VII. §. VI. p. 314. Henr. Meibomii in add. ad Vogl. Introd. in notit. Autor. p. m. 201. 202. D. G. Morhofii T. I. Polyhiſt. Lib. I. Cap. XVI. §. 52. 53. p. 196.

ANGLI. Ex *Biographis Anglorum Perſonalibus* eminentiſſimus eſt GUILIELMUS BATESIUS in Vitis Selectorum aliquot Virorum qui doctrina, dignitate aut pietate inclaruere. Lond. 1681. in 4. Vid. judicium Collect. Act. Er. Lipſienſ in Act. a. 1682. m. Jan. pag. 12. 13. B. G. Struvii Introd. in notit. literar. Cap. VII. §. VII. p. 319. 320. D. G. Morhofii T. I. Polyhiſt. Lib. I. Cap. XIX. §. XX. p. m. 240.

ITALI. Ex *Biographis Italorum Perſonalibus* illuſtriſſimus æque ac optimus eſt LAURENTIUS CRASSUS in Elogiis hominum literatorum ed. Venetiis 1668 in 4. De quo leg. judicium D. G. Morhofii T. I. Polyhiſt. Lib. I. Cap. XIX. §. LII p. m. 246. & B. G. Struvii Introd. in notit. literar. Cap. VII. §. VIII. p. m. 321.

Scriptores Selectiſſimi Claſſis Tertiæ. CLASSIS BIOGRAPHORUM eaque REGALIS & INFULARIS eſt eorum qui Vitas deſcripſerunt Principum vel certorum hominum infulatorum ſive Religioſorum. Vid. Burc. Gotth. Struvii Introd. in notit. Literar. Cap. VII. §. XXIV—XXVIII. p. 349—354.

de Principibus Secularibus. Ex illis qui de PRINCIPIBUS doctis ſcripſerunt eorumque Vitam, dicta, ſcripta & acta deſcripſerunt, illuſtriores ſunt ſequentes. (1.) *Val. Ern. Læſcherus* in Bibliotheca Purpurata ſive de Scriptis Principum præſertim Germanorum. Witteb. 1698. in 4. (2) *Joh. Caſp. Læſcherus* in Diſp pecul. Witteb. hab. 1700. tit. Principes Hiſtorici it. Obſervat. Select. Faſcic I. Obſ. I. ed in 8. Lipſ. d. a. 1703. p. 1—11. de Principibus Theologi & Faſcic. II. Obſ. I. p. 1—14. ed. Lipſ. in 8. d. a. 1706. ubi continuatio habetur de Principibus Theologis, (3) *D. Georg. Henr. Gœtzius* in Principe Hebraice docto. Lipſ. ed. 1701. in 4. inſerto poſtea Meletemat. Annæberg. n. XVI p. 847—903. ed. in 8. Lub. & Lipſ. d. a 1706. in Principe Græce docto Lipſ. 1704. in 4. in Concionatoribus Illuſtribus. Annæb. 1700. in 4. ed inſertis Meletemat. Annæb. n. XI. p. 563. ſq. —621. in Principe Commentatore Biblico. Lubecæ ed. 1707. in 4. (4) *Immanuel WEBERUS* Shediaſmate Hiſtorico de Eruditis Haſſiæ Principibus. Gieſſæ hab. anno 1707. Vid. Collect. Hamburg. Nov. Liter. Germ. & Europ. in Nov Lit. a. 1707. m. Majo. p. 162. & ſqq. (5) *David Algœwer* Diſp. Ulm. hab 1707. tit. Matheſis

Matheſis Purpurata ſive de Claris inter Viros Principes, Mathematicis. Vid. Collect. Hamb. Nov. Lit Europ. & Germ. in Nov. Lit. a. 1708. m. Aug. p. 311. 312. (6) *Samuel Reyherus* Diſp. Kilon. hab. 1693. tit. Matheſis Regia ubi Cap. II. p. 11. ſqq. agit de variis Exemplis Regum & Principum Matheſi deditorum. (7) *Joh. Chriſtoh. Becmannus* Hiſt. Orb. Terr. Geogr. p. 571. (8) *Chriſt. Cruſius* de Jure Proedrias Cap. XXXI. n. III. (9) *Graeven* in Epiſt. ad Comit. de Wurmband Diſp. de Foro P. P. 1692. ubi priſci illi heroes Alexander M. Julius Cæſar. M. Antoninus Philoſophus. Magnus Theodoſius. (10) *Jac. Middendorpius* de Academ. Lib. I. Cap. II. verb. Quoſdam Viros P. P. &c. p. m. 100. ſqq. ed Colon. d. a. 1602. in 8. (11) *Guil. Saldenus* de Libris Lib. I. Cap. 2. N. 3. p. 35. & Cap. IX. n, 2. p. 265. ſqq. (12) *Ev. Wernh. Happelius* Acad. Roman. L. 2. c. 16. (13) *Joh. Chriſtoph. Blum* Diſp. pecul. Lipſ. hab. 1709. de Principibus Poetis, recenſit. a Collect. Hamburg. in Nov. Liter. Europ. & German. a. 1709. m. Apr. p. 211. ſqq. & m. Sept. p. 382. ſqq.

De Pontificibus Romanis.

Ex illis qui de PONTIFICIBUS ROMANIS ſcripſerunt eorumque vitam, doctrinam, ſcripta & acta deſcripſerunt, eminent tanquam illuſtres

(I.) LUDOVICUS JACOBUS a S. CAROLO in Bibliotheca Pontificum Lugd. ed. in 4. 1643. de qua leg. pecul. Schediaſma Joh. Gottl. Mœlleri Roſtoch. ed. 1693. de Erroribus Lud. a S. Carolo.

(II.) *Joh. Palatius* in Geſtis Romanorum Pontificum ed Venetiis Vque Volum. in fol. anno 1690. Vid. Collect. Act. Erud. Lipſienſ. in Act. a. 1691. m. Jul. p. 310. ſqq.

(III.) PHILIPPUS BONANI in Numiſmatibus Pontif. Rom. Rom. ed. in fol. 1699. Vid. Lipſienſ. Act. Erud. Collect. in Act. a. 1699. m. Novemb. p. 520. ſqq. Lege reliquos Scriptores huc pertinentes apud Caſp. Sagittarium Introduct. in Hiſtor. Eccleſiaſt. Cap. XXV. XXVI. p. 650. ſq. Sev. Walth. Sluterum in Propylæo Hiſt. Eccleſ. Chriſt. p. m. 135. ſqq.

De JESUITIS.

Qui deſcripſerunt Vitam, doctrinam, dicta & facta JESUITARUM infulatorum, illi recenſentur a Sev. Walth. Slutero Propylæo Hiſtor. Eccleſ. Chriſt. p. 217. 218. & B. G. Struvio Introd. in notit. Literar. Cap. VII. §. XXV. p. m. 350. Quibus add. *Joh. Henr. Knoblach* Diſp. Witteb. hab. 1698. in 4. ed. tit. Effigies Jeſuitarum ex Thuano: Gerh. Henr. Weland im Neuen aus der heutigen Welt. d. a. 1709. Num. XI. p. 85. 86. ed. Hamb. in 4. Eminet PHIPPPUS ALEGAMBE in Bibliotheca Scriptorum Societatis Jeſu, Antwerp. 1643. in fol. de quo THOMAS CRENIUS Diſſ.

Epiſt.

Digitized by Google

Epiſt. de Singularibus Scriptorum n. VII. p. 18 *Philippus* (inquit, *ALEGAMBE in Bibliotheca ſine non paucos ex ordine Jeſuitarum anonnymos aut ſub alienis fictiſque nominibus latentes & antehac ignotos obſervante Gisb. Voëtio Lib. II. Biblioth. Theol. Stud. Cap. II. p. 255. ed. Ultraj. M. DC. LI. in 12. Indicem Jeſuitarum qui in rerum Theologicarum certamen larvati prodierunt, præfixit Anaretico ſuo Petrus Aurelius Pariſiis edito. M. DC XXXIII. in* 8.

De Ordinibus infulatis. Qui deſcripſerunt vitam, doctrinam, ſcripta, dicta, facta & acta reliquorum inter Pontificios Ordinum, Sacrorum, Auguſtiniani, Benedictini &c. recenſentur ſerie Ordinum Alphabetica a *Sev. Walth. Slutero* in Propylæo Hiſtor. Eccleſ. Chriſt. p. m. 129. ſqq. 131. ſqq. Quibus adde *R. Phil. Bonanni* Ordinum Religioſorum Catalogum ed. Romæ. 1706. in 4. vid. Collect. Act. Erud. Lipſienſ. in Act. a. 1708. m. Mart. p. 117. ſqq. *Joach. Hiltebrandi* Tr. de Religioſis eorumque variis ordinibus Helmſtad. 1701. in 4. Vid. Collect. Relat. Innoc. (ſive Unſchuldigen Nachrichten) d. a. 1701. m. Jun. p. 183. ſq. d. a. 1701. Dom. XIX. p. 308. ſq. Dom. XXIII. p. 374. ſq. Dom. XXVIII. p. 468. *D. Joh. Frid. Mayeri* Programma ad Lectiones Curſorias M. Andr. Ritter quod exhibet Bibliothecam Scriptorum Pontificiorum qui ordines Monaſticos & Clericales recenſuerunt. Gryphisw. ed in 4. anno 1706. *Joh. Caſp. Læſcherus* Obſervat. Select. ad Theol. & Hiſt. Eccleſ. ſpectantium ed. in 8. Lipſ. 1703. Faſcic. I. Obſ. XI. p. 77. ſqq ubi Catalogus Alphabeticus Scriptorum de Ordinibus Sacris.

De Principibus Eccleſiaſticis. Qui deſcripſerunt vitam, doctrinam, ſcripta, dicta, facta, & acta literaria PRINCIPUM ECCLESASTICORUM, & INFULATORUM, Cardinalium, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, & ſimilium, recenſentur ex profeſſo a Caſp. Sagittario Introduct. in Hiſt. Eccl. Cap. XX. p. 479. & ſqq—p. 517. coll. cum Cap. XXXI. p. 771. ſqq. unde repete.

Sciptor Selectiſſimus Claſſis Quartæ. CLASSIS BIOGRAPHICA QUARTA eaque DISCINARIS h. e. eorum qui deſcripſerunt certorum literatorum vitas ſecundum Facultates in artium liberalium diſciplinis obvias, exhibetur a B. G. STRUVIO Introd. in Notit. Rei literariæ Cap. VII. §. XXIX. ad §. XL.

de Theologis. p. m. 355. ſq —ad p. 380. Scil (1) qui deſcripſerunt *Vitas Veterum & Recentium Theologorum.* Quos ordine debito & nervoſo judicio recenſet B. G Struvius Introd. in notit. lit. Cap. VII. § XXIX: XXX. XXXI. p. 355-364. & in Supplement ad hos §. §. pag. 107. ſqq. quocum conf. JOH. ANDR. BOSII Introductio ad notitiam Scriptorum Eccleſiaſticorum repetita & inſerta a Thoma Crenio Tomo Tertio Methodorum Num. XIII.

p. 409.

Digitized by Google

p. 409. ſqq. cum notis & ſtricturis longe elegantiſſimis. Add. Georg. Serpilius in Epitaphiis Theol. Suevor. Ratisb. ed. 1707. in 12. recenſ. a Collect. Hamb. 1707. m. Oct. p. 353 ſq & Append. Epitaph & Ratisb. 1710. in 8. ap. Collect. Relat. Innoc. d. a. 1710. p. 877. Add ed Melch. Lud. Fiſchlin in Memoriis Theol. Wirtemb. reſuſcitatis, Ulm. ed. in 8. 1709. recenſ. a Collect. Lipſ. in Act. Er. T. IV. Suppl. Sect. VIII. p. 358. ſq. Collect. Biblioth. Nov. P. VII. n. VIII. p. 605. ſq. & Collect. Relat. Innoc. d. a. 1710. Ord. X. nov. n. XII. p. 644. d. a. 1711. Or. I. n. XV. p. 154.

(II) Qui deſcripſerunt *vitas veterum & recentium Juriſconſultorum.* JCtis.

Quos ordine debito & judicio nervoſo recenſet. B. G. STRUVIUS l. c. §. XXXII. XXXIII. p. 364. 365. 366. & in Supplement. ad hos §. §. p. 110. Add. Collect. Biblioth. Nov. Part. X. n. X. p. 907. ſqq. Collect. Concl. Nov. Erud. Apert. XIII. n. III. p. 39. ſqq.

(III) Qui deſcripſerunt *vitas veterum & recentium Medicorum.* Medicis.

Quos ordine debito & judicio nervoſo recenſet STRUVIUS l. c. §. XXXIV. p. 367. 368. & in Supplement. ad h. §. p. 110. 111. 112.

(IV) Qui deſcripſerunt *vitas Philoſophorum veterum & recentium.* Philoſophis.

Quos ordine debito & judicio nervoſo recenſet STRUVIUS l. c. §. XXXV. XXXVI. XXXVII. p. 369-375. & in Supplem. ad h. §. p. 112. 113.

(V) Qui deſcripſerunt *vitas Philologorum veterum & recentium.* Philologis.

Quos ordine debito & judicio nervoſo recenſet STRUVIUS l. c. §. XXXVIII XXXIX. XL. p. 375-380. & in Supplem. ad h. §. p. 113. ſqq.

CLASSIS BIOGRAPHORVM QVINTA eaqve INDIVIDVALIS h. e. illorum Virorum Doctorum qui ſuam vitam proprio calamo, proprio ſtylo, proprio genio modoqve deſcripſerunt, de quibus lege teſtimonia, THOMÆ CRENII in Tom. II. Methodorum in notis ad Boſii Diſſert. de Comp. Prud. Civil. §. LXX. p. 384. Henr. Meibomii in Addit. ad Vogl. Introd. in notit. Script. pag. 182. Burc. Gotth. Struvii Introd. in notit. liter. Cap. VII. §. XLI. p. m. 380. 381. Lipſienſ. Act. Erud. Collect. in Act a. 1698. m. Jan. p. m. 23. ſq. & quorum exempla illuſtriſſima ſunt JACOBVS AVGVSTVS THVANVS in vita propria ſex libris deſcripta HIERONYMVS CARDANVS in Tr. de vita propria & libris a ſe conſcriptis. Scriptores Selectiſſim. Claſſis quintæ de Scriptoribus vitæ propriæ.

M ROGE-

ROGERIUS de RABUTIN, Comes de Buſſi in Commentario Hiſtorico de vita propria. Quanquam hoc inſtitutum Biographiæ propriæ inquit CRENIVS l. c. quandam animi magnitudinem præ ſe fert, incidunt tamen nonnulla in eo genere, quæ difficile ſcribentibus ſuſpectum legentibus reddant; de quibus videri poteſt CICERO Lib. V. Fam. Ep. XII. ſub finem. Extat Plutarchi liber egregius, quo docet, quomodo quis de ſeipſo & rebus ſuis citra invidiam & reprehenſionem verba facere poſſit. Inter alia tum quoqve id fieri oſtendit, cum commemoratio ejusmodi ad aliorum utilitatem, quatenus ſcilicet inſtruere poteſt, tota refertur. Ex eo igitur hoc inſtitutum judicandum maxime eſt. Nunquam loqui de ſe & rebus ſuis, humilitatis pudorisqve inepti eſt. Semper & ſine modo, atqve inflatius id facere, arrogantiæ & vanitatis. At quando id opus, & expedit aliis, magni ac liberi animi laudem habet qui & tueri exſtimationem ſtudet & hunc laborum ſuorum fructum ſtatuit maximum aliis prodeſſe. Quibus notis & Ariſtoteles Magnanimos deſcribit Lib. IV. Ethic. cap. III. ad Nicomachum.

APPENDIX
SECTIONIS SECUNDÆ

Nempe

SCHEDIASMA BIOGRAPHICUM JOH. CHRISTOPH. WINCKLERI. Filii JOH. WINCKLERI Rev. Miniſt. Hamburg. Senioris quondam Graviſſimi & ad ad. S. Michael. Paſtoris Meritiſſimi.

Vid. Collect. Nov. Liter. German. Hamburg. in Nov. Liter. a. 1703. m. Novemb. pag. 440. & a. 1705. m. Novemb. p. 417. Ipſum Schediaſma titulo & argumento ita eſt conformatum.

TABULA

TABULA BIOGRAPHICA NOTITIAM PRÆSTANTISSIMORUM VIRORUM ARMIS LITERISQVE INCLUTORUM REPRÆSENTANS

ADORNATA

ET

PER-ILLUSTRI, NOBILISSIMO, AMPLISSIMO

VIRO

DN. CHRISTIANO VVILHELMO EYBENIO,

SERENISSIMO HOLSATICO-SLESVICENSI DUCI

à CONSILIIS STATUS

MECOENATI AC PATRONO MAXIMO

DEDICATA

A

JOH. CHRISTOPHORO WINCKLERO

JURISPRUD. CULTORE,

HAMBURGI,

Typis CONRADI NEUMANNI, Senatus Gymn. & Scholæ Typog. Ann. M DCCIII.

Digitized by Google

VIR
PER-ILLUSTRIS
PATRONE COLENDISSIME!

AUdet hæcce tabula in conſpectum *Excell. Tua* venire: Non quod aut argumento, aut concinnitate aliave dote *Excell. Tua* placere ſe poſſe ſperet; ſed quod pietate auctoris ſui, quam ille ſummiſſima hac ejus dedicatione teſtatam nunc voluit, haud omnino diſpliciturum ſe *Excell. Tua* confidat. Veteres *DEOS tutelares* ſibi conſtituere conſueverunt, quorum non obſcura veſtigia hodienum adhuc in Papatu præprimis, quemadmodum *Macedo* in peculiari libro pluribus oſtendit, reperiuntur: Quid autem noſtrates de hiſce ſentiant *Excell. Tuam* minime fugere poteſt. Mihi autem nemo cordatus vitio vertet, quod *Excell. Tua* haſce ſtudiorum meorum primitias offeram, hoc conſilio, ut inde tabula mea luce omni deſtituta ſplendorem mutuet. Quid enim in his *Excell. Tua* præſtet, jam ante *aliquot* luſtra *ex eruditis illis animadverſionibus Tobia Magiri Viri Celeberrimi Eponymologico Critico inſertis* orbi literato innotuit. Cui igitur melius quam *Excell. Tua* hanc meam tabulam ſuſpendere potuiſſem. Non enim perfunctorie, ſed ſolide hiſce ſacris tinctum circumgeris pectus, quod ipſum non ego, ſed omnes, ubicunqve locorum degant, literati æquiſſimis laudibus ingenue mecum fateri coguntur. *Excell.* igitur *Tua* omnium Vota ſuperanti in hiſce ut concolor fierem, quare non ſedulo allaborarem? Etenim agnoſco *Excellentia Tua praeunte* quantum utilitatis ex hiſtoriæ literariæ accurata notitia in ſuperiores facultates redundet. Quamobrem mancam hanc tabulam exaſciato judicio, quod in hac ætate, qui vix decimum ſeptimum complevi annum, mihi arrogare haud poſſum, ſeſe quidem minime commendantem, maximaqve temporis penuria protruſam hilari vultu Gratiis proprio aſpicias, & ſi non aliud, diligentiam tamen & conatum meum æqui boniqve conſulas; accreſcentibus annis meliora *Excell. Tua* omnibusqve bonis probisqve DEO adjuvante promitto, Vale & fave

Excellentiæ Tuæ

Humillimo & ad quævis officia paratiſſimo
JOH. CHRISTOPH. WINCKLERO.

Σὺν

Σὺν τῷ Θεῷ.

IN magno pretio eſſe habendos & illos Scriptores, qui præſtantiſſimorum quorumvis Virorum vitas memoriæ prodiderunt, Alexander Magnus ille mundi Monarcha nobis ob oculos poſuit; hic enim in hæc erumpebat verba cum in Sigæo ad Achillis tumulum adſiſteret, o fortunate adoleſcens, qui tuæ Virtutis Homerum præconem inveniſti. Et vere, nam niſi Ilias ejusdem exiſteret, idem ille tumulus, qui corpus ejus contexit, nomen etiam jamdudum obruiſſet. Etenim

Dignitas & utilitas Biographorum.

Ex Teſtimonio proprio Winckleri.

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi: Sed omnes illacrymabiles
Urgentur, ignotiqve longa
Nocte: Carent quia Vate Sacro.

Ut Venuſinus Poëta Od. IX. Lib. IV. canit. Inuſitata quæqve facta æternis tenebris ſunt obnoxia, niſi literis ab iisdem revocantur. Uberrimos fructus quotidie perſentiſcunt mortales, ſi præclara quæqve literis propagantur, quæ tamen quoties hiſce mediis carent mox oblivioni traduntur, & ita uſus inde ſperandus ac fruendus intercidit. Quanta, perpendite quæſo! jactura, & hæc in genus humanum redundat. Etenim

Inſpicere tanquam in ſpeculum in vitas omnium
Jubeo, atque ex aliis ſumere exemplum ſibi.

Sunt verba Demeæ apud Terent. in Adelph. Act. III. Sc. III. v. 61. Majorum exemplis poſteritas plurimum debet, & trita via incedere quis quæſo periculis expoſitum putet? Sed unde exempla? Si optima virtutum ſimulacra hiſce terris erepta paucorum, mox vitam cum morte commutantium mentibus inhærent. Fragile quid eſt homo. Nec ea, quæ præclare geſſit, meliora fata ſibi promittere poſſunt, niſi durabilioribus mediis conſerventur. Quo majus damnum hic metuendum, eo major cura ut avertatur adhibenda eſt. Enimvero quis non perſpicit, utilitatem illam, quæ ex vitarum ſcriptoribus capi poteſt, maximæ amplitudinis præſtantisſimæqve dignitatis eſſe? nemo profecto, cui hæc ſacra curæ cordiqve ſunt, de hoc ambiget. Res cum in propatulo ſit, verbis teſtimoniisqve equidem parcere poſſem, niſi unum alterumqve illuſtrandi ergo exemplum adducere benevolo Lectori haud ingratum fore augurarer. Morhoſius decus illud Cimbriæ eleganter & vere hic ſentit, quando Polyhiſtor. Part. I. Libr. I. cap. IX. p. m. 216. ita ait: *Prout incidimus in vitam vel Philoſophi, vel JCti, vel,, Medici, vel Politici, ita multa diſcimus, quæ ad ſcientias illas ſpectant e,,*

Ex Teſtimonio alieno Morhofii.

„τύπῳ illo περιστατικῷ ſingularia de quibus nunquam cogitarunt, qui præ-„cepta tantum proponunt. Ex illis arcana quædam colligi poſſunt, quæ non „ſcientiam tantum, ſed & prudentiam hominis literati augent. Ut enim „in vita civili, ita quoqve in vita hominis literati prudentia quædam opus „eſt in omni negotio. Converſationis ſane eruditæ ratio e vitis virorum do-„ctorum formari quam maxime poteſt: Quam ob cauſam vitas Virorum „doctorum & illuſtrium, qui vel ad literas vel Rempublicam adhibentur, „non ſuperficiaria aliqua & jejuna opera, ſed quam breviſſime deſcribi ve-„lim, ut vel ipſa μικρολογία in his mihi placeat. Henricus Meibomius, illuſtre quondam Academiæ Juliæ nomen, in Præfat. additamentorum ad Valentini Henrici Vogleri introductionem univerſalem in notitiam Scriptorum de præſentis argumenti utilitate & neceſſitate ita diſſerit: *„In omni omnino diſciplina, artibus & ſcientiis teſtimonio humano ſæpiſſime „niti cogimur, cujus tamen auctoritas eſſe non poteſt, niſi illius, qui teſtimo-„nium dat, cognita nobis ſit aptitudo. Ipſe igitur teſtis, ut in judicio conſi-„derandus eſt, an in eo aliquid deſideretur, an omni exceptione major ſit, & „quid in eo deſideretur. Certe non minus in diſciplinis veritatem, quam in „judiciis quærimus, ideoqve nec hic ſine accuratiori ſcrutinio admittendus te-„ſtis eſt, & quantum fieri poteſt, examinandus: non levi alias errore, & qui-„dem in pluribus diſciplinis vulgari, ut nubes teſtium adducatur, quorum ſin-„guli examinati nihil vel propter ævum, quo vixerunt, vel aliarum conditio-„num defectu, probare idonei ſunt. Id quod circa hiſtoricos a plerisqve no-„tari ſolet, circa omnem vero rem, quæ a teſtimonio humano pendet, in qua-„cunqve diſciplina non minus accurate obſervari debet. Scilicet in uni-„verſum duo de Auctore aliquo prænoſci debent, ut primo ea, quæ tradit, ſci-„re potuerit & ſciverit, deinde, ut ea voluerit recte tradere, uti ſcivit. Mul-„ta igitur hic requiruntur, ut ſcilicet, quomodo Auctor ad illam cognitionem „acquirendam ſeſe habuerit, an αὐτόπτης fuerit? an ex aliis acceperit? qui-„bus mediis uſus? qua diligentia? an deceptioni facile obnoxius? ſciamus: „Deinde, quibus moribus præditus, an ingenuus, candidus, probus, & veritatis „ſtudioſus? an vero venalem mentem calamumqve habeat? an affectibus ob-„noxius fuerit? an ſcribere ipſi omnia libere licuerit? an cenſuræ ſubjectus? „& quæ hujus generis longe plurima ſunt, non rectius quam exemplis bono-„rum & malorum omnis ævi Scriptorum declaranda. Si id nunc agerem, „mihi vero ſufficit ex his liquere, quod ad auctorem approbandum vel repro-„bandum vita ejus accuratior cognitio neceſſaria ſit & proinde hæc, de qua „agimus,*

Et Meibomii.

Digitized by Google

agimus, notitia uſum inſignem habeat.,, Hiſce ita præmiſſis ad rem ipſam me accingo, ubi in ipſo limine triſtitia me corripit, quod multa egregia huc ſpectantia monumenta temporis injuria perierint. Callimachus Grinæus tabulam (πίνακα) ſive deſcriptionem eorum, qui in quavis diſciplina clari fuere, edidit: quod opus CXX. libris conſtabat, quemadmodum præter Suidam Athenæus nobis tradidit. Neanthem Cyzicenum περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν ſcripſiſſe ex Laërtio & Heſychio Mileſio cognoſcimus. Theſeidem i. e. Theſei geſta ſcripſit Diphilus, qui a Pindari Scholiaſte citatur. Olympianicas ſcripſerunt Timæus, Steſiclides Athenienſis & Agriopas, item Evanoridas Eleus, teſte Pauſania. Athenienſium ἄρχοντας literis tradiderunt Demetrius Phalereus, Steſiclides & Philochones. Vitas illuſtrium virorum, Pythagoræ, Socratis, Archytæ, Platonis &c. Ariſtoxenus, Ariſtotelis auditor. Hermippam Smyrnæum ἐν τοῖς βίοις h. e. in vitis Virorum eruditione illuſtrium, citant Laërtius & Athenæus: unde præclara quæqve nobis promittere potuiſſemus, ſed quia interierunt, ſpes hæc decollavit. Ad eas igitur, quæ adhuc ſuperſtites operam qualemcunqve noſtram collaturi ſumus, & quo omne faſtidium, quod B. L. ex argumento hoc peſſime digeſto oboriri poſſit, declinemus, ordinis rationem habebimus ita, ut materiam hanc in V. Sectiones dividamus, quarum I. de *Cæſaribus*, *Regibus*, *Principibus* ac *Magnatibus* &c. II. De *Theologis*. III. *JCtis*. IV. *Medicis*. V. *Philoſophis* ac *Literatis* ad hanc Claſſem pertinentibus agamus. DEUS ita mentem manumqve dirigat, ut omnia in ſui ipſius gloriam noſtrumqve emolumentum cedant.

Deperdita Scripta Biographorum.

Reſidua.

SECTIO I.
DE
CÆSARIBUS, REGIBUS ac PRINCIPIBUS &c.

§. I.

Principum.

Hic diligentiam noſtram propemodum anticipavit & otium nobis fecit celeberrimus quondam Hiſtoriographus Saxonicus B. Sagittarius in introductione ſua in Hiſtoriam Eccleſiaſticam Cap. IX. X. XI. XII. item Cap. XXIII. ubi agit de Scriptoribus, qui ſingulis fere Seculis Imperatorum Romanorum ac porro Regum Germaniæ hiſtoria fuere occupati.

Confer.

Confer. Michaël Hertzius in Bibliothecæ Germanicæ Part. III. ubi ſingulari induſtria ſeorſim de Imperatoribus Germanis agit.

§. II.

In Compendio ſelecto receaſita

Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptorum Latinorum minorum Part. III. edidit Marcus Zuerius Boxhornius Lugd. Bat. 1631. in 12mo. Hunc ſecuti ſunt Hackii fratres qui 1671. hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores VI. ſcil Ælium Spartianum: Vulc. Gallicanum: Julium Capitolinum: Trebellium Pollionem: Ælium Lampridium: Flavium Vopiſcum cum integris notis Iſaaci Caſauboni, Claudii Salmaſii & Jani Gruteri Lugd. Batav. typis exſcripſerunt & ediderunt in 8. Joannis Palatii Aquila Saxonica, ſub qua Imperatores Saxones ab Henrico Aucupe usqve ad Henricum Sanctum Occidentis Imperatorem XV. Elogiis, Hieroglyphicis, Numiſmatibus, Inſignibus, Symbolis, Imaginibus antiquis ad vivum exhibentur, Venetiis 1673. in Fol. Confer. Ejusd. Aquila Auſtriaca, ſub qua Imperatores Auſtriaci ab Alberto II. usqve ad Ferdinandum III. & IV. continentur Venetiis 1679. in Fol. Item Ejusdem Aquila Sueva, ſub qua Imperatores Svevi a Conrado III. usqve ad Conradum IV. comprehenduntur, Venetiis 1679. Fol. Et ejusdem Aquila inter Lilia, ſub qua Francorum Cæſarum a Carolo M. usqve ad Conradum exhibentur Vitæ, Venetiis 1671. in Fol. Hujus quoqve generis ſunt Philippus Melanchton & Caſpar Peucerus in Chronico Carionis, cum alias tum 1572. Witteb. in fol. edito. Joannes Cluverus in Epitome hiſtoriarum mundi ſæpius emiſſa. Joh. Sleidanus de quatuor ſummis Imperiis, & in eum Chriſtophori Pezelii Mellificium hiſtoricum a Joh. Lampadio locupletatum & ab hujus acerbis calumniis in Lutherum aliosqve orthodoxos tertiæ parti inſperſis per Johannem Cunradum Dietericum vindicatum Marpurg. 1631. in 4to. Dionyſius Petavius in Rationario temporum. Moguntiæ 1646. correctius emiſſo. Johannes Jonſtonus in Polyhiſtore 1660. & 1667. Jenæ in 8vo. edito. Chriſtianus Matthiæ in Theatro Hiſtorico Amſtel. 1648. in 4to. & Lipſiæ aliquoties edito. M. Zuerius Boxhornius in Hiſtoria univerſali, Leidæ. 1652. & Francof. in 4to. edita: Joh. Lætus in compend. Hiſtoriæ univerſal. a Joachimo Fellero ad finem anni 1678. continuato Francof. & Lipſ. 1679. edito. Philipp. Brietii, Jeſuitæ, Annales mundi ſive Chronicon univerſale ab O. C. ad annum Chriſti 1660. prodiit Pariſiis 1662. VII. Vol. in 12mo. Qui plures huc facientes cognoſcere deſiderat, reperiet eos apud Sagittarium.

tam quoad operam conjunctam.

§. 3. Se-

§. III.

Sequuntur illi, qui ſeorſim Principum Magnatumqve variarum nationum vitas conſignarunt. Marcus Antoninus Imperator ipſe egit de vita ſua, quam cum Commentario edidit Thomas Gattakerus Cantabr. 1652. 4to. Conſtantini Magni vita ex recenſione Valleſii prodiit Mogunt. 1672. Fol. Vitam Caroli M. deſcripſit ejus Secretarius Eginhardus, prodiitqve Lipſiæ in 4to. Joh. Joachimus Franzius ex præcipuis eorum temporum Scriptoribus concinnavit hiſtoriam Caroli M. cui acceſſit Eginhardi Carolus & præfatio Bœcleri Argentorati 1644. in 4to. Vitam Caroli V. edidit Guilielmus Zenocarus a Schauwenburg Gandavi 1560. in fol. Vita Friderici II. Imperatoris a S. Schardio præmiſſa eſt epiſtolis Petri de Vineis. Baſil. 1566. 8. edit. Vita Ferdinandi I. Imperatoris prodiit Italice Venetiis 1565. & 1567. in 4. Leeven en Bedryff van Guſtavus Adolphus tot Leyden. 1699. in 8. Caroli Guſtavi, Regis Sveciæ, vitam deſcripſit peculiari opere Samuel Puffendorffius, quam Germanice vertit Samuel Rodegaſt, Norimbergæ 1697. fol. Eliſabethæ Angliæ Reginæ Vita exhibetur in apparatu rebus geſtis Eliſabethæ præmiſſo, Amſtelod. 1677. 8vo. Henrici IV. vitæ peractæ hiſtoria reperitur in VI. rerum Germanicarum Scriptoribus. Francof. 1607. in fol. editis, quibus etiam Henrici VII. vita inſerta reperitur. Het Leeven en Bedrieff van Wilhelm de III. Koningk van groot Brittanje 2. Vol. Amſtelod. 1694. in 4to. Hiſtoire de Louis le grand per Varillas, a Haye 1688. 8. T'Leeven en Bedrief van Koningk Emanuel van Portugall door Oſorius, Rotterdam. 1663. in 12mo. Meurſius edidit vitam Guilielmi Auſtriaci, Lugd. Batav. 1621. in 4to. De rebus geſtis Friderici Wilhelmi, Magni Electoris Brandenburgici, Berolini 1695, in fol. egit Samuel Puffendorffius. La vie d'Olivier Cromwel par Leti a Amſterdam 1694. 2. Vol. 8vo. Hiſtoire du Grand Tamerlan par Sanctyon, Amſtel. 1678. 12mo. Pauli Oderbornii Vita Joh. Baſilidis, Magni Moſcoviæ Ducis, 1585 in 8vo. prodiit. Scanderbegi vitam edidit Georgius Bartoldus Pontanus Hanoviæ 1609. in 8vo. Item Marinus Barletius Romæ in fol & Italice Venetiis 1584. in 4to. & 1646. in 8vo. prodiit. Vitas Friderici III. Johannis & Johannis Friderici, Electorum, edidit 1602. in 4to. Joh. Roſinus. De Wittekindo M. egit Schurtzfleiſchius Operum ſuorum Hiſtorico-Politicorum, Berolini editorum, Diſſertat. XLIV. pag. 553. Joh. Pici Mirandulæ vitam Johannes Franciſcus principis Galeotti Pici filius edidit ac Mirandulæ operibus Venetiis 1557. in fol. editis præmiſit. Het Leeven en Bedrief van den Admirael Ruyter

quam quoad operam ſeparatam

beſchreven door Ger. Brandt. Amſteld. 1687. in fol. Leeven en Bedrief van Cornelis Tromp. Amſterd. 1692. in 4to. Alberti III. Ducis Saxoniæ, vitam expoſuit Schurtzfleiſchius Operum cit. Diſſert. XLVI. p.m. 584. Georgius Carnefelt & Carolus Sigonius memoriam Nic. Albergatti reliquerunt. Colon. 1618. 4to. Bilibaldi Birckheimeri, Conſiliarii quondam Cæſarum Maximiliani & Caroli V. vitam edidit Conradus Ritterſhuſius, cujus Operibus politicis hiſtoricis philologicis Francofurti 1610. in fol. editis præfixa reperitur. Busbequii vita ejus opuſculis 1660. in 12mo. Amſteld. editis præfixa eſt. Leeven van Jan van Oldenbarnevelt. 1648. in 4to. & 8vo. prodiit.

SECTIO II.
DE THEOLOGIS.

§. I.

Biographi Selecti Theologorum

PRogredimur ad Theologos, eorundemque variarum licet Religionum vitas hic recenſemus. Temporis rationem habentes incipimus, quorum notitia multi tam ex veteribus quam recentioribus ſuggerunt. Occupati fuerunt in hoc argumento Euſebius in plurimis hiſtoriæ Eccleſiaſticæ locis. Hieronymus in de Scriptoribus Eccleſiaſticis libro. Gennadius Maſilienſis in Catalogo illuſtrium Virorum. Iſidorus Hiſpalenſis de Viris illuſtribus. Hildephonſus Toletanus de Viris illuſtribus. Sigebertus Gemblacenſis in de Viris illuſtribus libro. Honorius Auguſtodurenſis de luminaribus Eccleſiæ, quos collegit Aubertus Miræus in Bibliotheca Eccleſiaſtica p. II. 1639. & 1649. in fol. Antwerp. ed. Photius, Patriarcha Conſtantinopolitanus, in *μυριοβίβλῳ*. Joh. Trithemius de Viris illuſtribus.

& quidem Antiquiorum Patrum Eccleſiæ primitivæ Doctorum

Guilielmus Cave in II. Tomis, Anglice in fol. & Germanice in 4to editis, primitivæ Eccleſiæ Patrum vitas proponit. Confer ejusdem Scriptorum Eccleſiaſticorum hiſtoria literaria, cum appendice Henrici Wartoni Londini & Genevæ in fol. edita. Ludovicus Elias du Pin in Scriptorum Eccleſiaſticorum nova Bibliotheca, quæ ab anno cIↄ Iↄcxc usque ad annum cIↄ IↄccII. tomis XII. Gallice Pariſiis in 4to. prodiit. Joh. Schopfius Abbas Blaviſontanus in Academia JEſu Chriſti Tubingæ 1593. in 4to. & Spiræ 1616. in 8vo. emiſſa. Robertus Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticis cum continuatione Andreæ du Sausſay Epiſcopi & Comitis Tullenſis, Coloniæ 1684. in 4to. Philippi Labbei Jeſuitæ Diſſert. Philol. & Hiſtor. de

& quidem quoad operam conjunctam

Scri-

Scriptoribus Eccleſiaſticis, quos attigit Rob. Bellarminus II. Tom. Pariſ. 1660. in 8vo. prodierunt, Caſimirus Oudinus in ſupplemento de Scriptoribus vel Scriptis Eccleſiaſticis a Bellarmino omiſſis, Pariſ. 1686. in 8vo. Auguſtus Varenius in Rationario Theologico de primi & ſecundi Seculi Scriptoribus Eccleſiaſticis Roſt 1669. & 1673. in 4to. emiſſo. Caſp. E. Brochmannus in de primi Seculi Scriptoribus Eccleſiaſticis Diſſert. Haſ. 1636. in 4to. Johannes Chriſtoph. Hahnius in inſignioribus Cœli Sionæi ſideribus Lipſiæ 1668. in 12mo. Joh. Chriſtophorus Meelfuhrerus in Corona C. Patrum, Gieſſæ 1670 in 4to. Wilh. Erneſtus Tentzelius in Exercit. Select. Lipſiæ 1692. in 4to. edit. P. I. Clementis Romani, Ignatii, Polycarpi, Juſtiſtini Martyris, Athenagoræ, Theophili Antiocheni, Tatiani, Sozomeni Jacobi Niſibenſis & Ephremi ſcripta expendit plerorumque vita præmiſſa. Primi & ſecundi Seculi Eccleſiæ Orientalis illuſtres Scriptores edidit Petrus Halloix, Duaci 1633. & 1636. in fol. Vitas Patrum edidit Heribertus Rosweydus Antwerpiæ 1615. fol.

§. II.

Huc plurimi alii operam ſuam contulerunt, unde multorum Patrum Vitæ vel ſeorſim vel operibus ipſis adjunctæ reperiuntur: Ita & extat Palladii Epiſcopi Helenopolitani Dialogus de Vita *S. Johannis Chryſoſtomi.* Pariſ. 1680. in 4to. Ejusdem vita cum Specimine doctrinæ ex ſcriptis ejus typis Orphanotrophii Glaucha-Hallenſis 1702. in 8vo. prodiit. Ejusdem vitam edidit Tilmannus Cartuſianus Pariſ. fol. Item Bigotius ibid. 1680. in 4to. La Vie de S. Jean Chryſoſtom. Pariſ. 1665. in 8vo. *S. Auguſtini* vitam ex Scriptis ejus potiſſimum concinnatam exhibet operum ejusdem ſtudio Monachorum Ordinis S. Benedicti e congregatione S. Mauri, Antwerp. 1702. in fol. edit. Tom. XI. isque penultimus. Ejusdem vitam edidit Rivius Antwerp. in 4to. La vie de S. Auguſtin per Theodor. de Beze. Genevæ in 8vo. De eadem vita egerunt Poſſidius, Cornelius Lancillotus libris III. & anonymus, qui omnes præmiſſi ſunt editioni Operum Auguſtini Colonienſi 1616. in fol. *Athanaſii* vitam edidit auctor incertus, Photius, Simeon Metaphraſtes & Aloyſius Lipomanus, reperitur Tom. II. operum Athanaſii Rom. 1686. in fol. edit. Ej. Operum editioni Pariſ. 1698. in fol. noviſſima ejusdem vitæ deſcriptio nunc primum adornata præfixa eſt. La vie de *S. Athanaſe* Pariſ. 1671. in 4to prodiit. *S. Ambroſii* vita a Paulino ejus Notario ad B. Auguſtinum conſcripta adjuncta eſt ejusdem Operum, Pariſ. 1690. in fol. edit. T. II. Vita D. *Irenæi*, Epiſcopi & Martyris

Quoad operam ſeparatam

ex illius & aliorum Patrum Scriptis collecta per Franciſcum Fevardentium ejus Operibus præfixa eſt. Pariſ. 1675. in fol. Vita *S. Maximi* Operibus ejus ſtudio Franciſci Combeſis Pariſ. 1675. editis, præfixa eſt. *Ephrami Siri* vita per Gregorium Nyſſenum conſcripta Operibus Theophanis Pariſ. 1644. in fol: edit. inſerta eſt. De vita *Gregorii Thaumaturgi*, quæ reperitur in ejus Operibus 1630. in fol. Pariſ. editis, egit idem Nyſſenus. De *Tertulliani* Vita & Scriptis egit anonymus, quem Petrum Alexium volunt, Pariſ. 1679. in 8. Vitam *Gregorii Nazianzeni* reperimus in limine operum ſuorum T. I & II. edit. Pariſ. 1630. fol. *S. Gregorii*, Epiſcopi Turonenſis, vita ejus Operibus Pariſ. 1699. fol. præmiſſa eſt. Vita *S. Anshelmi* per Wadingum Romæ in 4. prodiit. Bernardi vita edita eſt Auctore Gaufrido Groſſo Pariſ. 1649. in 4. & Horſtio ibid. 1666. in 4to. *Damaſceni* vita Operibus ejus, Baſil. 1535. in fol. editis adjuncta eſt. Venerabilis *Bedæ* vita ex Annalibus Cardinalis Cæſaris Baronii & aliis deſumpta præfixa eſt Bedæ Operibus editionis Colonienſis 1688. in fol.. *Rabani Mauri* Abbatis vita a Rodolpho & Trithemio præmiſſa eſt ejus operibus editionis Colonienſis 1627. in fol. *Epiphanii* vita in operum ſuorum T. II. editionis Colonienſis 1682. fol. reperitur. *Eutychii* vita præfixa eſt Annalium ejusdem editioni ab Eduardo Pocockio procuratæ Oxon. 1656. 4to. La Vie de *Caſſiodor.* Pariſ. 1695. in 12mo. *Gregorii* Papæ Vita per Johannem Diaconum, Gregorium Turonenſem, Bedamque conſcripta & ejus Operibus, Pariſ. 1640. in fol. editis præmiſſa eſt. Venerabilis *Guibertus* Abbas ipſemet vitam ſuam delineavit, ſuisque Operibus 1651. Pariſiis in fol. editis adjunxit.

§. III.

Biographi Selecti Theologorum recentium & quidem Lutheranorum

Vitas Theologorum Germanorum ſuperioris Seculi Heidelbergæ 1610. in 8vo. nec non Theologorum exterorum Francof. 1618. in 8. edidit Melchior Adami: Ita & Johannis Bismarci vitæ & res geſtæ nonnullorum recentiorum Theologorum Halæ Sax. 1614. in 4. proſtant. Theophilus Spitzelius, quondam apud Auguſtanos Vir erudiſſimus, edidit templum honoris reſeratum, in quo L. illuſtrium orthodoxorum ac beate defunctorum Theologorum Philologorumque imagines exhibentur, & quibus ſive in ſacram, ſive rem literariam meritis, quibus item monumentis libris editis vel manuſcriptis inclaruerint, diſerte oſtenditur Auguſt. Vindel. 1673. in 4. Henningius Wittenius (1) in VI. Decadibus memorias Theologorum noſtri Seculi renovavit. Francof. 1674. in 8. Item (2) in centuria, ibid. 1685. in 8 edita. Henricus Oræus in Nomenclatore præcipuorum Eccle-

Generales

Eccleſiæ Doctorum, Scriptorum, Profeſſorum &c. recentiorum, Hanoviæ 1619. in 12. Paulus Freherus paſſim in Theatro virorum eruditione clarorum Norimb. 1688. in fol. Joh. Micrælius in Catalogo alphabetico præcipuorum Theologorum, qui poſt reformationem Lutheri vixerunt, Syntagmati Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ pag. 732. ſeq inſerto. D. Joh. Henr. Majus in præfat. Matth. Poli Synopſi Criticorum, aliorumqve Sacræ Scripturæ interpretum, edit. Francof. 1694. in 4. Cap. III. Sect. II. De particularibus quibusdam auctoribus Catholicis, qui notas aut commentarios in S. Scripturam ediderunt, judicium expromit. Sect. III. De Calvinianis, qui commentarios ſive notas in S. Scripturam ediderunt: & Sect. V. de Lutheranis Sac. Script. Commentatoribus Criſin exercet, quod ipſum huic attexere operæ pretium eſſe duximus.

§. IV.

Vitam Lutheri ſolide illuſtravit Eques Francus, Conſiliarius intimus Saxonicus & Brandenburgicus Vitus Ludovicus a Seckendorff commentario hiſtorico & apologetico de Lutheraniſmo Francofurti & Lipſiæ 1692. in fol. Hoc opus ut ederetur, anſam præbebat Ludovici Maimburgii Ex-Jeſuitæ quondam hiſtoria Lutheraniſmi 1680. Gallice Pariſiis edita, quam magni in Gallia fieri & hoſpitibus ex Germania Lutheraniſmo addictis objici ſolere, ipſi ab adoleſcente & nobilitatis & virtutis nomine claro ex peregrinatione Gallica domum redeunti referebatur: quod ipſum ſalivam Seckendorffio movebat, ut & tacite hujus refutationem, quam ſingularibus meritis ipſe jam præſtitit, exoptaret. Huc & pertinet graviſſimi olim Pl. Rev. Hamburg. Miniſterii Senioris, Dom. D. Joh. Mülleri *Lutherus* defenſus & defenſio defenſi Lutheri. Præter Nicolai Selnecceri de vita *Lutheri* librum, quem iterum typis exſcribendum curavit Wittebergæ. 1687. in 4. Dom. D. Joh. Frid. Mayer, & M. Joh. Matheſii vitam *Lutheri* Norimb. 1608. in 4to & Chriſtianus Jungkerus vitam *Lutheri* cum elegantisſimis numiſmatibus edidit in 8. Joh. Fridericus Scharfius de *Martino Luthero* Wittebergæ 1686. in peculiari egit diſſertatione. Ita & Joh. Gottlieb. Möller memoriam *Lutheri* peculiari diſputat. recoluit Gryphiswaldiæ 1693. qui idem quoq; Roſtochii 1693. de *Luthero* Lutherano ante Lutheraniſmum, item de *Luthero*, ut Martyre Confeſſori contradiſtincto, ac de *Luthero* Confeſſore Martyri contradiſtincto egit in diverſis ſchediſmat. Quibus accedit Philippi Melanchtonis oration über die Leiche D. Martini Luthers verdeutſchet durch D. Caſpar Creutziger und Lutheri letzte Predigt, geſchehen zu Speciales Lutheri

Wittenberg, am andern Sonntag nach Epiphanias Domini. De Catharina, Lutheri conjuge, peculiari Diſſertatione egit Dn. D. Joh. Frid. Mayer. Hamburgi 1698. in 4to.

§. V.

Philippi Melanchtonis

Joachimus Camerarius deſcripſit *Philippi Melanchtonis* vitam, Hagæ-Comitum 1654. in 12. editam, de qua Daniel Georg. Morhofius Polyhiſt. Literar. lib. I. c. XIX. p. m. 218. ita ait: *Laudandus eſt Joachimus Camerarius, Heros eruditus inter Germanos, quod in vita Melanchtonis ne quidem ſomnia ejus notabilia ac minima quadam præſtigia, oſtenta, omina omiſerit. Etſi enim levia hac habiturus non nemo ſit, tamen non ſunt diſſimulanda illa providentiæ Divinæ ſpecimina, quæ viris bonis & doctis in vita ſæpe occurrunt; ad quæ reſpicere omnino debet, qui vitæ hiſtoriam ſcribit: ac optarim ego, exemplorum talium meſſem extare quam uberrimam.* Leeven en Doot van *Phil. Melancht.* met het verhael van de Reformatie in Deutsland door Corpus Amſt. 1661. in 8. De *Spalatino* in peculiari Diſſertatione egit Caſpar. Sagittarius, in alma Salana quondam Hiſtoriarum Profeſſor dignisſimus ac celeberrimus. Joh. *Affelmanni* vita ejus Syntagmati Exercitationum Academic. Lipſ. 1674. in 4to præfixa eſt. Orationem memoriæ D. *Johannis Mülleri*, Miniſt. Hamburgenſ. quondam Senioris graviſſimi, dixit Benedictus Carpzovius, Witteberg. 1673. in 4. *Joh. Himmelii* Threnologia extat de vita, rebus geſtis & obitu quadrigæ Theologicæ: *Joh. Winckelmanni, Balth. Mentzeri, Frid. Balduini, & Balthaſ. Meiſneri* Jenæ 1628. 4to. Ægidii *Strauchii* vita ejusdem poſtillæ: Starck und Milch-Speiſe præfixa eſt. Chriſtophori Schraderi oratio memoriæ D. *Georgii Calixti* habita Helmſt. 1658. in 4. Joh. Nicolai Hartſchmidii oratio funebris in obitum *Sebaſtiani Schmidii* extat Argentorati 1697. in 4to.

& aliorum

§. VI.

Biographi Selecti Theologorum Reformatorum Generalis & ſpeciales

Pergimus & Theologos Calvini hypotheſibus addictos in Scenam noſtram producimus. Huc pertinet anonymus quidam, qui Londini 1670 in 8. Virorum Clarorum, qui in Anglia floruere, edidit memorias, utpote *Joh. Reynoldi, Richardi Hockeri, Williami Whitakeri, Andr. Willeti, Dan. Featley, Waltheri Norbani, Joh. Gregorii Duppa, Bramhalli, Tayloris.* Thomæ *Gatakeri* vita præmiſſa eſt ejus adverſariis, Londini in fol. & Operibus Traject. ad Rhenum 1698. editis, inſerta eſt. Johannis *Calvini*, magni quondam Genevenſium Miniſtri, vitam, mores, res geſtas, ſtudia ac denique mortem deſcripſit Hieronymus Bolſecus, Medicus Lugdunenſis Gallice; poſtea

Calvini

Digitized by Google

ſtea autem Latine reddita prodiit Coloniæ 1580. in 8. ejuſdem vitam Theodorus Beza accurate deſcripſit, quæ Calvini operibus Amſtelodam. 1671. in fol. conjunctim editis præfixa eſt. De Joh. *Cocceji* vita, doctrina, & moribus egit filius Joh. Henricus Coccejus in præfat. operibus ejus in fol. Roterodam. editis præmiſſa. Confer. Valentinus Alberti in διπλῶν κάππα, ubi & de Coccejaniſmo agit Lipſ. 1678. in 4to. Fridericus Spanheimius in epiſtola de noviſſimis circa res ſacras in Belgio diſſidiis Lugd. Batav. 1677. in 8. Matthias Nethenus in tractatus de dubitatione, ſub titulo de Carteſianis adducti Cap. VII. præcipuos Carteſii Fautores & Adverſarios recenſet. Wilhelmi *Momma*, genuini Cocceji diſcipuli, vitam ſcripſit Wilhelmus Anslaer & præfixit ejus meditationibus poſthumis in Epiſtolas ad Romanos & Galatas, Hagæ Comitis 1678. in 8. editis. Joh. *Druſii* vitæ delineationem operumqve editorum & nondum editorum titulos edidit Abelus Curiander, Franecqueræ 1616. in 4to. reperitur adjecta Commentario duplici ad voces Ebr. N. T. Item ejus annotat. in N. T. parti alteri. Joh. Ludovici *Fabricii*, quondam Theologi Heidelbergenſis, vitæ & obitus hiſtoriam edidit Joh. Henr. Heideggerus ejusdemque operibus, Tiguri 1698. in 4. conjunctim editis, præmiſit. Hic Heideggerus & Joh. Henrici *Hottingeri* hiſtoriam vitæ & obitus deſcripſit Tiguri 1667. in 8. ſeorſim prodiit, adjuncta quoque eſt Hottingeri Hiſtor. Eccleſiaſt. N. T. Tom. IX. Tiguri 1667. huc referendus quoque eſt Heideggeri *Hoſpinianus redivivus*, qui reperitur inter proſopographias Diſſert. Select. Tom. IV. adjunctus: Ipſius *Heideggeri* vita ejusdem exercitationibus Biblicis præmiſſa eſt. Johannis *Lightfooti* vita operibus ejusdem conjunctim in fol. Rotterd. 1686. editis præmiſſa eſt. Jacobi *Altingii* vita vel a filio, vel a Beckero, qui operum editionem procuravit, ſcripta & operibus Amſtelodam. 1687. V. Volum. fol. edit. præfixa eſt. Ludovicus *Cappellus*, Linguæ Ebraicæ nec non Theologiæ in Academia Salmurienſi quondam Profeſſor, ſcripſit commentarium ad filios ſuos Johannem Ludovicum & Jacobum de *Cappellorum gente*, a qua originem duxerunt, præmiſſum commentario & notis Crit. in N. T. Franciſcus *Junius* ipſe vitam ſuam deſcripſit, quam Paulus G. F. P. N. Merula JCtus edidit ac operibus Junii, Genevæ 1613. in fol. editis, præpoſuit. Vitam Sam. *Bocharti* deſcripſit & ſimul ſcripta ejus recenſuit Stephanus Morinus ac Phaleg & Canaan edit. Lugd. Batav. 1692. præmiſit. Vitam & obitum Theodori *Bezæ* ſcripſit Antonius Fayus, Genevæ 1606. 4. Joh. *Hornbekii* vita reperitur in ipſo limine II. librorum Cocceji

de

de converſione Judæorum & gentilium, Amſtelod. 1669. in 4. Hiſtoria de obitu *Buceri* in ejus operibus reperitur. Davidis *Parei* vitæ curriculum & obitum deſcripſit filius Philippus Pareus ac operibus Francof. in fol. edit. præmiſit. Joh. *Cloppenburgii* vitam deſcripſit Joh. a Marck. ejusque operibus Amſtelod. 1684. in 4. edit. præmiſit. Vitam Joh. *Crocii* Henricus Duiſing ſcripſit, ejusque Commentar. in Epiſt. Pauli, Caſſellis & Francof. 1680. in fol. edit. præfixit. Henrici *Hammondi* vita ejus operibus IV. Tomis Lond. 1674. editis præpoſita eſt. D. Wolffgangi *Muſculi* vitæ & obitus hiſtoria per Abrahamum Muſculum deſcripta reperitur in Ej. Synopſi feſtalium Concionum Baſil. 1595. in 8. De Franciſci *Turretini* vita & obitu Oratio præfixa eſt ejusdem inſtitutioni Theologiæ Elenchticæ Genev. 1688. in 4to. III. Volum. editæ. Antonii *Walæi* vita habetur inter ſelectorum aliquot Virorum vitas, Londini 1681. in 4. conjunctim editas. In hujus *Walæi* obitum Joh. Polyander habuit orationem funebrem, quæ præfixa eſt Walæi operibus Lugd. Batav 1643. in fol. edit. In obitum Abrahami *Heidani* Orationem funebrem habuit Chriſtoph. Wittichius Lugd. Batav. 1679. in 4. ita & in obitum Giesberti *Voëtii* extat Eſſenii Oratio funebris. Jac. Triglandius in obitum Friderici *Spanhemii* habuit orationem funebrem, quæ ejus operum Tom. III. Lugd. Batav. 1703. in fol. præmiſſa eſt Huc etiam referimus Jacobi *Arminii* vitam per Petr. Bertium ejus operibus in 4. præmiſſam; Item Simonis *Epiſcopii* vitam, quam edidit Philippus a Limborgh, poſtquam e Belgico in Latinum ſermonem vertit & aliquot in locis auxit. Amſtelod. 1701. 8. In obitum D. Stephani *Curcellæi* Arnoldus Poelenburgius habuit orationem funebrem, quæ ejusd. operibus Amſtelodami 1675. edit. præmiſſa eſt. De vita & obitu Conradi *Vorſtii* Orationem habuit Marcus Gualterus, Fridericopoli 1624. in 4to.

§. VII.

Biographi Selecti Pontificum Romanorum & quidem Generales

Papas Romanos tandem tangit ordo, de quibus plurimi bene mereri voluerunt. Anaſtaſius Romanus Bibliothecarius in hiſtoria de vitis Romanorum Pontificum ex Bibliotheca Marci Velſeri per Johann. Buſæum edita Moguntiæ 1602. in 4. & ſtudio Fabrotti cum ejusdem Anaſtaſii hiſtoria Eccleſiaſtica Pariſ. 1649. in fol. Conferendum autem hic omnino eſt Joh. Ciampini libri Pontificialis, ſeu vitarum Romanorum Pontificum, quæ ſub nomine *Anaſtaſii* Bibliothecarii, circumferuntur, examen Romæ 1688. in 4. editum: Ita & opuſculum de vitis Romanorum Pontificum *Luitprandus*, & *Abbo Floriacenſis* de vitis Romanorum Pontificum epitomen ex *Anaſtaſii* hiſtoria

hiſtoria excerpſit, & una cum *Anaſtaſio* Moguntiæ 1601. edidit. Confer. de Luitprando *Voſſius* de hiſtoria Latina l. II. c. XL. & *Labbeus* de Script. Eccleſ. T. II. p. 35. B. *Platinæ* hiſtoria de vitis Pontificum Romanorum cum Supplemento *Onuphrii Panvinii* & *Antonii Cicarellæ* usque ad Urbanum VIII. Col. Agr. 1626. in 4. *Andreas Vellejus* in vitis Pontificum Romanorum, Hafniæ 1571. in 8. *Robertus Barus* & *Joh. Baleus* de Pontificum Romanorum vitis cum continuatione ad Paulum V. per *Joh. Martinum Lydium* Leydæ 1615. in 8. *Jacobus Revius* in hiſtoria Pontificum Romanorum Amſteld. 1632. in 8. *Joh. a Glano* in vitis Romanorum Pontificum a Petro ad Clementem VIII. cum imaginibus Leud. 1597. in 8. *Stephanus Szegedinus* edidit ſpeculum Pontificum Romanorum 1592. in 8. quo decreta, vita, prodigia, interitus, elogia accurate traduntur cum jucundis de traditionibus Pontificiis quæſtionibus. *Joh Stella* in vitis ac geſtis ſummorum Pontificum Baſil. 1650. in 12. *Joh. Palatius* in geſtis Pontificum Romanorum usque ad Alexandrum VIII. Venet. Vol. V. 1687. ſeq. in fol. *Petrus Frizonius* in Gallia purpurata ſeu de Pontificibus & Cardinalibus e Gallia oriundis. Pariſ. 1638 in 4. *Claudius du Molinet* hiſtoriam ſummorum Pontificum a Martino V. ad Innocentium XI. per eorum numiſmata illuſtravit. Lutet. 1679. in fol. *Alphonſus Ciaconius* in vitis & rebus geſtis Pontificum Romanorum & Cardinalium usque ad Clementem IX. cum notis *Auguſtini Oldoini*, Romæ 1677. Tom. IV. in fol. Confer. *Crenius* in notis ad *Boſium* de compar. prudentia civili p. m. 379. *Ludovicus Jacobus a S. Carolo* in Bibliotheca Pontificia, cujus liber I. tractat de Pontificibus Romanis a Petro ad Urbanum VIII, nec non Pſeudopontificibus, qui ſcriptis claruerunt. II. de omnibus autoribus, qui vitas & laudes eorum deſcripſerunt, nec non iis, qui adverſus Romanos Pontifices aliquid ediderunt, Lugd. 1643. in 4to. *Panvinii* XXVII. Pontificum Romanorum elogia & imagines Romæ 1568. accedunt imagines aliorum Pontificum: Effigies *Alexandri* Papæ VII. & Cardinalium usque ad annum 1674. Romæ: Effigies ſummorum Pontificum & Cardinalium defunctorum ab anno 1658. Romæ. *Innocentii*, Papæ XI. & Cardinalium nunc viventium effigies, Romæ 1681. in fol. Cardinalium ab Innocentio XI. creatorum effigies. Romæ. 1686. &c. in fol. De Scriptoribus hiſtoriæ Pontificum Romanorum vniverſalis & particularis pluribus egit *C. Sagittarius* in ſupra jam laudata introductione in Hiſtoriam Eccleſiaſticam. cap. XXV. & XXVI.

Digitized by Google

§. VIII.

Scriptores Speciales Ordinum Papalium.

Huc quoque referri debent, qui de certis Papatus ordinibus aliquid literarum monumentis reliquerunt, ita de *Benedictinis* egerunt *Antonius de Yepes* in Chronico generali ordinis S. Benedicti per Thomam Weiſſium Latine translato, Colon. Agrip. 1685. in fol. *Gabriel Bucelinus* in Annalibus Benedictinis, Auguſtæ Vindel. 1656. in fol. *Luc. d' Achery* & *Jean Mabillon* ediderunt Acta Sanctorum ordinis S. Benedicti in ſeculorum claſſes diſtributa, quorum Seculum I. (incipiens ſeculo VI. poſt nativitatem Chriſti) an. 1668. Seculum II. an. 1669. Secul. III. an. 1672. Secul. IV. an. 1677. & 1680. Secul. V. an. 1685. Pariſiis in fol. De *Capucinis* videatur *Zacharias Boverius* in Annalibus fratrum minorum *Capucinorum* Lugd. 1632. in fol. De *Carmelitis* ſequitur tractatio. Hic & *Elia Thesbitis*, quem auctorem hujus ordinis jactant, mentionem facere debemus, ubi præter alios maxime obſervari meretur eruditiſſimus Pater *Ægidius Camartus* Rhetheliensis ordinis minorum olim Generalis in commentario poſthumo, cui titulus: *Elias Thesbites*, ſive de rebus Eliæ prophetæ, ubi de ipſius Eliæ origine, perſona, nomine, patria, officiis, &c. agitur, Pariſ. 1631. in 4. Conferatur *Daniel a Virgine S. Maria* in Speculo Carmelitarum ſive hiſtoria Eliani ordinis patrum Virginis Mariæ de monte Carmelo in fol. Tom. IV. an. 1680. Item *Arnoldus Boſtius* Gandavenſis libro *de illuſtribus viris ordinis ſui*. Præterea Petrus *Lucius* Bruxellenſis in *Bibliotheca Carmelitana*. De iisdem porro commentatus eſt *Johannes de Carthagena*. Quibus accedit *Ludovici Jacobi Bibliotheca Carmelitana* ſeu deſcriptio trium ordinum Carmelitarum ab anno 1141. usque ad noſtra tempora. De *Auguſtinianis* inſpiciatur *Nicolaus Cruſerius* in *Monaſtico Auguſtino* Monach. 1623. in fol. *De Canonicis Regularibus S. Auguſtini illuſtribus* egit *Johannes de Nigra Valle*, item *Philippus Novarienſis*, nec non antea *Petrus Impens* in Chronico Valerio Andreæ memorato, ſed tum nondum edito. De Scriptoribus autem ordinis *Eremitarum S. Auguſtini* egit *Thomas Gratianus*, olim ejus ordinis per Belgium præfectus provincialis, in *Anaſtaſi Auguſtiniana* ſive libro *de Scriptoribus ord. Eremit. S. Auguſtini*, & ad hujus forte exemplum *Joh. Rivius*, Prior provincialis ejusdem ordinis per Belgium in libro ejusdem cum præcedente tituli: Idem fecit *Joſephus Pamphylus* in *Chronico ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini* Romæ 1581. in 4. Item *Philippus Elſius*. Absque dubio quoque & id ipſum egit nobiliſſimum ejus ordinis decus *Onuphrius Panvinius* tum *in Chronico ordinis Eremitarum* publici juris facto, tum *in hiſtoria*

Digitized by Google

hiſtoria ejusdem ordinis affecta quidem ſed non abſoluta. Præter quos etiam *Cornelius Curtius* ſcripſit *Virorum illuſtrium ord. Eremit. S. Auguſtini* elogia cum iconibus 1636. Antwerp. in 4. edita. *Carthuſiani* ſeqvuntur, ubi in ipſo horum hiſtoriæ limine non negligendus *Joh. Launojus* de vera cauſa ſeceſſus *Brunonis* (Carthuſianorum Auctoris) in eremum. Arg. 1656. in 8. Cum quo hic conferendus eſt *Natalis Alexander* in Select. Hiſtor. Eccleſ. Cap. Secul. XI. & XII. P. I. edit. Pariſ. an. 1683. in 8. Item *Aubertus Miraus* in originibus Carthuſianorum Monaſteriorum per orbem Colon. 1609. in 8. Celebrarunt hoſce *Petrus Dorlandus* in *Chronico Carthuſienſi* ſive corona de viris Carthuſiani ordinis illuſtribus, quæ cum notis *Theodori Petreji* fuit edita Col. 1608. in 8. De iisdem egit idem *Petrejus* Campenſis *conſcripta Bibliotheca Carthuſiana.* Præterea de *Carthuſianis* celebribus libros ſcripſerunt *Arnoldus Boſtius, Petrus Plomerenna, Franciſcus de Puteo, Petrus Sutor, Jacob. de Plebe in catalogo illuſtrium ſcriptorum ejusdem ordinis.* De *Ciſtertienſibus* conſulendi ſunt *Aubertus Miraus* in *Chronico Ciſtertienſis ordinis,* Coloniæ Ubiorum. 1614. in 8. *Angelus Manrique* in *Annalibus Eccleſiaſticis Ciſtertienſibus* a condito Ciſtertio Tom. IV. Lugd. an. 1624. ſq. in fol. *Caſpar Jongelinus* in purpura D. *Bernardi* elogia & inſignia gentilitia Pontificum, Cardinalium & Epiſcoporum, qui ex *ordine Ciſtertienſi* in Eccleſia Romana floruerunt, repræſentante. Coloniæ Aprippinæ 1644. in fol. *Carolus de Viſch* in *Bibliotheca Scriptorum ordinis Ciſtertienſis. Chryſoſtomus Henriquez in faſciculo Sanctorum ordinis Ciſtertienſis* Tom. II. Brux. 1623. in fol. nec non in *Menologio, regula, conſtitutionibus & privilegiis ordinis Ciſtertienſis* Tom. II. Antw. 1630. in fol. Bibliothecam *Patrum Ciſtertienſium* ſeu opera Abbatum & Monachorum *ordinis Ciſtertienſis* Tom. VIII. Bonofonte 1660. in fol. edidit *Bertrandus Tiſcierus. Ordinis Cluniacenſis* viros celebres laudant *Martinus Marrier* & *Andreas Quercetanus* in *Bibliotheca Cluniacenſi* ſeu SS. Patrum, Abbatum *Cluniacenſium* vitis, miraculis, ſcriptis, ſtatutis Pariſ. 1614. in fol. *Ordinis* Hieronymiani hiſtoriam dedit *Joſephus de Sequenza. Franciſcanos* ſeu ordinis *Minorum* ſcriptores memoravit *Henricus Willotius*, ordinis ſui Miniſter Provincialis & per Belgium Commiſſarius generalis edito opere, quod inſcripſit *Athenas orthodoxorum Sodalitii Franciſcani. Henricus Sedulius in hiſtoria Seraphica vita Franciſci Aſſiſciatis illuſtriumque virorum & fœminarum.* Antwerp. 1613. in fol. *Lucas Waddingus* in *Annalibus Minorum*, in quibus res omnes trium ordinum a S. Franciſco inſtitutorum ab oblivione vindicantur Tom. VII. in fol. Lugd. 1647. *Petrus*

Rudolphus Tuſiniacenſis in *hiſtoria Seraphica*. *Franc. Gonzaga* de origine & progreſſibus Seraphicæ Religionis Franciſcanæ. *Franc. Lanovii* Chronicum generale *ordinis minorum*. *Angeli a S. Franciſco* Catalogus Scriptorum illuſtrium Anglorum *Seraphici ordinis S. Franciſci*, de cujus vita, regula & miraculis opus per modum Legendæ conſcriptum eſt; cui ſubjuncta *Bonaventuræ* deſcriptio vitæ & virtutum ac miraculorum *S. Franciſci* MS. olim reperiebatur in Bibliotheca Wittiana. *Dominicanos* ſive prædicatorum ordinis Claros viros commendavit libris *de viris illuſtribus ſui ordinis Leander Albertus*, alias Italiæ deſcriptione celebris, Bon. 1517. in fol. De iisdem egit peculiari opere *Ambroſius Gazzeus in catalogo Virorum ex familia prædicatorum, doctrina illuſtrium*. *Antonius Senenſis* de conceptione in Bibliotheca *Virorum inſignium ordinis prædicatorum* cum ejusdem Chronico Dominicani edita. Quod porro etiam præſtitit *Petrus Malpaus* Bruxellenſis in *Athenæo Dominicano*. Idem demum fecit *Joh. Michaël Pius in vitiis Virorum illuſtrium ordinis S. Dominici*. *Antonius Malletus* in *hiſtoria Virorum illuſtrium*, qui aut priores aut religioſi fuerunt in conventu S. Jacobi Pariſienſis *ordinis prædicatorum*. *Johannes Garzovius* de Viris illuſtribus ord. Prædicatorum. *Seraphini Razzi* hiſtoria Italica Virorum illuſtrium ordinis prædicatorum. *Alphonſus Fernandez Placentinus* in notitia Scriptorum, Præſulum &c. ejusdem ſacræ familiæ. Item *Joh. Albertus* & *Joh. Mariolta*. Extat quoque *Anonymi Scriptoris* index præcipuorum auctorum, qui ſpiritualia & moralia ſcripſerunt; ex familia prædicatorum Conf. Lipſ. in Actis erudit. an. 1691. p. 331. De Celebribus Viris *Ordinis Præmonſtratenſis* egit Aubertus Miræus in Chronico ordinis Præmonſtratenſis, Coloniæ 1613. in 8. & in *Bibliotheca ordinis Præmonſtratenſis Johannes le Paige* Pariſ. 1633. in fol. De illuſtribus viris ordinis *Servorum* peculiariter egit *Jacobus de Plebe*. In Jeſuitis celebrandis primum occupatus fuit *Petrus Ribadeneira Catalogo Scriptorum Societatis Jeſu* publicato. Quem deinde novo apparatu librorum ad annum recuperatæ ſalutis 1642. editorum magna cura atque diligentia continuavit & auxit in *Bibliotheca ſcriptorum Societatis Jeſu*, *Philippus Alegambe*, Bruxellenſis. Conf. de vita *Ignatii Lojolæ*, Jeſuitarum Patriarchæ *Ribadeneira*, cui Scholia adjecit Simon 8. 1598. Jacobi Gretzeri Apologia pro vita *Ignatii Lojolæ* 8. 1601. Maffejus de vita *Ignatii Lojolæ* 4to. Rom. 1583. Item *Jacobus Bidermannus* de vita & gloria *Ignatii Lojolæ*.

§. IX. Quia

§. IX.

Quia inter martyres, quos Eccleſia Papæa celebrat & literis ad ſtuporem usque perpoliti aliquando reperiuntur, idcirco & hic illorum memoriam recolere voluimus. Oculos autem noſtros primum conjicimus in purpuram *Baronii*, cujus Martyrologium Romanum Coloniæ 1603. Moguntiæ 1634. in 4. Pariſ. 1645. in fol. & alibi alias prodiit. Hunc ſupplevit *Philippus Ferrarius* in *catalogo generali Sanctorum* Venetiis 1625. in 4. *Andreas du Sauſſay* in *Martyrologio Gallicano* II. Vol. in fol. Lutet. Pariſ. 1637. *Johannes Tamayo Salazar* in *Martyrologio Hiſpano* Tom. VI. in fol. Lugd. 1681. ſeq. *Art. a Monſtier* in *Martyrologio Franciſcano* Pariſ. 1653. in fol. Vitas Sanctorum *Laurentius Surius* auxit, emendavit & notis marginalibus illuſtravit Coloniæ 1617. Tom. IV. Poſt alios, qui ſive in compendiis ſive grandioribus libris *Sanctos* complexi ſunt, ſingulari tandem cura *Joh. Bollandus*, *Godefridus Henſchenius*, *Daniel Papebrochius*, *Franciſcus Baërtius*, *Conradus Janningius* acta Sanctorum Januarii, Februarii, Martii, Aprilis, Maji, Junii collegerunt & multis Voluminibus, ſcilicet jam tum XX. Tomis, ediderunt, Antwerpiæ inde ab A. 1643. ad an. 1688. Quid de hoc opere *Meibomius* ſentiat, id aperit in introductione in hiſtor. infer. Saxoniæ p. 68. ſeq. Confer. *Lipſ.* in *Actis Eruditorum* an. 1683. p. 5. ſeq. ubi varii Auctores, qui de Sanctis ſcripſere, recenſentur.

Scriptores Martyrologici iique Selecti.

§. X.

Seorſim Eruditorum Pontificiorum vitas aliquando editas reperimus. Ita *Cornelii Janſenii*, quondam Epiſcopi Yprenſis, vitam & mortem nec non ipſius & ſequacium dogmata deſcripſit *Melchior Leydeckerus* in VI. libris de *hiſtoria Janſeniſmi*, Trajecti ad Rhenum 1695. in 8. *Henrici Valeſii* vita deprehenditur inter vitas ſelectorum aliquot Virorum Londini 1681. in 4. edit. Ita & extat *Adriani Valeſii* Hiſtoriographi Regii de vita *Henrici Valeſii* liber ad Ludovicum Nublæum Lipſ. 1680. in 8. *Petri de Marca*, Archi-Epiſcopi quondam Pariſienſis, vitam edidit *Paulus de Faget* ejusque Diſſertationibus poſthumis edit. Pariſ. 1669. in 4. & in 12. præfixit *Stephanus Baluzius* exaravit quoque Epiſtolam de vita, rebus geſtis, moribus & ſcriptis *Petri de Marca* Pariſ. 1663. in 8. In obitum *Dionyſii Petavii Henricus Valeſius* orationem habuit, quæ reperitur inter vitas ſelectorum aliquot Virorum Londini 1681. in 4to. editas: item *Epiphanii* editioni Petavianæ præmiſſa eſt. In obitum *Jacobi Sirmondi* itidem *Henrici Valeſii* Orationem habemus. *Bellarmini* vitam deſcripſit *Jacobus Fuligattus* 8vo. Antwerpiæ 1636.

Biographi Selecti & quidem Speciales Doctorum Pontificiorum.

Digitized by Google

De eadem vita egit *Petra Sintla* Lendiæ & Antwerpiæ 4. Conf. Dn. D. *J. Fr. Mayerus* in de fide Bellarmini libro. Vitam *Franciſci Xaverii* ſcripſit *Horatius Turſellinus* 8. Antwerpiæ 1596. Confer. *Sauſſay* in continuatione ad Bellarminum de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Item *Bartolus* Lugd. 8vo. ac *de Villa Caſtin.* Barcellon. 4to. De vita *Cæſaris Baronii* egit Hieronymus Barnabæus, Romæ 1651. 4. Vita del Padre *Paolo*, Theologo della Sereniſſima Republica di Venetia: in Venetia 1657. in 12. Hujus vita ejusdem *Concilio Tridentino* eſt præmiſſa. *Franciſci Suarezii* vita ejus operibus Moguntiæ 1620. in fol editis præfixa eſt. *Nicolai Serarii* vita proſtat in ejusdem operibus, Moguntiæ 1611. editis.

SECTIO III.
DE
JURISCONSULTIS.

§. I.

Biographi Selecti Juriſconſultorum Veterum pariter ac Recentium

AD eos pedem promovemus, qui de *Juriſconſultis* egerunt, ubi præcipue nos ſubit memoria *Nicolai Stenelii*, qui *de Veteribus Jureconſultis, e quorum legibus Juſtitia Romana templum exſtructum eſt*, Commentarium Lipſiæ 1641. in 8. edidit. *Aymarus Rivallius* hiſtoriæ *Juris Civilis libr. V. de priſcis Jureconſultis*, qui ſub primis Romanis Cæſaribus vixerunt, & ex quorum ſcriptis hinc inde in Pandectis adducuntur excerpta, agit hoc modo, ut a Capitone incipiat & in Sexto Pedio deſinat. *Catellianus Cotta* conciſus præcipuos *Juriſconſultorum* ordinis Viros a Quinto Mutio Scævola ordiendo recenſet in exiguæ molis libro *de Juriſperitis*. Diffuſior aliquantum eſt Virorum illuſtrium, qui vel ſcripſerunt, vel juriſperitiam in Scholis docuerunt, & quo tempore floruerunt, Epitome, quam juxta ordinem alphabeticum confecit *Marcus Mantua*, tamen de illis duntaxat agit, qui poſt ejus uſum in Italia reſtitutum vixerunt: Quod etiam fecit *Johannes Fichardus*, conſcripta Perioche vitarum recentiorum *Jureconſultorum* ab Irnerio usque ad Huldrichum Zaſium. Hos omnes excipit diffuſior hujus argumenti tractatio, quæ occupavit *Valentinum Förſterum* libro 2. & 3 hiſtoriæ Juris Romani, ita tamen, ut tantum non unice in Italos deſcribendos operam inſumat, ſed ſub finem quoque aliarum gentium Juriſconſultorum mentionem faciat, licet eosdem nominetenus duntaxat perſtringat. Digna

& quidem Generalem

tamen

Digitized by Google

tamen integra hæc *Förſteri* hiſtoria cum V. iſtis modo laudatis hujus argumenti ſcriptoribus viſa eſt, ut in ingens illud tractatuum univerſi juris opus auctoritate Gregorii XIII. congereretur. *Guidus Panzirolus* multis ad antiquitatis & variæ eruditionis illuſtrationem pertinentibus ſcriptis clarus *de claris legum interpretibus* IV. libros compoſuit & divulgavit, qui anno præcedentis Seculi ſupra quinquageſimum quinto Venetiis ſecundum prodierunt, editi ab Octavio Panzirolo, nepote: collecti forſitan & in ordinem redacti ab eodem e diverſis Patrui ejus argumenti commentariis, quantum e vita *Guidi* operi præmiſſa, colligere poſſumus; niſi quod & ille pauciſſimis duntaxat exceptis ſuis popularibus ſolis ſcilicet Italis ſuis celebrandis operam impenderit. Proſtat quoque tractatus *Baldi Peruſini* de commemorationibus famoſiſſimorum Doctorum in utroque jure: Item *Joh. Baptiſtæ Caccialupi* de *illuſtribus Juriſconſultis libellus.* De recentioribus *Jureconſultis* ſtrictim egit *Raphaël Volaterranus* lib. XXI. Anthropologiæ. *Bernardinus Gaſnerus* ſcripſit nomenclaturam Doctorum in utroque jure paſſim per compendia literarum citatorum ordine literarum. *Johannes* autem *Lorichius* confecit Catalogum Juriſconſultorum veterum, quotquot aut vita aut ſcriptis celebres ſunt, cui recentiores Jureconſulti ſingulis diſtichis comprehenſi per *Matthæum Gribaldum* adjecti ſunt. Quibus omnibus accenſendum eſt *Joannis Betrandi βιὸμικον* ſive de *Juriſperitis* libri duo, Toloſæ 1622. & Lugd. Batavorum 1675. in 8. impreſſi. *Melchioris Adami* Vitæ JCtorum Germanorum, Heidelbergæ 1620. in 8. *Henningii Witten* memoriæ JCtorum lucem viderunt Francofurti 1676. 8. Quorundam illuſtrium Jureconſultorum imagines, quæ inveniri potuerunt, ad vivam effigiem expreſſæ ex Muſeo *Mari Mantuæ Benavidii Patavini*, Jureconſulti Clariſſimi, Venetiis 1570. prodierunt,

§. II.

Speciales ac Singulares.

Ita & factum eſt, ut multi eruditorum ſingulatim aliquorum *Jureconſultorum* memoriam ab oblivione, quæ memoriæ, rerum commiſſarum cuſtodi, quam fida etiam ſit, ſemper multum ſubtrahit, vindicarint: *Reuchlini* Viri non Capnionis, ſed Phoſphori nomine digni, JCti Celeberrimi & Philologiæ Sacræ primi in Germania inſtauratoris vitam deſcripſit Joh. Henr. Majus Gieſſenſium Philologus ac Theologus Celeberrimus, & edidit Francofurti 1687. in 8. De Vita *Johannis Schneidewini*, famigeratiſſimi Wittenbergenſium JCti peculiari ac eleganti oratione egit Joachimus de Beuſt. Witteb. 1577. in 8. *Georgii Budæi* vitam deſcripſit Ludovicus Regius

gius Lutetiæ 1577. in 4. Vita Hugonis Grotii habetur inter vitas Selectorum aliquot Virorum hodiernorum 1681. in 4. editis p. 410. Confer. Joh. Adamus Oſiander in prolegom. obſervationum de jure belli & pacis lib. III. præmiſſis Tubingæ. 1671. in 8. *Petri Pitoei* vita ejus operibus Pariſ. 1609. in 4. editis adjuncta eſt. *Jacob. Auguſti Thuani* vita reperitur in Thuano enucleato Helmſt. 1673. II. Vol. in 4. *Joh. Theſmari* vitam breviter delineatam videmus commentario ejus in Grot. de Jure B. & P. præfixam, Francof. ad Mœnum 1696. in fol. *Förſteri* vitæ præmittitur ejusdem libro de Jurisdictione Romana, Helmſtad 1610. 8. Vitam *Henrici Linckii* ejus commentario in Decretales Norimb. 1697. in 4. præfixam edidit Magnus Daniel Omeiſius.

SECTIO IV.

DE MEDICIS.

§. I.

Biographi Selecti Medicorum.

Illuſtrium *Medicorum* Vitas quoque perpendimus. Primus ſuperiori Seculo hoc argumentum aggreſſus eſt *Symphorianus Campegius*, de claris Medicinæ Scriptoribus veteribus ac recentioribus edito libro. Quem ſtatim excepit *Remaclus Fuchſius*, *illuſtrium medicorum* vitis, addito Symphoriani Neotericorum quorundam Medicorum catalogo, vulgatis. Porro *Caſparis Peuceri* viri Doctiſſimi vitas illuſtrium Medicorum ſuppreſſo nomine prodiiſſe, ſibi licet usque dum non viſas teſtatur Melchior Adami in vita ejusdem p. m. 390. vit. Medic. Ejusdem quoque operis meminit *Schenckius* in Bibliotheca, ſed itidem ut ſibi non viſi. In eodem argumento & occupatus fuit *Petrus Caſtellanus* editis illuſtrium Medicorum vitis, qui toto orbe ad ſua usque tempora floruerunt. In quibus tamen multorum Sec. VI. præſtantiorum Medicorum vitæ deſiderantur. Omnes omnino, de quibus in illo opere agitur, ſunt CLXXX, quorum indicem exhibet van der Linden. Non multa poſt *Johannes Neander* evulgavit *ſuum Syntag. in quo præter alia cum Medicina natalitia tum reſtauratores & propagatores cum hiſtoriis eorum, vitis ac ſcriptis depinguntur: ſed quem aliorum fere ſemper ſcripta, nullo judicio nullaque temporum ratione habita expilare, abſurdaque ſæpiſſime atque ſibi ex adverſo pugnantia in medium adducere atque pronunciare; item aliorum πάρεργα tacito nomine non tam*

ex-

Digitized by Google

exſcribere, quam corrumpere notat in Galeni Chronologico elogio *Philippus Labbeus.* Omnium fuſiſſime hoc argumentum tractavit *Joh. Henricus Meibomius* magno opere de vitis Medicorum conſcripto, quod orbis eruditus jamdudum avide exſpectat. Confer. *Henricus Meibomius* in Epiſtola MSc. ad maximum Medicum & Polyhiſtorem Georg. Hieronymum Velſchium. Πολυμαθέςατον *Reineſium* inter alia *Hiſtoriæ* quoque *Medicorum* excudendæ typographum quæſiviſſe diſcimus ex ejus epiſtolis ad Hoffmannum & Rupertum p. 579. *Priſcorum Medicorum vitas* pollicitus eſt *Ægidius Menagius. Melchior Adami* vitas *Germanorum Medicorum* edidit in 8. Heidelberg. 1620. *Henningii Witten* Memoriæ *Medicorum* proſtant Francof. 1676. in 8. *Claudii Galeni* vitam collegit & operibus ejusdem 1679. aliquot Volum. in fol. editis præmiſit Renatus Charterius. *Avicennæ* vita ex Sorſano Arabe ejus diſcipulo a Nic. Maſſa Philoſopho & Medico præſt. deſumpta, Latine ſcripta & præfixa eſt *Avicennæ* Canoni Medicinæ, Venetiis 1595. fol. *Hieronymus Cardanus* ipſemet vitam ſuam delineavit & operibus ſuis Lugd. 1663. aliquot Tomis in fol. editis præmiſit. Huc & pertinent *Epitaphia* & *Epicedia* illuſtrium *Medicorum*, quæ ex paterna Bibliotheca in lucem retulit *Joh. Georg. Schenckius. Icones* autem *ſeu vivas imagines Medicorum & Philoſophorum veterum & recentium* collectos edidit *Johannes Sambucus. Schenckius* quoque *Iconum illuſtrium Medicorum* centuriam vulgavit.

SECTIO V.
DE PHILOSOPHIS & LITERATIS.

§. I.

Jam ad illos, qui de Philoſophis eorumque ſcriptis commentarios confecerunt, tranſimus. Ubi principio in memoriam revocamus *Diogenis Laërtii* de vita, placitis & apophthegmatibus eorum, qui in Philoſophia claruerunt, libros præſtantiſſimos a diverſis Latine translatos, illuſtratos & editos. Hujus editiones ac verſiones ſingulas enumeraremus, niſi id feciſſet doctiſſimus Gallus *Menagius* ſub initium obſervationum ſuarum in illud opus. Quondam potiſſimum in manibus literatorum erat *Henrici Stephani* editio, usque dum Londinenſis anno præcedentis Seculi LXIV. prodibat. Hæc ſimul junctim exhibentur plerorumque, qui dedita opera

Biographi Selecti Philoſophorum & Literatorum.

P ſive

ſive emendando, ſive illuſtrando illis libris lucem attulerunt, partim antehac partim tum primum vulgatæ commentationes, videlicet *Henrici Stephani*, (omnium typographorum, quotquot unquam vixerunt, præſtantiſſimi, ita, ut & meruerit, quod ſingulari libro celeberrimus *Almelovenius* de eodem egerit) *Iſaaci Caſauboni*, *Thomæ Aldobrandini*, *Merici Caſauboni* annotationes & notæ, additis uberrimis *Ægidii Menagii* obſervationibus: Quibus illud ipſum, quod docti in Diogene deſiderant, eſt præſtitum. Nitidisſima hujus editio prodiit Amſtelodami 1698. in 4. *Petrus Lambecius* analyſin & ſelecta publicarum prælectionum in libros illos Diogenis cum accuratisſimo indice omnium Scriptorum, qui in eo opere citantur, promiſit in Catalogo ſcriptorum ſuorum jam abſolutorum, quem rerum Hamburgenſium libro I. ſubnexuit. *Philoſtratus* junior (qui Macrini Imperatoris temporibus & deinceps floruit, & libros patrui *Philoſtrati Lemnii* de vita *Apollonii Tyanei* edidit) compoſuit vitas Sophiſtarum: Videatur *Johannes Meurſius* in Diſſertatione, quam epiſtolis Philoſtrati, primitus a ſe vulgatis, attexuit: addatur *Jonſius* Hiſtoriæ Philoſophicæ III. 14. Poſt hunc *Eunapius* exiguæ molis libro vitas Philoſophorum & Sophiſtarum complexus eſt, qui Græce primum prodiit ex Bibliotheca *Johannis Sambuci*, Latine dein verſus ab Hadriano Junio, & demum adjunctus Diogenis Operi anno præcedentis Seculi XVI. Coloniæ Allobrogum recuſo. Præterea etiam ſingulatim in 8. prodiit. Diogenis Operi inſertus etiam eſt liber, ſive ut Suidas vocat, ὀνοματολόγος, aut tabula eruditione Clarorum Virorum, *Heſychii Mileſii* epitheto dicti illuſtris, quem librum Græce primum itidem e Bibliotheca *Sambuci* Plantiniana officina Antwerpiæ dedit, Latine vero interpretatus eſt *Hadrianus Junius*, notis demum illuſtraverunt idem *Junius*, *Henricus Stephanus*, *Johannes Meurſius*, licet in ſe ſpectatus non adeo magni ponderis ac momenti liber ille ſit. Tandem in *Suidæ* quoque collectaneis plurima de vitis tum aliorum doctorum Virorum, tum Philoſophorum habentur, quæ non tam ex XI. illis Lexicographis, e quibus opus illud, prout in ejus frontiſpicio legimus, congeſtum eſt, quam ex aliis Hiſtoricis ſunt excerpta; quod &, ne nunc alios memorem, *Geſnero* in Bibliotheca fuit viſum. *Johannes Jonſius* libros de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ, unice huic argumento dicatos, Francofurti publicavit. *Johannes Jacobus Friſius* & in hoc genere operam ſuam orbi commendare annìſus eſt, edita Bibliotheca Philoſophorum Claſſicorum Chronologica, in qua Veterum Philoſophorum origo, ſucceſſio, ætas & doctrina

[Margin notes: ...tam Antiquiores; ...quam Recentiores; ...iique Generales]

Digitized by Google

doctrina compendio ab Origine mundi usque ad ſuam ætatem ab ipſo proponitur, Tiguri 1592. in 4. Sexennio poſt anno videlicet Sec. XVI. duodecenteſimo eandem cognitionem adjuvit nomenclatore Scriptorum Philoſophicorum & Philologicorum Argentorati vulgato. Germanorum Philoſophorum vitas *Melchior Adami* vulgavit Francofurti 1663. in 8vo. Memorias Philoſophorum ibidem 1677. in 8. edidit *Henningius Witten.* *Thomas Stanley* vitas Philoſophorum eruditiſſime deſcriptas vulgavit Anglice in fol.

§. II.

Certos Philoſophos memoriæ prodere plurimi allaborarunt. *Ariſtotelis* vita auctore Ammonio Gr. & Lat. prodiit, ejusque operibus 1597. in 8. editis præfixa eſt. Huc pertinet index geminus, alter auctorum, qui ſuis laboribus & lucubrationibus Ariſtotelis libros ac Philoſophiam conati ſunt illuſtrare: alter, quo declaratur, quid ſit a quoque ex Interpretibus in ſingulas Ariſtotelicæ Philoſophiæ partes ſcriptum: collectus a Paſchale Gallo in Bibliotheca Geſneri, ac ſubjunctus editioni Ariſtotelis Caſaubonianæ alteri. Similiter ante aliquot annos Syllabum Interpretum *Platonis* atque *Ariſtotelis* edidit Philippus Labbeus. De vita & Apophthegmatibus *Socratis* Gallice egit Franciſcus Carpentarius, quem Germanice tranſtulit Chriſtianus Thomaſius in 8. De dictis & factis *Socratis* egit Xenophon. De Scriptis *Socratis* peculiari diſſertatione epiſtolis Socraticis adjecta egit Allatius. Plutarchus, Apulejus & alii de Deo *Socratis*. Chifletius de gemmis *Socratis* egit. Huc etiam facit Auguſtini Nyphi *Apologia Socratis*. De *Pythagora* egit Jamblichus, Godofredus Wendelinus, Omeiſius, & Joh. Schefferus, omnis literaturæ callentiſſimus, una cum Joh. Schiltero; Item Lucas Holſtenius: De eadem vita egit Malchius ex recognitione Conradi Rittershuſii, & cum notis Dan. Heinſii Altorf. 1610. in 8. *Epicuri* vitam Petrus Gaſſendus uberrime expoſuit in miſcellaneis Lugd 1658. in fol. editis. Confer. de ejusdem vita Jacobus Rondellius Amſterd. 1693. 12. *Plotini* vitam Porphyrius edidit. *Solonis* vitam Meurſius edidit in 4. Vitam *Procli* Marinus Neapolitanus deſcripſit, quam emendavit & illuſtravit Dom. D Joh. Albertus Fabricius Hamburgi 1700. 4. *Peireskii*, *Tychonis Brahei*, *Copernici*, *Peurbachii* & *Regiomontani* vitas Petrus Gaſſendus enarravit & edidit Lugd. 1658. in fol. *Joh. Baptiſta Morinus* ipſe vitam ſuam deſcripſit & præmiſit Aſtrologiæ, Hagæ Comitis 1661. in fol. *Confucii* vita operibus ejus Pariſ. 1687. in fol. præmiſſa eſt.

Speciales & Singulares

Antiquorum

& Recentium

Digitized by Google

§. III.

& quidem Hiſtoricorum Generales

Hiſce non incommode ſubjungimus, qui Hiſtoricorum peculiariter ita dictorum vitas literarum monumentis mandaverunt. Hic omnium operoſiſſime univerſum hoc argumentum pertractavit ob præclara in Rempublicam literariam merita celeberrimus *Gerard. Joh. Voſſius* de Hiſtoricis Græcis quatuor, & Hiſtoricis Latinis libris tribus ſumma diligentia atque labore conſcriptis. Quatuor illis de Hiſtoricis Græcis libris eximium illud Germanicæ Nobilitatis decus, *Bernardus a Mallinckrot* Paralipom. Centurias V. addidit, easdemque una cum de ſummo bono diſſertatione Coloniæ Agrippinæ publicavit. Seorſim autem hic circa Romanarum rerum Scriptores fuit occupatus *Martinus Hanckius*. Quo & pertinet *Sigonii* judicium de Hiſtoricis, qui res Romanas ſcripſerunt ab urbe condita ad Caroli M. Imperatoris tempora: Cui poſt acceſſerunt: *Balthaſaris Bonifacii* excerpta de XL. Romanæ hiſtoriæ Scriptorum vitis. De Byzantinis Hiſtoricis itidem egit *Martinus Hanckius*, ubi exhibuit eorum vitas, ſcripta, horum editiones aliorumque de iis judicia. Marcellini de *Thucydidis* vita & genere dicendi excerpta & integra ipſius hiſtorica diſſertatio ab Iſaaco Caſaubono primum Latinitate donata, poſtea vero ab Æmilio Porto accurate recognita & multis locis nova interpretatione illuſtrata Thucydidis edit. Francof. 1594. præfixa eſt. *Velleji* nomina, genus, vita, ſcripta reperiuntur C. Vellejo Paterculo cum animadverſionibus Juſti Lipſii, quas poſtremum auxit & emendavit, præfixa Antwerp. 1648. in fol. Annales *Vellejani* Oxonii 1698. in 8. prodierunt. Cornelii *Taciti* vita præfixa eſt edit. Antwerp. 1648. in fol.

Speciales

§. IV.

Speciales Oratorum

Ab iis, quibus Hiſtoricorum notitiam debemus, pergimus jam ad eos, qui de oratoribus egerunt, ubi plurima in univerſalibus indicibus pauca ſeorſim obſervata reperimus: annotamus tamen vitam *Demoſthenis*, quæ ex Andreæ Schotti parallelis ejus operibus Francof. 1604. in fol. editis præmiſſa eſt. *Libanii* vita ejusdem operibus, quæ Pariſ. 1606. prodierunt, præmiſſa eſt. *Themiſtii* vita ejus Orationibus XVI. Græce & Lat. edit. præfixa eſt. *M. Tullii Ciceronis* patriam, genus, ingenium, ſtudia, doctrinam, mores,

Digitized by Google

mores, vitam, facta, res geſtas, mortem tradidit & ejusdem operibus. Lugd. 1585. in fol. præmiſit Dionyſius Lambinus: item Chriſtophorus *Pannonius* & *Conradus in Quæſtura*. Pariſ. 1685. in fol. Iſocratis vita ejus operibus Arg. 1613. edit. præfixa eſt.

§. V.

Generales & Speciales Poëtarum

Illos excipit ordo Poëtarum, quibus memorandis & celebrandis præter univerſales Scriptores *Voſſium* & *Gyraldum* peculiariter etiam nonnulli ſtudium ſuum impertiverunt. Primum autem hic illucet *Homeri* ingenium, de quo recte ait Vellejus Paterculus libr. I. *quod neque ante illum, quem ille imitaretur, neque poſt illum, qui eum imitari poſſit, inventus ſit*. De hoc nonnulla Euſtachio præfixit Nic. Majoranus Baſil. 1560. in fol. Ludovicus Küſterus, alias Neocorus dictus, hiſtoriam Criticam Homeri edidit Francof. ad Viadrum 1696. in 8. *Heſiodi* vita ex Lylii Gyraldi dialogo II. Heſiodo edit. Amſteld. 1657. in 8vo. præmiſſa eſt. *Æſchyli* vita Græce ſcripta ejus VII. Tragoediis præfixa eſt 1557. in 4. De vita & ſcriptis *Lycophronis* egit Tzetzes ejusdem editioni Oxon. 1697. in fol. præmiſſus. *Ennii* vita in ipſius Fragment. Lugd. Batav. 1595. in 4. reperitur. Caſpar Sagittarius commentationem de vita & ſcriptis *Livii Andronici*, *Nævii*, *Ennii*, *Cæcilii Statii*, *Pacuvii*, *Accii*, *Attilii*, *Lucilii*, *Afranii*, *M. Porcii Catonis* inſtituit Altenb. 1672. in 8. *Claudiani* vita ex Gyraldi IV. dialogo eidem præpoſita eſt Antwerp. 1607. in 12. *T. Lucretii Cari* patriam, genus vitæ, ſtudium, ingenium, mortis genus & tempus expoſuit D. Lambinus ac ejusd. libri editioni Francof. 1583. in 8. præmiſit. De vita & ſcriptis *Luciani* narrationem Jacobus Zwingerus inſtituit, & Operib. Coloniæ Allobrog. 1563. in 8. editis præfixit. *Virgilii Maronis* vita præmiſſa eſt ejus Operibus Coloniæ 1624. 4. Vitam *Martialis* deſcripſit Petrus Crinitus, & præfixa deprehenditur edit. Lugd. Batav. 1664. in 8. *Terentii* vita Autore Ælio Donato præmittitur ejus Operibus Francof. 1623. in 4to. *Perſii* vita ejus Satyris Pariſ. 1613. in 4to. præfixa eſt: Ita & in Operibus *Theocriti*, *Moſchi*, *Bionis* &c. 1604. in 4to. editis vitæ eorundem reperiuntur.

Digitized by Google

§. VI.

Ceterorum remiſſive.

Pluribus hic de Grammaticis & Criticis tam Sacris, quam profanis, ut & populorum & illiteratarum artium Scriptoribus, item Artificibus agere voluiſſem, niſi alia negotia neceſſario expedienda me pedem hic ſiſtere & filum abrumpere cogerent. Quare repeto meam petitionem, & maximopere a benevolo honoratiſſimoque Lectore contendo, ut in hiſce cenſendis, omnibus circumſtantiis probe obſervatis, ſe ingenuum præbeat, mecumque Zoilos ex animo deteſtetur. Hoc ipſo eo magis me ſibi ad officia præſtanda obſtringet. Interim DEO pro hiſce ſit Laus & Gloria!

SYSTE-

Digitized by Google

SYSTEMATIS SCIENTIÆ LITERARIÆ SELECTI SECTIO TERTIA,

eaque RELIGIOSA

continens

SELECTUM HISTORIÆ RELIGIONUM ORBIS TERRARUM ſive THEOLOGIÆ IN ORBE TERRARUM RECEPTÆ COMPENDIUM.

SUBSECTIO PRIMA

DE

CHRISTIANISMO ſive RELIGIONE CHRISTIANORUM.

§. I.

§. I. Sectionis III. ejusque Religioſæ conciſum Summarium.

Hiſtoria Religionum Literaria, quæ nobiliſſimam conſtituit Syſtematis Literarii partem, occupata quippe circa nobiliſſimum Scientiæ Literariæ objectum, Theologiam, ſive Religionem, breviſſima quidem ob præoccupatum a plurimis Scriptoribus laborem, ſelectiſſima tamen ratione, præſenti in Sectione explananda eſt atque illuſtranda. Et quidem cum quatuor ſint in univerſo terrarum orbe recepta Theologiæ genera, quæ vocari poſſint CARDINALIA, tanquam fontes & cardines reliquarum omnium Religionum quotquot mundus alit, Ima ſcilicet Chriſtiana, IInda, Pagana ſive Ethnica, IIItia Judaica ſive Rabbinica & IVta Muhamedana ſive Turcica; omnia illa & ſingula genera explananda ſunt atque illuſtranda quoad quatuor hæc momenta eaque literaria (I) Religionis ſive Theologiæ ORTUM ſive quando cœperit. (II) Religionis ſive Theologiæ PROGRESSUM ſive

quo-

Digitized by Google

quomodo creverit. (III) Religionis ſive Theologiæ HODIERNUM STATUM ſive quomodo & qua ratione hodie in orbe terrarum vigeat & floreat. (IV) Religionis ſive Theologiæ uniuscujusq; ſubjunctum quoad Scriptores Hiſtorico-Literarios SELECTUM. Unde ſequentes enaſcuntur Sectionis Generalis Subſectiones Speciales, quarum Ima de *Chriſtianiſmo* ſeu Religione Chriſtianorum ejusdemque ortu, progreſſu hodierno in Oriente & Occidente Statu, Scriptorum nobiliſſimorum Selectu tam eorum qui ſcripſerunt de Veritate Religionis Chriſtianæ ex antiquis recentioribus & recentiſſimis, quam eorum qui ſcripſerunt de ſtatu Chriſtianiſmi Orientalis hodierno ex antiquioribus recentioribus & recentiſſimis item qui ſcripſerunt de ſtatu Chriſtianiſmi Occidentalis hodierno, de Lutheraniſmo, Papiſmo, Calviniſmo, Sociniſmo, (ſub nomine Chriſtianorum latente) Arminianiſmo, Fanaticiſmo, Naturaliſmo, Syncretiſmo, Pietiſmo, Indifferentiſmo. IIndA de *Gentiliſmo* ſive Religione Gentilium & quidem ejus ortu, progreſſu, moderno ſtatu, Scriptorum Selectu, Voſſii, Voëtii, Rogerii, Cherbury, Pfanneri, Steuchi, Hoffmanni, Stockmanni, Juriæi, Lintrupii. IIItia de *Judaiſmo* ſive Religione Judæorum ejusque ortu, progreſſu, moderno ſtatu, Scriptorum Selectu, repetendo ex Bibliotheca noſtra Antiquitatis Judaicæ Selecta cui add. Basnagius, Schmidius, Lintrupius. IVta de *Muhamedaniſmo* ſive religione Muhamedanorum ſive Turcarum ejusque ortu, progreſſu, moderno ſtatu, Scriptorum Nobiliſſimorum Selectu, Voëtii, Kortholti, Quiſtorpii, Sandenii, Calixti, Doederlein, Relandi, Michaelis, Grapii, Wasmuthi, Lintrupii. Vta uſum repræſentat Sectionis hujus in omni ſtudiorum genere ſalutarem & quidem ſequenti Aphoriſmo: *Triplex fidei unius objectum inexpugnabile ſemper fuit eſt & erit vera & unica Religionis præſidium.* Nempe Agnitio Dei ut Patris, Apprehenſio Filii ut Mediatoris, Imitatio Imaginis Divinæ in Spiritu Sancto. Firmatur Concilii Hieroſolymitani decreto, Apoſtolico teſtimonio, unico fundamento, Patrum calculo, Lib. Symbol. ſuffragio. Conſolidatur adverſus Indifferentiſtas. VIta Scriptores recenſet Hiſtoriæ Religionum Generaliores, Alexandrum Roſſæum, Johannem Hoornbeckium, Frider. Spanhemium, Hier. Kromayerum, Andr. Sennertum, Edoardum Brerewadum, Gebh. Theod. Mejerum, Paulum Heigelium, Joh. Groningium, Godofredum Zennerum, Severinum Lintrupium. VIIma Proportionem exhibet Religionum Paralleliſticam ex Brerewodo, Sennerto & Mejero.

§. II. CHRI-

Digitized by Google

§. II.

CHRISTIANÆ RELIGIONIS ORTUM & PROGRESSUM Gebh. Theod. Mejerus in Hiſtoria Religionum Helmſt. ed. in 4. 1697. cap. IV. & V. quatuor comprehendit Periodis quarum Ima complectitur *Religionis vera & unica* ejusque Chriſtianæ *faciem Paradiſiacam* in ſtatu integritatis eamque perfectam deſcriptam fuſe Cap. IV. §. III. . IX. p. 49-56. IIda *vera & unica religionis* ejusque Chriſtianæ *faciem Patriarchalem* eamque in ſtatu corruptionis imperfectam hominum ſcilicet lapſorum ſublevatam Protevangelio inque eodem fundato pacto Evangelico, quod Patriarchæ ante & poſt diluvium, una cum reliquis unicæ & veræ fidei articulis optime cuſtodiverunt & ad poſteros inviolatum in modum propagarunt. Vid. ex profeſſo MEJERUS l. c. §. X.—XXXII. p. 56.-76. IIItia Periodus complectitur *vera & unica Religionis*, quæ hodie dicitur Chriſtiana, *faciem Moſaicam*, quam Moſes populo Iſraëlitico commendavit per legem Moralem, Forenſem & Ceremonialem, quamque ex inſtituto declarat MEJERUS l. c. §. XXXIII.—LXIV. p. 76-107. & quam Doctores ac Prophetæ V. T. nec non pii fideles ad mortem usque conſtanter ſervarunt & ab omni labe & concuſſione fideliter præſervarunt. IVta Periodus complectitur *Religionis vera & unica faciem Chriſtianam*, quæ viguit & floruit & tempore Chriſti nati & in Seculis poſt C. N. in flore ſuo ac vigore a genuinis unius ac veræ fidei cuſtodibus ad noſtra usque tempora feliciſſime æque ac ſanctisſime fuit cuſtodita & a labefactationibus quibuscunque præmunita. Fuſisſime delineat hanc faciem MEJERUS l. c. Cap. V. a pag. 108.-312. & optime rectisſimeque monet ib. p. 108. Unam eſſe quoad ſubſtantiam eamque veram religionem, maximam partem revelatam, quæ ſaltem circumſtantiarum & accidentium ratione variet (modo ſcilicet revelationis) & ſic alia ſit in V. T. alia in N. T.

§. II. Religionis Chriſtianæ Ortus & Progreſſus ex MEJERO

§. III.

Antiquisſimæ hujus æque ac Verisſimæ Religionis Chriſtianæ, veritatem integerrimam & immotam præ cæteris præſtantiam, qui integris propugnarunt Scriptis & Commentariis, in triplici poſiti ſunt Scriptorum & Commentatorum Claſſe, quarum Ima complectitur Scriptores ſive Commentatores ANTIQUIORES, IIda RECENTIORES, IIItia RECENTISSIMOS,

§. III. Scriptores de Veritate Religionis Chriſtianæ

Digitized by Google

Antiquiores recenſiti juxta Ordinem Seculorum

ANTIQUIORES de Veritate Religionis Chriſtianæ SCRIPTORES ſunt Patres ſive Doctores Eccleſiæ primitivæ in Seculis prioribus poſt Chriſtum natum qui peculiaribus voluminibus Veritatem Religionis Chriſtianæ adverſus Ethnicos Judæos & Hæreticos propugnarunt. Et quidem ex Seculo poſt C. N. Secundo (1) JUSTINUS MARTYR in Paræneſi ad Græcos, in Oratione ad Græcos, in Dialogo cum Tryphone Judæo. (2) THEOPHILUS ANTIOCHENUS, Libr. III. de Fide Chriſtianorum adverſus ejus calumniatores ad Autolycum. (3) TATIANUS, Aſſyrius, in libello ad Græcos, Euſebio judice elegantisſimo omnium ac utilisſimo quos ſcripſit. (4) ATHENAGORAS in Apologia pro Chriſtianis. (5) TERTULLIANUS in Apologetico adverſus Gentes & Libr. II. ad nationes aliisque Scriptis. (6) CLEMENS ALEXANDRINUS in Protreptico ad Gentes & Libris Octo Stromatum. Ex quibus quatuor priores editi ſunt in fol. Pariſiis opera Friderici MORELLI Anno M. DC. XXXVI. & deinde Ann. M. DC. LXXV. Illuſtrati Commentario ed. in fol. Kiloni a Chriſtiano Kortholto. Ex Seculo poſt C. N. Tertio. (I) MINUTIUS FELIX in Dialogo pro Veritate Religionis Chriſtianæ inter Cæcilium Natalem, Gentilem, & Octavium Januarium, Chriſtianum, quos inter medius arbiter ſedet MINUTIUS. Vid. Diſp. pecul. Chriſt. Kortholti Kilon. hab. 1685. tit. *Elegantisſimus Marci Minucii Felicis pro veritate religionis Chriſtianæ Dialogus in Theſes aliquot Diatribe hac digeſtus & ad placidam diſquiſitionem propoſitus.* (II) ORIGENES Libris octo contra CELSUM Philoſophum Gentilem. (III) CYPRIANUS in Libro ad Demetrianum. Ex Seculo poſt C. N. Quarto. (I) ARNOBIUS libris VII. adverſus Gentes. (II) LACTANTIUS Libris VI. Inſtitutionum. (III) EUSEBIUS Libris XIV. Præparationis Evangelicæ & Libris XX. Demonſtrationis Evangelicæ e quibus hodie nonniſi decem ſuperſunt. (IV) Julius Firmicus MATERNUS Libro de errore profanarum Religionum. (V) AUGUSTINUS Libris XXII. de Civitate Dei. Ex Seculo poſt C. N. Quinto. (I) CYRILLUS ALEXANDRINUS Libris X. contra Julianum. (II) THEODORITUS Libris XII. de curandis Græcorum affectionibus. Ex Seculo poſt C. N. Sexto. JUNILIUS, Epiſcopus Africanus, de partibus Divinæ legis, imprimis Libro IIndo Quæſt. XXIX. Poterunt autem melioris ordinis, melioris doctrinæ gratia Antiquiores illi hactenus recenſiti & multo plures alii Veritatis Religionis Chriſtianæ Commentatores & Defenſores uno nomine vocari APOLOGETÆ & quotquot eorum celebrantur com-

Digitized by Google

commode diſtingui in tres Claſſes quarum (I) *Doctores* comprehendit *qui ſcripſerunt* de veritate religionis Chriſtianæ *adverſus Paganos*, quales ſunt ex GRÆCIS, Juſtinus Martyr, Melito, Tatianus, Theophilus Antiochenus, Athenagoras, Clemens Alexandrinus, Origenes, Gregorius Neo-Cæſarienſis, Nazianzenus, Nyſſenus, Athanaſius, Chryſoſtomus, Cyrillus Alexandrinus, Theodoritus, Euſebius Pamphili & alii. Ex LATINIS, Tertullianus, Minucius Felix, Cyprianus, Arnobius, Lactantius, Commodianus, Julius Firmicus Maternus, Ambroſius, Auguſtinus, Prudentius, aliique. (II) *Doctores* qui de veritate Religionis Chriſtianæ *ſcripſerunt adverſus Judæos*, quales ſunt ex GRÆCIS, denuo Juſtinus, Gregorius Nyſſenus, Chryſoſtomus, Baſilius Seleucienſis; ex LATINIS, Tertullianus viciſſim, Hieronymus, Prudentius, Auguſtinus. (III) *Doctores qui ſcripſerunt* de veritate religionis Chriſtianæ *adverſus Hæreticos*, quales ſunt ex GRÆCIS, Irenæus, Athanaſius, Didymus Alexandrinus, Titus Boſtrenſis, Baſilius M., Gregorius Nyſſenus, Johannes Chryſoſtomus, Epiphanius, Cyrillus Alexandrinus, Theodoritus, aliique. Ex LATINIS; Tertullianus, Hilarius, Gregorius Boeticus, Phœbadius, Idacius Clarius, Pacianus, Optatus Milevitanus, Prudentius, Hieronymus, Auguſtinus, Oroſius, Marius Mercator, Vincentius Lirinenſis, aliique. De quibus omnibus conſ. elegantiſſima prorſus & longe doctiſſima diſſertatio, Adami Rechenbergii de Apologiis Doctorum veteris Eccleſiæ Chriſtianæ, quæ inſerta eſt Volumini Diſpp. Hiſtorico-Eccleſ. & Literar. ſive Philolog. p. 305. ſeq. - p. 345. ed. in 8. Lipſ. d. a. 1707. nec non ejuſdem Rechenbergii Fundamenta veræ Religionis Prudentum adverſus Atheos Deiſtas & profanos homines aſſerta ſive Tr. de Veritate Religionis Chriſtianæ Lipſ. ed. 1709. in 12. De quo vid. Lipſienſ. Act. Erud. Collect. d. a. 1709. m. Febr. p. 87. 88.

RECENTIORES de Veritate Religionis Chriſtianæ Scriptores iique illuſtriores ſunt. (I) *MARSILIUS FICINUS* de Veritate Religionis Chriſtianæ & ſeorſim & cum cæteris operibus ejus edito libello. (II) *RAYMUNDUS MARTINI* in Pugione fidei, cum Obſervationibus Joſephi de Voiſin & introductione Joh. Ben. Carpzovii Lipſiæ recuſo in fol. 1687. (III) *LUDOVICUS VIVES* in Commentario ad Libros Auguſtini de Civitate Dei, ut & ſingulari libro de veritate fidei Chriſtianæ & ſeorſim edito & inter ejus opera conjunctim. (IV) *Deſ. Eraſmus* in libello de religionis Chriſtianæ veritate & ſeorſim excuſo & conjunctim cum reliquis ejus Operibus. (V) *SIMON EPISCOPIUS* Tom. I. Opp: Theol.

Scriptores de Veritate Religionis Chriſtianæ Recentiores

Digitized by Google

Lib. III. per tot. a p. 160. ſqq.---216. ed. in fol. Amſtel. d. a. 1650. ubi hoc argumentum adverſus Judæos juxta Philologorum quorundam ſententiam, incomparabili eruditione ac gravitate pertractat. (VI) *GEORGIUS CALIXTUS* in diſſertatione quadam de Veritate Religionis Chriſtianæ. (VII) *Johannes Henichius* in Tractatu de veritate Religionis Chriſtianæ ed. Rintelii 1667. in 12. (IIX) *Joh. Canutus Lenaus*, Theologus Upſalienſis, in Informatione de veritate & excellentia religionis Chriſtianæ. (IX) *Philippus Mornaus* Libro de veritate Religionis Chriſtianæ Gallice ſcripto; Lugd. Bat. Latine reddito & edito, 1591. in 8. & (X) *Hugo Grotius* in libello de veritate Religionis Chriſtianæ. Juxta exemplar Pariſienſe, cum privilegio Regio recuſo M. DC. XL. in 12. Sumtibus Seb. Cramoiſy Typographi Regii recuſo etiam noviſſime cum Stricturis Sal. Ern. Cypriani in 8. 1708. Lipſ. Vid. Collect. Lipſ. in Act. Erud. a. 1710. m. April. p. 154. ſqq. Collect. Enarrat. Innoc. (Unſchuld. Nachrichten) d. a. 1709. Ord. I. Nov. n. III. p. 40. ſq. Collect. Biblioth. Nov. (Neuen Bibliothec) Part. I. n. XII. XIII. p. 34. ſqq. *Mornai* tanquam ex recentioribus illuſtriſſimi *liber* Joh. Henr. *Alſtedio* Lib. I. Art. liberal. Syſt. Mnemon. c. XXIX. p. m. 395. ed. Francof. in 8. vocatur *Liber abſolutiſſimus*. Sam. *Mareſio* Chiliaſm. enerv. p. m. 28. §. 18. *Opus aureum*. Corn. *Martini* in calce orationis Phil. Melanchtonis de Philoſophia Studioſo Theologiæ neceſſaria ed. Helmſt. 1600. *Liber incomparabilis*. HOFFMANNO in Officina p. 9. edit. Edimb.] *Liber diligentiſſime & accuratiſſime ſcriptus*. Alberto *Grauero* p. m. 158. Anti-Lubini Magdeb. ed. in 4. 1606. *Liber per omnia nec probandus nec improbandus*. In quo *quæ utiliter contra Ethnicos & Judæos diſputantur, ſint laudanda, pleraque tamen contra Judæos ex Petro Galatino ſint deſumpta, non pauci quoque occurrant nævi*. Joh. *Hoornbeckio* Lib. II. de Converſ. Jud. & Gentil. Cap. II. p. 97. *Liber Mornai ex ratione confirmat articulum SS. Trinitatis*, contra quam confirmationem ibi diſputat, quemadmodum cum Hoornbeckio idem hoc facit Jacob. Martini Part. II. Metaphyſ. Exerc. p. 7015. ſqq. & Balth. Meiſnerus, Part. I. Phil. Sobr. Sect. IV. c. X. Qu. II. Vid. THOMAS CRENIUS in Tomo III. Method. n. VIII. ad Clapmarii nobile Triennium §. V. p. m. 350. ſqq. Part. VIII. Animadverſ. Hiſt. Philolog. Cap. III. §. V. pag. 198. ſeq. -- 201. 202. Id. CRENIUS Part. VIII. Animadv. Cap. III. §. V. p. m. 204. 205. HUGONEM (inquit) GROTIUM, „Mornæi Librum diligentius evolviſſe & uſurpaſſe Riveto, non dubitabit is qui utriusque & Mornæi & Grotii libros de veritate religionis Chriſtia-

quorum illuſtriſſimi Mornæus de quo variorum judicia

& GROTIUS de quo Judicia

Chriſtianæ conferet. GROTII opuſculum (pergit CRENIUS l. c.) *aureum* vocat *Joh. Henichius* Tractat. de Ver. Rel. Chriſt. p. 3. At *Samuel* Henichii
Mareſius in Oratione Inaug. de uſu & abuſu rationis in rebus Theologicis Mareſii
& fidei p. 19. ed. Gröning. M. DC. XLIII. in 4 putat GROTIUM *veritatem religionis ita in compendium redegiſſe ut multa inſperſerit ex Socino.*
Profecto non inſuper habendum eodem de GROTII Libro *VEDELII* Vedelii
judicium quod Part. III. Arcan. Arminian. lib 2. cap. IX. p. 139. ed. Lugd. Bat. 1624. in 4. his aperuit: *Hugo Grotius JCtus* [*Vir cujus eruditioni & eloquentiæ, extra res Theologicas, in quibus cum Arminianis male ſentit; plurimum defero, utpote qui dona DEI in omnibus hominibus æſtimo, DEO rationem reddituris, bene ne an ſecus illis uſi fuerint*] *Libr. I. de Veritat. Relig. Chriſt. p. 25. ed. Lugd. 1629. dicit: omnes alias religiones veteres excepta Judaica, cujus Chriſtiana quaſi perfectio ſit, evanuiſſe. Ex quo vel ſolo exemplo, poſſent autem plura alia adſerri, judicandum ſapientioribus relinquo, anne conſultum ſit, libellum illum de Veritate Religionis Chriſtianæ (quem in Idioma Germaniæ Superioris recenter translatum eſſe intelligo) vulgi aut juventutis manibus teri?* Memoratu dignum eſt Epigramma quod B. Parens, JOSUA ARNDIUS, in utrumque Grotii & Mornæi libellum compoſuit, & MSCum appoſuit fronti libelli Grotiani, quod ita habet: Et de utroque Mornæo & Grotio Arndii Epigramma

Philoſophum *MORNÆUS* agit, cœcamque cohortem
 Argumentorum cedere mole facit.
Grotius Hiſtoriis & ſummo pondere mentis
 Utitur. En utrum vincere forte putas?

De iisdem

Certat Mornæo miranda Grotius arte.
 Palmam, ſi ſummum {demis / tollis} acumen, habet.

De Grotio.

Viderat {hunc Gallum / ingenio} Belgis contendere {Belga / Gallum}
 Et defendentem religionis opus.
Ingreditur ſimiles in eodem pulvere curſus,
 Et certe, ſi non forte triumphat, ovat.

Digitized by Google

Scriptores de Ver. Relig. Chriſt. recentiſſimi Abaddius.

RECENTISSIMI de veritate religionis Chriſtianæ SCRIPTORES iique illuſtriores ſunt. (I) ABADDIUS ſive ABADDIE, Paſtor Eccleſiæ Berolin. Reform. Gallicanæ, in Tr. Gallico Roterod. ed. anno 1684. in 8. tit. *Traite de la verité de la Religion Chretien.* (Tractatus de veritate Religionis Chriſtianæ) Tractatu judicioſo, accurato, & erudito commendandoque imprimis propter confuſionem Atheiſtarum, Diſtarum & Judæorum.

Limborchius.

Vid. Collect. Act. Erud. Lipſienſ. in Act. a. 1685. m. Mart. p. 126. ſqq. (II) PHILIPPUS a LIMBORCH, Theologus Arminianus, Amſtelod. in *Amica collatione cum Erudito Judæo de veritate Religionis Chriſtianæ* ed. Goudæ in 4. anno 1687. fuſe recenſita a Collect. Act. Er. Lipſienſ. in Act. a. 1688. m. April. p. 212. ſq. Quæ collatio interim nimis amica i. e. nimis indulgens

Nichols.

Judæis. (III) GUILIELMUS NICHOLS, Theologus Anglus, in *Collatione cum Theiſta*, cujus pars Ima prodiit anno 1696. in 8. Lond. vid. Collect. Act. Er. Lipſ. in Act. a. 1696. m. Decembr. p. 537. ſqq. Pars. IIda 1697. Lond. in 8. Vid. Coll. Lipſ. in Act. a. 1697. m. Aug. p. 367. ſqq. Pars IIItia 1698. in 8. Lond. Vid. Coll. Lipſ. Tom. III. Supplem. p. m. 273. Pars IVta anno 1699. in 8. Lond. Vid. Coll. Lipſ. in Act. a. 1700. m. Jul. p. 325. Pars Vta 1703. in 8. Lond. Vid. Coll. Lipſ. in Act. a. 1705. m. Febr. pag. 91. ſqq.

Jaquelot

(IV) ISAACUS JAQVELOT, Gallus, in diſſertationibus de exiſtentia Dei contra Spinoſiſtas Hag. Com. 1697. in 4. & *diſſertat:* Anti Judaicis *de veritate Religionis Chriſtianæ.* Hag. 1699. in 8. Vid. Collect. Act. Erud. Lipſ. in Act. a. 1697. m. April. p. 165. ſqq. & in Act. a. 1700. m. April. p. 149. ſqq.

Storrius

(V) M. JOH. PHILIPPUS STORR, Eccleſ. Heilbronn. Paſtor Gymnaſiique Scholarcha in Tract. contra Judæos & Ethnicos lingua patria h. e. Germanica edito anno 1703. in 8. tit. *de veritate Religionis Chriſtianæ* vel Evangeliſche Glaubens-Krafft. Tractatu plane erudito pleneque inſtructo ſolida tractatione argumenti, adeoque ſalutari Lectoris atque Tractatoris informatione. Vid. Collect. Nov. Lit. Europ. & Germ. Hamb.

Wolfius

in Nov. Lit. a. 1703. m. Aug. p. 317. (VI) CHRISTIANUS WOLFIUS Math. Prof. in Acad. Hal. in *Methodo demonſtrandi veritatem Religionis Chriſtianæ*, apud. Collect. Act. Erud. Lipſ. in Act. a. 1707. m. April. p. 167. 168. (VII) AUTOR GALLUS ANONYMUS in Tr. de *vera religione quæſita & reperta*, Pariſ. 1707. in 8. vid. Collect. Nov. Lit. Europ. & Germ.

Fabricius.

Hamb. in Nov. Lit. a. 1708. m. Jul. p. 251. 252. (VIII) JOHANNES FABRICIUS, Theol. D. & Prof. Prim. Helmſtad. Diſp. Helmſtad. hab. & ed. in 4. 1708. *de Veritate Religionis Chriſtianæ*, qua teſtibus Collect. Nov.

Lit.

Digitized by Google

Lit. Europ. & Germ. Hamb. in Nov. Liter. 1708. m. Octobr. p. 363. 364. veritatem illam adſtruit quia 1) non eſt ab hominibus excogitata ſed Divina innititur revelatione & quidem antiquiſſima. 2) quia innititur Divinis revelationibus ſcriptis ſub N.T. denuo factis. 3) quia tam ſubito propagata fuit per totum terrarum orbem ſine potentia humana non obſtantibus vel maximis impedimentis. 4) quia ejus hoſtes miſere perierunt. (IX) TOUCHE BOESNIER Tract. Gallico ed. Hag. Comit. anno 1707. in 12. *Preſervatif contre L' irreligion* h. e. Prophylacticum contra Religionis fugam vel demonſtrationes veritatum fundamentalium religionis Chriſtianæ. Vid. Collect. Lipſ. Act. Erud. in Act. a. 1708. Menſ. Octobr. p 451. ſqq. item Collect. Enarrat. Innoc. (Unſchuld. Nachricht.) d. a. 1708. 4te Ordnung. Neues Num. I. p. 225. ſq. (X) JACOBUS FAYUS in Defenſione Religionis nec non Moſis & Gentis Judaicæ contra J. Tolandi Diſſert. inſcriptam. Adeiſi dæmon ſive Titus Livius a ſuperſtitione vindicatus. Ultraject. 1709. in 8. Vid. Collect. Lipſienſ. in Act. Erud. A. 1709. m. Jun. p. 249. ſqq. A. 1710. m. Nov. p. 476. ſqq. Collect. Enarrat. Innoc. (unſchuldig Nachricht) d. a. 1709. Ord. IV. Nov. Num. I. p. 214. ſqq. Ord. 12. Nov. n. VI. p. 733. ſqq. D. JOH. FR. BUDDEI Programma præmiſſum Diſp. Inaug. Theol. de Antiquitate Baptiſmi Joh. Andr. Danzii Jen. hab. 1710. quo & teſtatur Fayum cordate pariter ac erudite proſcripſiſſe atque profligaſſe, TOLANDI, impii hominis, nugas, in defenſione allegata, & ipſe pro indole limiteque Programmatis nugas impii illius Tolandi egregie æque ac erudite ex parte una & altera proſcribit atque profligat. (XI) PETRUS DANIEL HUETIUS, Epiſcopus quondam Abrincenſis, in *Demonſtratione Evangelica.* Pariſ. ed. anno 1679. & 1680. in fol. anno 1688. in 8. & anno 1690. fol. ab Autore non ſolum recognita & caſtigata ſed duabus etiam prioribus multis in locis auctior reddita & Apologetica inſuper adverſus quorundam de hoc opere cenſuras, Præfatione inſtructa. *Lipſienſ. Act. Erud. Collect.* Tom. II. Supplem. Sect. II. p. 98. & ſqq. inter alia: Prodiit (inquiunt) opus Auguſtum prima vice a. 1679. „ atque ex eo tempore ita per Europam univerſam viris doctis innotuit ut re- „ cenſum ejus hic inſtituere plane foret ſupervacaneum. *Iid. Collect. in Act.* „ *a. 1694. m. Jun. p. 282. ſq.* Non eſt (inquiunt) cur de argumento Demon „ ſtrationis Evangelicæ quicquam dicamus, cum ab Eruditis jamdiu ſumma „ cum Autoris deprædicatione exolvatur. *Samuel Puffendorffius* in Epiſtol. ad fratrem apud Lipſ. Coll. T. II. Suppl. p. 99. Non video (inquit) ullum „

Boeſnier.

Fayus.

Huetius de quo Judicium

Lipſ. Collect.

Puffendorffii.

in

„in hoc genere opus neque ex antiquis Patribus neque e recentioribus Scri-„ptoribus cui Huetii Scriptura non æquiparari aut anteferri mereatur.

Arndii. *JOSUA ARNDIUS fronti B. Waltheri Officinæ Biblicæ ſuæ quondam Bi-„bliothecæ aſſertæ:* De veritate (adſcripſit) Scripturæ Sacræ & de librorum „V. T. Autoribus ac ſcriptione infinitæ ſcientiæ librum edidit Anno 1680. „Gallus P. D. Huetius in fol. tit. Demonſtratio Evangelica. *Et fronti libelli „H. Grotii de Ver. Rel. Chriſt. hæc prænotavit:* P. D. Huetius, Gallus, edidit va-„ſtum & immenſum opus, tit. Demonſtratio Evangelica in fol. Pariſiis. Cui „ſuprema laus & methodi rerumq; ſingularis diſpoſitio ac doctrina merito

Vockerodi. „debetur. *Godofredus Vockerod, Exercit. Acad. 1704. Goth. ed. in 8. p. 298.* In-„ſignis (inquit) ille Demonſtrationis Evangelicæ Scriptor HUETIUS, cujus „præclara induſtria in ritu publico & privato, ſacro & profano plerarumque „Gentium & nuper cognitarum κακοζηλίας veſtigia indagavit. Quo-„rum plurima talia ſunt ut ex Moſe & Prophetis ipſis profluxiſſe appareant. „*Et ibid. p. 300.* Nuper adhibitis recentioribus Græcis & Latinis Scriptori-„bus novæ Demonſtrationis Evangelicæ Autor, HUETIUS, argumen-„tum de veſtigiis Hiſtoriæ Sacræ in Gentium Scriptoribus tanto apparatu „pertractavit ut ad illuſtrandum nihil amplius deſideres. Non modo hic „ultra quinquaginta antiquorum Scriptorum teſtimonia laudata ſed & ſin-„gulas materias, quas externi Scriptores ex Sacris libris ſublegerunt, per to-„tum opus curioſe annotatas vides. Non defuerunt qui HUETIUM annumerarunt Atheis inde quod in gratiam Atheorum Demonſtrationem Evangelicam conſcripſerit argumentis quippe adeo infirmis munitam ut dubium potius de veritate Chriſtianiſmi quam certum reddat Lectorem.

Mayeri. Verum hanc ipſi maculam minus recte innuri docuit D. JOH. FRID. MAYERVS in *Progmmmate Kilonienſi Lectionibus adverſus Spinoſam præmiſſo.* Pontificiis ſuis hypotheſibus non raro ipſum indulgere certum interim eſt & Speciali Diſſertatione evictum ab eodem D. MAYERO, in qua quæſtionem, *Utrum Eccleſia recentior jus poteſtatemque habeat ex libro Non-Canonico V. T. faciendi Canonicum*, ab Huetio ex hypotheſi Pontificia affirmatum, negavit. Multa tamen in eodem demonſtrationis opere laude digna reperiri indicavit idem MAYERVS quando l. c. Theſ. 1. p. 1. fa-„tetur, Huetium ſuo encomio longe majorem & ſuffragantibus omnibus, „qui aut ſolidam eruditionem intelligunt aut amant, inter præcipua ſeculi „hujus ornamenta numerandum eſſe (adjiciens) eruditionem ſummam in „incomparabili Demonſtrationis Evangelicæ Commentario ipſum compro-baſſe

Digitized by Google

baſſe [nec inficians] Veritatis Evangelicæ ſub ipſo Papatu Confeſſoribus,, accenſeri illum debere. JOH GOTTL. MOLLERVS Prof.,, quondam Græc. Lingv. Roſtoch. in Diſp. pecul. de Autoritate Scripturæ S. quatenus innoteſcere poteſt ex motivis credibilitatis internis, conſiderata. Roſtoch. hab. & 1694. in 4. ed. §. XXII. p. 16. 17. Non eſt laude ſua de-,, fraudandus (inquit) vel ſummorum judicio Theologorum noſtratium, P. D. HVETIVS, etſi cum accurato ob nævos haud vulgares judicio,, legendus, quod in argumenti de Scripturæ S. autoritate præcipue illuſtra-,, tionem occaſione cujusdam collationis, Amſtelodami cum Judæo peri ,, tisſimo ac totius Judaicæ diſciplinæ conſultisſimo, forte fortuna inſtitutæ,,, Demonſtrationis Evangelicæ opus elaboraverit. Cujus auctiorem longe,, editionem Operis (ut obiter ea adjiciamus) magno ſuppetias ferente Theo ,, logo orbis literatus jam vidiſſet, niſi infelicisſimi incendii caſu ipſum Hue ,, tianum ad editionem paratum exemplar una cum inſigni apparatu librario,,, ut ex amicorum accepimus literis, interiiſſet, quanquam tamen Lipſiæ de,, novo recudi alii nunciaverint. Magnif. FECHTIVS in Philocal. Sacr.,, Roſtoch. ed. 1707. in 4. Theſ. ex Theol Polem. Select. §. V. p. 49. 50. P. D. Huetius. (inquit) Vir longe doctisſimus, quando in Præf. Libri de,, demonſtratione Evangelica profitetur probari poſſe Religionis Chriſtianæ,, & Scripturæ S. veritatem eo demonſtrationis genere quoad non minus cer-,, tum ſit quam demonſtrationes ipſæ Geometricæ: & §. IV. ſeq aſſerit,, viam ſenſuum & rationis per quam in animos noſtros illabitur cognitio,, rerum obſcuram eſſe, ancipitem, fallacem, ad rerum notitiam malefidam,,, & intutam. Manifeſte deſtruit quæ antea poſuerat. Quid enim? De ,, monſtrationes Geometricas eſſe obſcuras, ancipites, fallaces, malefidas, in ,, tutas? Quæ ſingula Geometricis Demonſtrationibus in adjecto contra-,, dicunt. &c. Lege ibi. MICHAEL FOERTSCHIVS, Theol.,, D. & P. P. Jenenſ. in Select. Theolog. Part. I. Jen ed. 1706. in 4 §. XXVI. Exerc. III. de Revelatione. p. m. 41. Nequaquam (inquit) admittimus,, HVETII hypotheſes, demonſtrationem haud minus certam, quam Geome ,, tricam quamvis, obſcuram tamen, ancipitem, fallacem, ad veri notitiam male,, fidam & intutam infinitis Philoſophorum tricis & quæſtionibus obſeptam,, eſſe, in Demonſtr. Evangel. Equidem Scepticis ita videtur, ſed qui princi ,, pia omnis demonſtrationis, ſenſum ac rationem fallacia eſſe ſibi perſva ,, dent, nullumque certitudinis ac demonſtrationis genus eſſe, quod non ob ,, ſcurum anceps & fallax ſit, pronunciant. Monet quidem HVETIVS,,

Mölleri. Fechtii. Foertſchii.

„ab hoc Philoſophiæ genere tanto minus Chriſtianum abhorrere debere, „quanto magis illud commendet gratiæ Divinæ neceſſitatem ad fidem ca„peſſendam, quantoque facilius eam admittit, qui præjudiciis expurgatus & „liber ſit. Sed revera ludit & ſciendo facit, ut nihil ſciamus dum etiam ad„dit, ea quæ omnium majori conſenſu admittuntur pro clarioribus atque „certioribus eſſe habenda. Conf. ejusd. Fœrtſchii Pars II. Select. Theol. Jen. ed. in 4. anno 1708. Exercit. IX. pag. 1. ſqq. Exerc. X. §. VI. ſq. pag. 10. ſqq. Exerc. XI. §. X. ſq. p. 17. ſqq. Exercit. XII. §. XIV. ſq. p. 25. ſqq. ubi ex inſtituto Demonſtratio illa HVETIANA diſcutitur & refellitur.

Elswichii. M. JOH. HERMANN von Elswich Diſp. Witteb. hab. 1710. tit. Melchiſedecus ab Henr. Hulſio in Gentili Mythologia fruſtra quæſitus §. II. III. Omnium (inquit) in Paralleliſtico ſtudiorum genere [Sacro ſcil. & profano] conatus *ſuperaſſe videtur P. D. HUETIUS*, quod vaſtus ille de *Demonſtratione Evangelica* liber, teſtimonio, ut puto, ſat luculento comprobat. Sed, quæ communis Eruditorum ſors eſt, laudatus ab his culpatus ab illis fuit. Quam parum ipſi (ne de aliis dicam) P. JURIÆUS faveat, in *Hiſtoria* ſua *Critica* ſatis prodidit. Non tamen gravior in eum cenſura dicta a quoquiam eſt, quam nuper a JO. TOLANDO in *Originibus Judaicis* una cum Tract. *Adeiſi dæmon* ſive *Titus Livius a Superſtitione vindicatus*. Hag. Com. 1708. in lucem editis. Aſt nimis plerumque in ferendis de aliorum laboribus judiciis ſumere ſibi JURIÆUS ſolet; quo fit ut aliorum denuo in ſe calamos concitet. Nec plus TOLANDI tribuendum eſt judicio. Nam hujus furfuris hominibus nihil ſolet eſſe moleſtius, quam ſi Atheiſmo, cui impenſe favent, rimæ obſtruantur, & Divina, quam ſupprimere laborant, veritas juſtis rationibus ſtatuminetur. Non equidem ab omni HUETIUM errore abſolvo. Homo fuit, adeoque cum cæteris errandi periculo obnoxius. Nec me præterit quid cum Theologi, tum alii, in ejus deſiderarint methodo. Interim tamen meliore & æquiore dignus cenſura erat, quum tantam eruditionis copiam, vaſtamque Scriptorum lectionem ſuo in opere demonſtrarit ut vix major exſpectari ab alio poſſit. Confeſſi ſunt id Summi Viri J. F. MAYERVS & S. PVFFENDORFFIVS, *ille* in pecul. Programm. quo Huetium liberat ab Atheiſmo nec non in Diſſert. Utrum Eccl. recent. habeat jus ex libro non Canon. V. T. faciendi Canonicum: *hic* in Epiſt. ad fratrem *Eliam*. Cur autem TOLANDO ſe minus probaverit, hæc procul dubio erit ratio, quia labor ille ejus hypotheſi, qua Judæi non ex Patribus ſed Ægyptiis deſcendere finguntur, obſta-

Digitized by Google

obſtabat. Perſvadendi ergo alii erant HVETIVM in citandis antiquis Scriptoribus mala egiſſe fide, eamque ob rem nullam iterum fidem mereri. Sed JACOBVS FAYVS in *Defenſione Religionis, nec non Moſis & Gentis Judaicæ.* Ultraj. 1709. in 8. ed TOLANDVM caſtigavit & vindicias pro HVETIO inſtituit.

§. IV.

STATVS RELIGIONIS CHRISTIANÆ HODIERNVS alter eſt Orientalis alter Occidentalis. ORIENTALIS abſolvitur ſtatu hodierno Eccleſiæ Græcæ quæ decem habet Sectas illuſtriores, Melchitas ſeu Syros, Georgianos, Moſcovitas ſeu Ruſſos, Neſtorianos ſ. Chaldæos. Jndos ſ. Chriſtianos S. Thomæ, Jacobitas, Cophthitas, Armenos, Abyſſinos, Maronitas; quæ omnes in ſequentibus characteribus univerſe ab omnibus in occidente Chriſtianis, non ſolum a Papiſtis diſtinguuntur, teſte Gebh. Theod. Mejero in Hiſtor. Relig. p. m. 228. quibus nempe (1) Baptiſmum peragunt & neceſſario peragendum docent immerſione idque faciunt in tertia Perſona, (2) Panem Euchariſticum eumque ſub neceſſitate fermentatum cum vino in cochleari exhibent communicantes Euchariſtiam non adultis tantum ſed & infantibus & ſi hi panem & vinum nondum ore aſſumere poſſint tunc ſaltem ora eorum tangunt. (3) a ſanguine & ſuffocato ex neceſſitate præcepti Apoſtolici abſtinent. (4) Spiritum Sanctum a Patre Filioque procedere negant. (5) univerſa Eccleſia Græca improbat Polygamiam ſucceſſivam. Legatur Gebh. Th. Mejerus l. c. Cap. V. Sect. XVI. XVII. §. 1. ſqq. ad §. 21. p. m. 226. & ſqq. ad p. 245. Edoard. Brerewodus in Scrutinio Religionum Cap. VII. ſq. p. 137. ſqq. 146 ſqq. Gottfr. Zenner in Herbſtparnaß d. a. 1692. p. m. 35. ſqq—43. OCCIDENTALIS ECCLESIÆ STATVS HODIERNVS [præter Statum *LUTHERANORUM* eorumque genuinorum hodiernum, qui ſolum & unicum agnoſcunt & aſſumunt Theologiæ ſive Religionis principium Scripturam Sacram, nullumque ejus comprincipium, quod ſi quando in ſuum reſolvitur fundamentum, hoc eſt. *Scriptura Sacra & quidem Sola dixit.*] abſolvitur pariter decem Sectarum generibus iisque illuſtrioribus. (I) PONTIFICIORVM qui aſſumunt pro Comprincipio Theologiæ ſive Religionis dictata Pontificis Romani pro cathedra & placita Eccleſiæ dictato P. R. confirmata. Unde principium Religionis eorum ſi qvando reſolvitur hoc eſt: *Papa Romanus dixit.* (II) CALVINIANORVM ſive REFORMATORVM, qui pro comprincipio

§. IV. Hodiernus Religionis Chriſtianæ Status in Oriente, ex Mejero.

In Occidente ex Fabrio & Alberti.

Digitized by Google

Theologiæ ſ. Religionis aſſumunt dictata rationis humanæ. Unde comprincipium Religionis eorum ſiquando reſolvitur hoc eſt: *Ratio humana dixit.* (III) ARMINIANORVM & (IV) SOCINIANORVM qui commune aſſumunt cum Calv. ſ. Reformatis comprincipium Religionis quod in commune fundamentum reſolvitur: *RATIO HUMANA DIXIT.* (V) FANATICORVM qui aſſumunt pro principio Religionis ſive Theologiæ dictata Spiritus interni ejusque privati. Unde principium Religionis eorum ſi quando reſolvitur hoc eſt: *Spiritus internus atque privatus ſive Extraſcripturarius dixit.* (VI) Profanorum NATVRALISTARVM, qui dum Scripturam Sacram admittunt omnia tamen ejus effata ad naturam metiuntur neque quicquam credunt quod naturam ſupergreditur: unde comprincipium Religionis eorum ſi quando reſolvitur, hoc eſt: *NATURA DIXIT.* (VII) VANORVM SVPERSTITIOSORVM, qui una cum Scriptura S. quidlibet inſolitum & extraordinarium, utpote ſpectrorum, angelorum, animarum apparitiones, miracula quæ vel ſunt vel videntur talia, divinationes ex aſtris, ex Cometis, ſomniis, prodigiis aliisque id genus pro indubitato vereque Divino vel rerum credendarum vel agendarum principio habent. Unde comprincipium Religionis eorum ſi quando reſolvitur, hoc eſt: *Res mira dixit.* (VIII) SYNCRETISTARVM qui pro comprincipio Theologiæ ſive Religionis aſſumunt dictata Patrum qui vixerunt in quinque prioribus poſt C. N. Seculis & dictatorum unanimem conſenſum. Unde comprincipium Religionis eorum, ſi quando reſolvitur hoc eſt: *CONSENSUS PATRUM QUINQUESECULARIS DIXIT.* (IX) INDIFFERENTISTARVM qui pro comprincipio Theologiæ ſive Religionis ſolam aſſumunt & agnoſcunt Chriſtianiſmi praxin, ſolum amorem Divinum & cultum, rejecta communi Theoria ſeu notitia, quam unctioni omnia docenti committunt 1. Joh. II. 21. Unde comprincipium Religionis illorum, ſi qvando reſolvitur, hoc eſt: *Libertas ſentiendi & credendi dixit.* Vid. Val. Alberti intereſſe præcipuarum Religionum Chriſtianarum Lipſ. & Francof. ed. in 12. anno 1683. in Protheoria. p. 38 ſqq. 70. Magnif. Fechtii Comp. hactenus MSC. Theolog. Thet. Antithet: Cap. I. §. XXIII——XXVIII. Anti-Indifferent. Cap. IV. §. VI. ſqq. in A. C. contr. God. Arnold. Cap. VI. §. II. & in F. C. contr. eund. Cap. II. §. V.

§. V.
Scriptores Selectiſſimi de

§. V.

De Recentiori & recentiſſime Græcorum ſive Orientalium Chriſtianorum

norum eorumque Religionis Chriſtianæ Statu ſequentes conſulendi ſunt Scriptores optimi & ſelectisſimi Ex ANTIQVIORIBVS. (I) *David Chytræus* in Oratione de Statu Eccleſiarum hoc tempore in Græcia, Aſia, Ungaria, Bohemia & aliis regionibus, edita inter orationes ejus Hanov. 1614. p. 384. ſq. cum antea ſeparatim prodiiſſet Görlicii 1575. Witteb. 1580. Francof. 1583. item in variis Epiſtolis de rebus Conſtantinopolitanis: item Confesſione fidei a Gennadio Patriarcha Mahometi II. Imp. Turcico exhibita, item Epiſtola Eccleſiæ Conſtantinop. ad Bohemos. Quibus declaravit Græcos in plurimis convenire cum Lutheranis, (II) *Antonius Poſſevinus* de ſtatu Eccleſiarum hodierno in Græcia, Aſia, Africa, Hungaria, Bohemia, contra Davidem Chytræum, & aliis Operibus de Statu Seculi an. 1587. in fol. ed. quibus contrarium probare conatus eſt nempe Græcos convenire cum Pontificiis. (III) *Jacobus Heerbrandus* in der Ablcinung der neuen Zeitung aus Conſtantinopel anno 1583. qua Apologiam ſcripſit adverſus calumnias Pontificiorum de inito Syncretiſmo Lutheranorum Tubingenſium cum Græcis. (IV) *WENCESLAUS BUDOWETZ Baro a Bodowa* Epiſtola ad Chytræum, inter Epiſtolas Chytræanas pag. 265. ſqq. cum qua conf. *Cyrilli Patriarchæ Conſtantinopolitani* Epiſtola de ſtatu Græco ad Johannem Utenbogardum inter Epiſtolas Arminianorum ſive Belgarum ed. Amſtel. d. a. 1660. in 8. pag. 369. ſqq. 399. ſqq. Ex RECENTIORIBVS (I) *Jacobus Goar*, Ord. Prædic. Theol. Lect. in Εὐχολογίῳ Græcorum ſive rituali orantium e MSC edito ac notis illuſtrato Græce & Latine. Pariſ. Ann. M. DC. XLVIII. de quo vid. Gisb. Voëtius Polit. Eccleſ. Part. I. lib. II. Tr. I. Cap. I. (II) *Leo Allatius* in libro de perpetua conſenſione Eccleſiæ orientalis cum occidentali i. e. Romano-Pontificia, anno 1648 ed. Colon. item Græcia Orthodoxa. Rom. ed. 1653. 1659. Tom. II. & ſcriptis variis aliis. Oppoſuit ſe huic *D. Johannes Quiſtorpius* in Diſp. de Chriſtianiſmo Græcorum hodiernorum. Roſtoch. hab. a. 1665. & *D. Elias Vejelius* in Exercitatione de Eccleſia Græcanica hodierna. Argentor. hab. & ed. A. 1666. Quæ diſſertatio oppoſita eſt etiam Bartholdi Nihuſii Tr. de Concordia nationum Chriſtianarum & Petri Arcadii de concordia Eccleſiæ orientalis & occidentalis. VEJELIO oppoſuit ALLATIVS diſſertationem de Octava Synodo & Refutationem Juvenis Ulmenſis ſed oppoſuit ei iterum VEJELIVS Defenſionem contra Senem Chium. A. 1666. in 4. (III) *Chriſtophorus Angelus* Exul Græcus in Acad. Cantab. quondam ſubſiſtens, in Enchiridio Græce ſcripto, de

Statu Chriſtianiſmi Orientalis hodierno. Antiquiores

Recentiores.

Digitized by Google

Statu hodiernorum Græcorum, quod Georg. Fhelavius *Eccleſiaſtes* quondam Dantiſcanus in templo Parochiali, Latine vertit & cum annotatis edidit Anno 1655. Francof. in 12. poſtea autem Lipſiæ recudi fecit, anno impreſſionis in titulo omiſſo, cum verſione Latina e regione poſita & annotationibus multo quam antehac locupletioribus. (IV) *Carolus du Freſne*, Dominus du Cange, Hiſtoria Byzantina duplici commentario illuſtrata. Pariſ. 1680. Quo pertinet etiam *Corpus Byzantinum* i. e. Scriptorum Byzantinorum conſtipatum opus cum commentariis variorum Pariſiis editum.

Recentisſimi. *Ex* RECENTISSIMIS. (I) *Euſtratius Johannides Zialowski* cujus brevem delineationem *Eccleſiæ* Orientalis Græcæ, inter Soceri ſui Johannis Vogelii, Rectoris Scholæ Sebaldinæ, Scripta repertam ac nunquam antea editam cum notis ſuis evulgavit. Wolfg. Gundlingius Eccleſ. ad D. Laurent. apud Norimb. Miniſter Norimb. in 8. A. 1681. Vid. Collect. Act. Er. Lipſ. in Act. a. 1682. in Jan. p. 6.7. (II) *Johannes Baptiſta Cotelerius* in monumentis Eccleſiæ Græcæ quoad Tom. I. ed. 1677. Pariſ. qvoad Tom. II. Lutet. Pariſ. 1681. in 4. qvoad Tom. III. Pariſ. 1686. in 4. ſed qvorum Tomum IV. pupillum qvaſi Parente orbum reliquit ex vivis excedens A. 1686. Vid. Collect. Act. Erud. Lipſienſ. in Act. a. 1682. m. Maj. p. 135. ſq. a 1687. m Jul. p. 381. a. 1699. m. Jan. pag. 3. (III) *Dn. de Moni* qvi putatur *Richardus Simonius* in Hiſtoria Critica de Religione & ritibus populorum Orientalinm Francof. in 12. 1684. Vid. Lipſienſ. Act. Erud. Collect. in Act. a. 1684. m. Novembr. pag. 490. ſqq. (IV) *Philippus Cyprius* in Chronico Eccleſiæ Græcæ e MSCo Byzantino primum vulgato & Latine transpoſito per NICOLAUM BLANCARDUM ed. Franequ. a. 1679. in 4to & poſtea Lipſiæ A. 1687. in 8. cum Commentariis HENRICI HILARII, qui Commentarii præterquam quod errores Cyprii corrigunt, omnem hiſtoriam Patriarcharum Conſtantinopolitanorum maxime autem Photii, Nicephori & Cyrilli Lucaris illuminant. Vid. *Lipſienſ.* Act Erud. Collect. Tom. I. Suplem. pag. 391. ſqq. (V) *Thomas Smith*, Eccleſiæ Anglicanæ Presbyter, qui Anno 1678. *Lond.* in 8. Epiſtolam edidit de Eccleſiæ Græcæ hodierno Statu: & cujus MISCELLANEA [qvibus rarisſimi & elegantisſimi de Fide Græcorum inſerti ſunt libri, præſertim Apologetici] duabus vicibus edita ſunt prima anno 1686. in 8. *Lond.* 2nda anno 1690. ibid. in 8. Vid. *Lipſienſ.* Act. *Erud.* Collect. in Act. a. 1687. m. Febr. pag. 92. ſqq. & Act. 1691. m. Febr. pag. 81. ſqq. (VI) *Acta & Scripta Wurtenbergenſium Theologorum* cum Patriarcha Conſtantinopolitano JEREMIA, quæ utrique ab anno clɔ. Iɔ LXXV.

usque

usque ad LXXXI. de Auguſtana Confeſſione inter ſe miſerunt: Græce & Latine ab iisdem Theologis edita Witteb. Anno M. D. LXXXIV. Vid. contenta eaque præcipua recenſita a Hier. Aug. Groſchuf. in Nov. Libr. rar. Conlect. Faſcic. III. Hal. Magd. ed. 1710. in 8. p. m. 408-436. (VII) *M. Johannes Michael GEISIUS* in Deſtinata inter Conſtantinopolitanum Patriarcham, JEREMIAM, & Theologos Wirtembergenſes conjunctione, Diſſertatione Hiſtorica expoſita X. Cal. Jun. MDCCV. Wittebergæ Reſp. Joh. Reymundo Harpff. (VIII) *JOH. MICH. HEINECCIUS* in Vera delineatione Eccleſiæ Græcæ quoad antiqvum præſentemqve ſtatum, continente Hiſtoriam dogmatum & rituum, tribus partibus diviſa, una cum appendice Monimentorum bonam partem hactenus ineditorum, additis Iconibus & indicibus neceſſariis, Lipſiæ publicata A. 1711. in 4. & qvidem idiomate Germanico tit. **Eigentliche und warhafftige Abbildung der alten und neuen Griechiſchen Kirche.** Vid. Collect. Lipſienſ. in Act. Erud. A. 1712. m. Febr. pag. 91. ſqq. Collect. Biblioth. Nov. (Neuen Bibliotheck) Part. XVIII. n. V. p. 605. ſqq. & Collect. Famæ Erud. Part. VII. p. 487. ſqq. (IX) *JOH. FECHTIUS* in Relatione Succincta de Religione Græcorum hodiernorum, qva explicatur, qva ratione orta ſit eorum Eccleſia, a Latina diſtracta, a reliquis diſtincta, qvænam ſint ipſorum dogmata, an fundamentales foveant errores, utrum converſio eorum tentanda ſit & exſpectanda, evulgata Roſtoch. & Lipſ. 1711. in 8. idiomate pariter Germanico tit. **Kurtze Nachricht von der Religion der heutigen Griechen.** Vid. Collect. Relat. Innoc. (Unſchuld. Nachr.] d. a. 1711 Ord. II. Nov. n. I. p. 201. ſqq. Conf. Caſp. Sagittarius Introd. in Hiſtor. Eccleſiaſt. Cap. XIX. §. XX. p. 433-442. Sev. Walth. Slüterus in Propyl. Hiſt. Chriſt. Sect. II. pag. 80. ſqq. Martinus Hanckius in Tract. de Scriptoribus rerum Byzantinarum. Fried. Spanhemius in Elencho Controverſiarum p. 392. ſqq. aliique allegati a D. G. Morhoſio Polyhiſt. Tom. III. Lib. V. §. XXIII. p. 59. ſq. ſed. in 4. noviſſ. Lub. d. a. 1708.

§. VI.

§. VI. De Lutheraniſmo hodierno commendatur. Seckendorffius

Ex Scriptoribus illis qui Statum Religionis Chriſtianæ LUTHERANORUM hodiernum peculiari delineatione deſcripſerunt, ſolus ſufficit & ſufficere poteſt, *VITUS LUDOVICUS a SECKENDORFF* in Commentario Hiſtorico & Apologetico de LUTHERANISMO edito Lipſiæ in fol. A. 1691. & iterum Anno 1694. de quo duo annotamus h. l. momenta

ejusque operis menta eaque literaria non ubivis occurrentia quorum primum attingit Commentarii Seckendorffiani hiſtoricum nexum, 2ndum Commentarii Seckendorffiani pragmaticum fructum. *Hiſtoricus nexus* ita habet. Ediderat anno 1680. Pariſiis idiomate Gallico LUDOVICUS MAIMBURGIUS, Jeſuita, & Hiſtoriographus Regis Gallicarum, HISTORIAM LUTHERANISMI Libris VI. res in Eccleſia Lutherana ab anno 1517. ad 1660. geſtas comprehendentem eo fine ut hoſpites Germani Luthero addicti, Galliam viſitantes commendatione Scripti hujus ad apprehendendam Religionem Pontificiam allicerentur. Illa vero Maimburgiana Lutheraniſmi Hiſtoria, cum ab Equite Saxonico ex Gallia reduce in Germaniam allata, ad oculos perveniſſet VITI LUDOVICI a SECKENDORFF, Equitis Franci, Conſiliarii intimi Saxonici & Brandenburgici, poſt Academiæ Halenſis Directoris, ipſe conceſſo ſibi Principum gratia ab occupationibus Politicis otio, excitatus, partim iniquiſſimis MAIMBURGII de Reformatione Lutheri narrationibus partim Clementisſimis JOH. GEORG. TERTII, Electoris Saxoniæ, & JOH. GEORGII, Ducis Saxoniæ Iſenacenſis literis, liberrimum ad Archiva omnia acceſſum indulgentibus ſolidamque MAIMBURGII confutationem inſtantisſime urgentibus, operis refutationem tandem aggreſſus eſt ſic ut Textum MAIMBURGII, Gallice originaliter ſcriptum Latinitate abs ſe donatum exhiberet integrum, ſubjuncta cenſura quæ veritati conſentanea approbaret ac confirmaret, falſa rejiceret ſolideque refutaret ac ſimul ſupplementum in iis in quibus jejuna nimis Maimburgiana apparet relatio, ſubjungeret. Hoc fine anno 1688. in forma 4ta prodiit Francof. & Lipſ. Commentarius Hiſtoricus & Apologeticus de Lutheraniſmo Lib. Imum Hiſtoriæ Maimburgianæ refutans: ſecutum eſt anno 1689. ad Lib. I. jam nominatum Supplementum ed. in forma 12ma Lipſiæ, donec tandem trium priorum Librorum Maimburgianorum in quibus Lutheraniſmi hiſtoria ab anno 1517. usque ad a. 1546. exhibetur, inſertis iis quæ olim in 4. & 12. edita fuerant, confutatio publicata eſt in fol. Francof. & Lipſ. 1692. & 1694. In qua ultima editione cum tres libri priores ſolidiſſime confutati exhibeantur, tres vero poſteriores libri Hiſtoriam Lutheraniſmi ab anno 1546. ad ann. 1660. tradentes, refutati nondum ſint, tota Eccleſia Lutherana, quæ tantum ex opere Seckendorffiano ſenſit incrementum anxie merito deſiderat, ut tela tam laudabiliter cœpta pari ſtudio ab alio pertexatur. Vid. Lipſienſ. Act. Er. Collect. in Act. a. 1688. m. Jan. p. 1. ſqq. in Act. a. 1689. m. Jun. p. 301. ſq. in Act a. 1691.

Marginalia: I. Hiſtoricus nexus

1691. m. Aug. p. 345. Burc. Gotth. Struvius in Bibliotheca Antiqua publicata Jenæ anno 1705. in 4. menſ. Aug. p. 357. ſqq. ubi Gilberti Burneti Epiſtola ad Seckendorffium in puncto operis de Lutheraniſmo conſcripta: & p. 349. ſqq. Supplementum operis Seckendorffiani Möllerianum German. idiomate conſignatum quod ſeqventem gerit titulum: Hiſtorie von der Evangeliſchen Stände Proteſtation und Appellation wider und vom Reichs-Abſchied zu Speyer a. 1529. dann darauff erfolgten Legation in Spanien an Käyſ. Maj. Carl den Vten wie auch ferner dem zu Augſpurg auff dem Reichs-Tag 1530. übergebenen Glaubens-Bekäntniß, die Augſpurgiſche Confeſſion genannt, aus Fürſtl. Sächſ. Archivis, Actis und bewährten Hiſtoricis verfaſſet und mit denen dazu gehörigen Documentis und Schrifften in forma, dergeſtalt, daß ſelbige auch ein Supplementum in Seckendorffii Hiſtoriam Lutheraniſmi darſtellen können. Illuſtrirt von Joh. Joachim Müllero Fürſtl. Sächſiſchen geſanten Secretario und gemeinſchafftl. Archivario zu Weimar. Jenæ. in 4. 1705. Add. Wilh. Ern. Tentzelii curieuſe Bibliothec. oder Fortſetzung der Monatl. Unterred. d. a. 1705. andern Repoſitorii fünfften Fach p. 381. ſqq. Cum Supplemento Molleriano inſinuato. Qvod jam attinet *Uſum Pragmaticum* Commentarii Seckendorffiani, ſextuplici ſeſe uſu & fructu *Lectoribus* commendare poterit. 2. Pragmaticus Uſus. Imus *Uſus* eſt *Apologeticus*, dum omnes & antiquorum & recentiorum calumniæ quibus & *Lutherus* & *Lutherana* Eccleſia ob reformationem non ex rationibus ut vulgo fieri ſolet ſed ex indubitatis monumentis hiſtoricis contra qvæ nulla valet Adverſarii exceptio (ſiquidem ex ſolo Vinarienſi Archivo 60. Volumina MS. ipſe Seckendorffius verbotenus perlegit & optima fide ex illis contenta præſentavit) ſolidiſſime refutantur, in ſpecie vero Textus Hiſtoriæ Maimburgianæ verbotenus examinatur ſimulque falſa a Card. Sfortia Pallavicino in Hiſtoria Concilii Tridentini vera, Antonio Varelaſio Hiſtoriographo Regis Galliæ & Maimburgii Succeſſore, in Hiſtoria de revolutione rerum circa religionem a tribus Seculis geſtarum, Jacobo Benigno Boſveto, Epiſcopo primum Condomenſi poſt Meldenſi in Hiſtoria de Variationibus Eccleſiæ Proteſtantium, Odorico Raynaldo in continuatione Annalinm Baronii ſparſa, refelluntur. IIndus *Uſus* eſt *Hiſtoricus* per Hiſtoriam univerſalem Civilem pariter & Eccleſiaſticam ſeſe diffundens. Dum res geſtæ memorabiles per univerſum orbem ab A. 1517. usque ad a. 1546. & multa etiam alia ante vel poſt hæc tempora, quæ contigere, accurate ſecundum minimas circumſtantias referuntur. IIIrius *Uſus* eſt *Hiſtorico-Lite-*

narius. Siquidem 1500. Autorum vitæ & opera cum ſingulariſſimis circumſtantiis, adjectis Scholiis eruditiſſimis, ſuccincta brevitate referuntur. Prout ex indice Imo patet. IVtus *Uſus* eſt *Didactico-Polemicus.* Dum occaſione Scriptorum *L*utheri & Controverſiarum ibi agitatarum Controverſiæ fidei potisſimæ, Thetice & Antithetice, adjectis Scriptis recentiorum pariter ac antiquorum Theologorum ab Autore in rebus Theologicis accuratiſſime docto pertractantur. Vtus *Uſus* eſt & dici poteſt *Compendiographicus.* Qvia omnia *L*utheri opera ſeu Typis exſcripta ſeu in MSCis latitantia (qvotqvot qvidem Autori innoteſcere potuerunt) titulis ſuis recenſentur ſub finem Hiſtoriæ cujusvis anni, adjecta compendioſa relatione omnium contentorum ut & illuſtrium locorum quoad ipſa formalia verba recitatione. Ut jam prolixe non adducam ea quæ ad vitam Lutheri ſecundum omnes circumſtantias etiam minimas adjecta ſunt. VItus denique *Uſus* dici poteſt & eſt *Homileticus* reſpectu illorum dictorum ex Luthero, Patribus, plurimisque Theologis aliis practicorum quæ in digresſionibus frequentisſime Autor verbotenus appoſuit. Conf. *Severini Lintrupii*, Theol. D. & Prof. Hafn. *Hiſtoria Lutheraniſmi*, hactenus inedita, delineata in p. 20. ſq. — 23. Reliquiarum incendii Bergenſis ultimi ſive presſiori Deſignatione Tract. Diſſert. Sched. rar. edendorum Hafn. ed. in. 4to d. a. 1704. & quidem ſequentibus verborum pigmentis: *Hiſtoria Lutheraniſmi*, qua Reformationis Evangelicæ ſæpe qvidem antea *tentata* ſæpius *optata* miniſterio B. Mart. *L*utheri ſuſceptæ feliciter ac peractæ prædictiones, prodromi, necesſitas, occaſio, Miniſtri, præſidia & adminicula illuſtriora, modus & ratio, progreſſus & propagatio, per varias undiqve provincias, auſpicatisſima, Patroni *item* Hoſtes atque obſtacula B. Lutheri & Paraſtatarum ejus optimorum, Europæ melioris Reformatorum, Biographia, Eccleſiæque Evangelicæ ubivis terrarum viciſſitudines & fata proſpera atqve adverſa, conflictus varii, partim cum hoſtibus ac Tyrannis cruenti, partim cum Hæreticis atque infidis Fratribus ſcandaloſi, Scripta Symbolica, ritus & ceremoniæ, colloquia de cauſis religionis, hinc inde habita: Hiſtoriaque adeo univerſa ad hæc usqve tempora ex Archivis veritatis, Actis ſcilicet publicis, Scriptis partium amoebæis, Scriptoribus συγχρόνοις, non neglectis etiam Adverſariis maxime ἀξιοπίστοις, utpote *Chytræo, Cæleſtino, Grocio,* von der Hardt *Hortledero, Hoſpiniano, Huttero, Junckero, Luthero, Mattheſio, Melanchthone, Mullero, Puffendorffio, Rabo, Sagittario, Sculteto,* τῷ πάνυ *Seckendorffio, Sleidano* ejusque continua-

Hiſtoria Lutheraniſmi a Lintrupio promiſſa in Supplementum Seckendorffianæ.

tinuatoribus, *Thuano* & aliis, collatis etiam, ubi rerum nexus id poſtulare viſus præcipuis Eccleſiarum particularium Hiſtoricis, v. g. Anglicanæ, *Burneto, Fullero, Heylino* &c. Belgicæ, *Baſelio, Brandtio, Scoockio, Triglandio, Uytenbogardo;* Bohemicæ, *Camerario, Comenio, Greenio, Theobaldo, Walpurgero;* Boruſſicæ, *Hartknochio,* Helveticæ, *Hottingero;* Haſſicæ, *Garthio, Leuchtero;* Holſaticæ & Sleswicenſis, *Arnckiel, Helmreich, Møllero;* Palatinæ, *Altingio:* Pomeranicæ, *Cramero, Micrælio;* Scoticæ, *Spotswordio;* Slavonicarum, *Regenvolſcio, Wengerſcio:* Suecicæ, *Baazio, Rangone;* aliorum aliis, data opera, fide optima deſcribuntur; *Reformationis* præſertim ac *Reformatorum juſtitia,* contra Luthero-Maſtyges, ut veteres, *Cochlæos, Foreros, Piſtorios, Ramundos, Surios, Vetteros* &c. ita recentiores præcipue; *Natalem Alexandrum, Arnaldum, Boſſvetum, Bruyeſium, Maimburgium, Nicelium, Pallavicinum, du Pinium, Rainaldum, Richardum, Segnerium, Varilaſium;* aſſeritur, θαυμάσια Dei opera in eadem, cum inſtituenda primitus, tum & conſervanda hactenus, velut quidam Dei digitus, contra Pſeudo-Thaumaturgos Romanenſes, indice digito ubiqve monſtrantur; *Hiſtoria* deniqve *Reformationis Danica* ex auctoribus domeſticis, *Aslaco, Coldingio, Helvadero, Huitfeldio Meurſio, Møllero, Pontano, Reſenio, Slangendorphio, Stephano, Svaningio, Windingio, Wolffio,* aliisqve etiam hactenus ἀνεκδότοις monumentis, plenius qvam hucusqve factum, pertexitur. Cum Simili *Bibliotheca Evangelico-Lutherana Inventario, Summariis* item atqve *Indicibus Capitum Perſonarum & Rerum,* 2. Tom. in 12. Qvam proinde Civibus noſtris, in tanta hiſtoriæ illius (e ſolo fere *Aslaco* & *Coldingio* iisqve vel plane non vel rariſſime ſaltem obviis hactenus petendæ) inopia & caligine oppido neceſſariam ante hoc jam fere decenninm, occaſione editi tunc primum *Seckendorffii* contexi cœptam & jam A. 1698. ad mortem usqve Lutheri, in qva deſiit Seckendorffius, perductam, ſed ex eo, non alia re magis ſuſpenſam qvam anxia *nova Lutheraniſmi Hiſtoria Germanica* a Celeb. *W. E. Tentzelio,* ante complures annos promiſſæ exſpectatione (qvippe cum ab ea Seckendorffiano Commentario non *continuationem* duntaxat, ubi deſiit, ſed & *Supplementa* ubiqve luculenta, ubi deficit, amplumqve adeo inſtituto huic noſtro apparatum polliceri me juberet luculentum ejus licet breve Specimen Colloqu. Menſtr. A. 1697. m. Nov. p. 905. ſq. inſertam) qvamprimum vel illa Viri ἱστορικωτάτου opera, ſociata, qvam deſiderat, Viri alicujus

S 2 eru-

eruditi ope, prodierit, vel ſpes ejus in Nov. Liter. German. A. 1703. m. Sept. p. 316. non parum imminuta plane interciderit, ſimili filo pertexere, ac Hiſtoriæ Papiſmi, cui arctiſſima adhæret argumenti affinitate comitem adjungere (ut contraria juxta ſe poſita magis eluceſcant) non cunctabor.

§. VII.

§. VII. De Papiſmo hodierno Scriptores Selecti.

Ex Scriptoribus qui Statum Religionis Chriſtianæ PONTIFICIORVM hodiernum peculiari commentatione deſcripſerunt, præter illos quos commendarunt Sev. Walth. Sluterus in Propylæo Hiſtoriæ Chriſtianæ p. m. 227. 228. & Dan. Georg. Morhofius in Polyhiſt. Tom. III. Lib. V. §. XXV. ſqq. p. 61. ſqq. ut & Dan. Hartnaccius in Bibliothecario. Holm. & Hamb. ed. Germ. idiom. 1690. in 8. p. 284. ſqq. Anweiſung zum Studio Theologico. commendandi veniunt tanqvam Selectiſſimi & optimi (I) B. JOH. AD. SCHERZERVS in Programmatum Academicorum Lipſiæ anno 1679. in 8. ed. Volum. Progr. VIII. p. 102--115. de Papatus novitate. (II) ADAMVS RECHENBERGIVS Theol. D. & P. Lipſ. Diſquiſ. Academica de ratione Status Religionis & Eccleſiæ Papææ. Lipſ. hab. & ed. 1672. (III) D. SAM. SCHELGVIGIVS Theol. D. & Prof. Gedan. Diſp. pecul. hab. & ed. Gedani 1683. in 4. de eod. arg. (IV) CONSTANTINVS WOLLFF. Prof. qvondam Gedan. de Ratione Status in Religione Pontificia Diſputationibus IVtuor qvarum I. II. Gedani IIItia Lipſiæ IVta Wittebergæ prodierunt. (V) JOH. GUNTHERUS in demonſtratione ſolida ex Epiſtola ad Romanos qvod Eccleſia Lutherana ſit Apoſtolica Romana vero Apoſtatica. Diſp. Inaug. Loco Theol. Exam. expoſita Lipſ. 1701. Vid. Collectores Enarr. Innoc. (Des alten und neuen von Theologiſchen Sachen.) d. a. 1701. m. Majo p. 161. ſqq. item in Modo ſingulari & infallibili convincendi Lutheranos etiam contumaciſſimos Praxi Miſſionariorum accommodato J. T. Chr. H. Saxonis, Sacerdotis, Clementi XI. P. R. & S. Congregatio: de propaganda fide Romæ Anno 1702. oblato, examinato & confutato. Lipſ. anno 1708. ed. in 4. Et in variis Scriptis aliis. (VI) GOTTLIEB WERNSDORFF Theol. Doct & Prof. Witteb. Diſp. Theolog. 1708. Witteb. hab. de Methodo Pontificiorum conciliandi pacem cum Proteſtantibus per viam Autoritatis. (VII) JOH WOLFG. JÆGERUS SS. Theol. D. & P. Tubing. Diſp. publ. 1708. Tubing. hab. & ed.

Scherzerus. Rechenbergius. Schelgvigius. Wolfius. Guntherus. Wernsdorff. Jægerus.

& ed. in 4. tit. Fundamentum Papatus quoad primas lineas adumbratum. Vid. Collect. Hamb. Nov. lit. Europ. & Germ. in Nov. Lit. d. a. 1708. m. Decembr. p 468. (VIII) JOH. CASP. LOESCHER in Obſervat. Select. Faſcic. Imo ed. in 8. 1703. Obſ. VIII. p. 60. ſqq. De Romanæ Eccleſiæ Doctis eorumque varietate Obſ. XIII. p. 86. ſqq. De Fabulis Romanæ Eccleſiæ ex PESAROVII Diſp. Witteb. hab. & ed. anno 1687. tit. Roma Fabellarum Pandora. (IX) BASILIUS HYPERETA in der Hiſtoriſchen und Politiſchen Beſchreibung der Geiſtl. Monarchie des Stuhls zu Rom, Hamb. ed. 1679. in 12. & (X) THEODOSIUS GIBELLINUS in Cæſareo Papia Romana, darin die Päbſtiſche Römiſche Staats-Religion politiſch vorgeſtellet wird. etc. Franckf. und Leipz. in 8. ed. 1684. & 1691. De quibus duobus ultimis Scriptoribus ſequens notandum eſt momentum idque literarium. SAMUEL PUFFENDORFFIUS, Hiſtoriographus quondam Regius primum Svecicus dein Pruſſius ſ. Brandenburgicus in forma 8va & 12ma ediderat alieno quamvis nomine nempe Baſilii Hyperetæ, die Hiſtoriſche und Politiſche Beſchreibung der Geiſtlichen Monarchie des Stuhls zu Rom. Præmiſſa erat Præfatio quæ non ab ipſo Autore Puffendorffio videbatur elaborata. Deinceps vero eundem libellum ſuum eſſe publice agnovit illuſtris quondam Puffendorffius, quando pauciſſimis immutatis (non tam quoad res quam verba) eum adjecit Scripto ſub tit. Einleitung zur Hiſtorie der vornehmſten Reiche und Staaten ſo jetziger Zeit in Europa ſich befinden. Part. I. Cap. XII. inſcripto: Von der geiſtlichen Monarchie des Stuhls zu Rom. Legatur de Baſilii Hyperetæ libello Theodoſius Gibelinus in Cæſareo-Papiæ Romanæ Præfatione. THEODOSIUS GIBELINUS in Cæſareo-Papia Romana fuſius perſequitur ea quæ brevibus quaſi lineis adumbravit in opuſculo illo jamjam laudato & primum ſub BASILII HYPERETÆ nomine edito PUFFENDORFFIUS. Unde ex eruditis nonnulli ſub nomine GIBELINI denuo latere ipſum PUFFENDORFFIUM exiſtimarunt, etiamſi Præfatio contraria omnia inſinuare videatur. Quanquam & alii Autorem venditaverint Vitum Ludovicum a Seckendorff, alii ESAIAM PUFFENDORFFIUM, alii GOEBELIUM, JCtum & Conſulem Budiſſinenſem. Quiſquis tandem genuinus ſit Autor vel Scriptor, extra controverſiam apud Eruditos ponitur circa Religionem Pontificiorum Statiſticam Tractatum pleniorem, ſolidiorem & elegantiorem hactenus non exſtare. Vid. Collect. Enarr. Innoc. (der unſchuldigen Nachrichten

Loeſcherus

Hypereta & Gibellinus, de quibus affertur momentum Literarium idque memoratu dignum.

Digitized by Google

von alten und neuen Theologiſchen Sachen) d. a. 1702. Domin. 45. p. 733. ſqq. Collect. Biblioth. Nov. (Neuen Bibliothec.) Part. VIII. n. XV. p. 278. & Vincentium Placcium in Tract. de Scriptoribus Pſeudonymis ed. in fol. Hamburg. d. a. 1708. n. 337. pag. 109. & n. 1190. p. 314. Add. SEVERINI LINTRUPII Hiſtoria Papiſmi & Papatus, hactenus quantum conſtat inedita, delineata in Reliquiis Incendii Bergenſis ultimi ſive Deſignatione Tract. Differt. & Sched. edendorum Hafn. ed. 1704. in 4. pag. 18. 19. ſequentibus verborum rerumque momentis: *Hiſtoria Papiſmi & Papatus*, qua totius Eccleſiæ & Monarchiæ, ſuperſtitionis & Poteſtatis Romano-Papææ, ortus, progreſſus, fulcra ſive media, fraudulenta ac violenta, incrementa & decrementa, ſchiſmata item & certamina inteſtina, Tyrannis in diſſentientes, totumque adeo Myſterium Iniquitatis, cum Vitis Pontificum, Ordinum Monaſticorum Catalogo, aliisque memorabilibus antiquis & recentioribus inde a fundata N. T. Eccleſia ad noſtra usque tempora per certas periodos nativa & facili methodo diſpoſita atque ex idoneis Autoribus v. g. *Baleo, Baluzio, Baronio, Basnagio, Blondello, Bzovio, Chemnitio, Claudio, Colnero, Dallæo, Dieterico, Flacio, Fuslino*, larvato *Gibellino, Guicciardino, Haſenmüllero, Heideggero, Hoffmanno, Hoſpiniano, Höttingero, Jurio, Kromayero, Lairizio, Leto, Limborchio, Lipsdorffio, Lucio, Magdeburgenſibus, Maſſonio, Molinæo, Mornæo, Pallavicino, On. Panvinio, Papebrochio, la Placette, Platina, Puffendorffio, Reiſero, Revio, Riveto, Salmaſio, Sarpio*, (P. Suave Polano) *Stillingfleeto, Sutlivio, Uſſerio, Zimmermanno*, aliisque Anonymis etiam Anglis atque Italis, voluminoſis Eccleſiæ Annalibus ſtudioſe breviata, uno veluti conſpectu Lectoribus exhibentur. Cum *Appendice Præjudiciorum* ſeu *Antidotorum contra Papatum generalium Apparatuque Bibliotheca Anti-Pontificia & Indicibus Perſonarum ac Rerum neceſſariis.* 2. Tom. in 12. Quod ut ſua ſe amœna rerum varietate, non minus, quam grata argumenti novitate (quando neminem recordor ſimili hactenus patriæ Scripto gratificatum) omnibus vel mediocriter curioſis probaturum opus haud vane confido, ita non pigrabor, otii tantillum largiente DEO, vel inter prima, illud impenſis etiam propriis, ſi opus ac vota noſtra deſtituerint Bibliopolæ, quantocius Zioni Arctoæ, ad refricandam ſervitutis Papææ ac recuperatæ feliciter Libertatis Evangelicæ memoriam atque uberiorem Babylonis Myſticæ deteſtationem conſecrare.

Lintrupiana Papiſmi & Papatus Hiſtoria eaque literaria & quidem promiſſa.

§. VIII.

Digitized by Google

§. VIII.

§. VIII. De Calviniſmo hodierno Scriptores Selecti

Ex Scriptoribus, qui ſtatum Religionis Chriſtianæ CALVINIANORUM hodiernum peculiari tractatione deſcripſerunt, quosque ex inſtituto commendarunt Thomas Cronius in Part. XV. Animadv. Hiſt. Philol. §. XI. n. XXIV. p. 123-130. Sev. Walth. Sluterus in Propylæo Hiſt. Eccleſ. Chriſt. pag. 204. ſqq. Dan. Georg. Morhofius Polyhiſt. Tom. III. Lib. V. § XXXII. pag. 67. ſqq. Dan. Hartnaccius in Bibliothecario Germ. idiom. ed. Holm. & Hamb. 1690. in 8. p. 297. ſqq. in der Anweiſung zum ſtudio Theologico; commendandi veniunt partim ex his partim præter hos ex aliis tanquam optimi & ſelectiſſimi.

Scherzer.

(I) B. JOH. AD. SCHERZERUS in Programm. Acad. Lipſ. ed. 1679. in 8. Programm. VII. p. 67. ſqq. de Deſperationis Calvinianorum cauſis; Oratio de Calviniano deſperante. p. 81. ſqq.

Varenius.

(II) B. AUG. VARENIUS in ANTI-CALVINISMO Roſtochii ed. anno 1668. in 4. recenſito a Magnif. Fechtio in Præfat. ad Varenii Comment. in Eſaiam ed. noviſſ. d. a. 1708. in 4. Roſtoch. & Lipſ. n. XIII. Scriptorum Varenii p. m. 97.

Loeſcher.

(III) VALENTINUS ERNESTUS LOESCHERUS in Hiſtoria Exquiſita Motuum Lutheranos inter & Reformatos exortorum ſive Ausführliche Hiſtoria Motuum zwiſchen denen Evangeliſchen Lutheriſchen und Reformirten Erſter Theil. Franckf. und Leipz. 1707. in 4. Ander Theil. ibid. in 4. 1708. Vid. Collectores Relat. Innoc. ſ. der unſchuldigen Nachrichten d. a. 1707. Ord. II. Nov. n. VI. p. 128. ſqq. & d. a. 1708. Ord. XIV. Nov. n. VI p. 850. ſqq.

Faſciculus.

(IV) Faſciculus Controverſiarum Theologicarum quæſtiones fere omnes atque ſingulas, de quibus inter Auguſtanæ Confeſſionis Theologos & Calvinianos diſceptatur, continens, editus 2ndo Lipſiæ anno M. DC. XI. in 8. & ex Lutheranorum Scriptis hanc in rem ſolum a Franciſco Burmanno in Conſilio de ſtudio Theologico feliciter inſtituendo, ſubjuncto Tomo II. Synopſeos Theologiæ p. m. 669. §. XXII. ed. Amſtel. 1699. in 4. Studioſis Theologiæ legendus propoſitus, quemque ex omnibus unum fere ſibi ſelegit Nicolaus Arnoldus, Theologus Franekeranus, quem in Luce ſua in Tenebris impeteret, vindicari cœptus tribus Diſputationibus, ab immortuo iis dein B. JOH. BENED. CARPZOVIO, Lipſienſ. Theologo, omni-

omnibus rebus tam externis quam domeſticis exornato, editis & habitis *Lipſiæ* M. DC. XCVIII. in 4.

Theol. Marp. & Feuerbornius.

(V) JUSTUS FEUERBORNIUS in Fundamentali deductione Marpurgi M. DC. XXXVI. in fol. ed. *Theologorum* Marpurgenſium nomine edita & a *Theol.* Witteb. in Fundam. probationis Appendice n. XXXVIII. p. 534. ſqq. addito anno in ed. Marpurg. omiſſo. M. DC. XXXV. repetita item in Sex Faſciculis & duobus Syntagmatibus Witteb. 1649. & *LIV.* iterum in 8. editis & poſtea anno 1671. Gieſſæ in form. 4ta. in unum volumen collectis & ſub titulo Operum Theologicorum FEUERBORNII publicatis; Quæ Scripta Feurborniana ſi quis cum ſpeciali refutatione Caſſellenſium, *Epiſtolarum* amœbæarum collatione, ut ex Fundamentali probatione *Theologorum* Wittebergenſium conſcripta nomine FCtis *Theol.* Witteb. ab Abrahamo Calovio, editaque Witteb. 1664. in 4. ſub tit. Gründlicher Beweiß, daß die Calviniſche Irrthümer den Grund des Glaubens betreffen und der Seeligkeit nachtheilig ſeyn. Quæ omnia ſi quis probe cognovit, non multum amplius deſiderabit hoc in ſtudii ſcilicet Hiſtoriæ Religionis Calvinianorum ejusdemque ſtatus hodierni genere.

Witt. Theol.

Schomerus.

(VI) JUSTUS CRISTOPHORUS SCHOMERUS Theol. quondam in Acad. Roſtoch Doct. & Prof. in Collegio Anti-Calviniano toties deſcripto atque expetito, Roſtochii anno 1708. in 4. evulgato opera D. Henr. Aſcan. Engelkenii, SS. Th. D. & PP. Roſtoch. præmiſſa Diſſertatione eaque ſuccincta de graviſſimis quibusdam Reformatorum controverſiis iisque domeſticis. Quocum conf.

Lintrupiana Calviniſmi Hiſtoria eaque Literaria & quidem promiſſa.

(VII) SEVERINI LINTRUPII, SS. Th. D. & Prof. Hafn. Hiſtoria Calviniſmi, hactenus quantum conſtat, inedita, delineata, in Reliquiis Incendii Bergenſis ultimi ſeu deſignatione Tract. Diſſert. Schediaſm. edendorum. Hafn. ed. in 4. 1704. pag. 28. 29. ſequenti momentorum in ea contentorum eoque nervoſo recenſu: *Hiſtoria Calviniſmi*, qua „Religionis & Eccleſiæ Calvino-Reformatæ, ortus, progreſſus, doctrina, „doctores, ritus, ſedes, controverſiæ inteſtinæ, perſecutiones, Acta, Colloquia, „quæſita cum Evangelicis conciliatio, molimina Saxonica, Actaque adeo & „fata per Angliam, Belgium, Bohemiam, Galliam, Germaniam, Helvetiam, „Hiberniam, Hungariam, Piemontium, Scotiam, Transſylvaniam &c. ex „Actis Publicis, Epiſtolis & Scriptis omnium partium, ſpeciatim, *Adami*, „*Altingii*, *Balquenqual*, *Baſelii*, *Baſnagii*, *Benthombii*, *Bezæ*, *Brandt*, *Burneti*, „*Calovii*, *Calvini*, *Camerarii*, *Chytræi*, *Cæleſtini*, *Criſpini*, *Crocii*, *Foxii*, *Frimelii*,

lii, Fülleri, Gramondi, Halſii, Hartknochi, Heylini, Hoſpiniani, Hottinge-„ ri, Hütteri, Lipſii, Lavateri, Liebbardi, & Adverſar. *Lundorpii, Maimburgii,„* & Adverſar. *Meterani, Mülleri, Peuceri* & Adverſariorum, *Rabi, Rangonis,„ Reineccii, Schlüſſelburgii, Seckendorffii, Sleidani, Soulerii, Spanhemii Sponii,„ Spootſwodii, Thuani, Triglandii, Utenhovii, Uytenbogardi, Walpurgeri, Wen-„ gerſcii, Wigandi,* aliorumque etiam Anonymorum, occaſione motuum „ Gallicorum & reliquorum ſynoptice deſcripta exhibebuntur, cum ap „ pendicula *Bibliotheca Anti-Calviniana*, Summariis item atque Indicibus „ in 12.„

§. IX.

Ex Scriptis illis quibus Scriptores Statum SOCINIANORUM eorumque Religionis Chriſtiano nomine latentis & ſerpentis peculiari expoſitione declararunt, præter illa quæ commendarunt Sev Walch. Sluterus in Propylæo Hiſt. Eccleſ. Chriſt. p. m. 237. ſq. Dan. Georg. Morhoſius in Polyhiſtore Tom. III. Lib. V. §. XXXIII. p. 68. Dan. Hartnaccius Anweiſung zum ſtudio Theologico p. 303. ſq Bibliothecarii Holm. & Hamb. ed. 1690. in 8. tanquam optimum & ſelectiſſimum ſcriptum commendatur meritoChriſtophori Sandii Catalogus Scriptorum Socinianorum, ſubjunctus Append. II. p. 273. ſqq. Sluteriani Propylæi ex edit. Lipſ. & Luneburg. d. a. 1696. in 4. Ejusdem CHRISTOPHORI SANDI Opus poſthumum ſub tit. *Bibliotheca Antitrinitariorum* ſive *Catalogus Scriptorum & ſuccincta narratio de vita eorum Autorum qui præterito & hoc ſeculo vulgo receptum dogma de tribus in unico Deo per omnia æqualibus Perſonis vel impugnarunt vel docuerunt ſolum Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti eſſe illum verum ſeu altiſſimum DEum. Accedunt alia quædam Scripta quorum ſeriem pagina poſt Præfationem dabit. Quæ omnia ſimul juncta Compendium Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ UNITARIORUM, qui SOCINIANI vulgo audiunt, exhibent.* Freiſtadii apud Johannem Aconium clo. Ioc. LXXXIV. in 8. *Vincentius PLACCIUS* in Tract de Scriptoribus Anonymis ed. noviſſ. in fol. Hamb. d. a. 1708. n. 1187. pag. 302. de Sandiano illo Catalogo hæc,„ habet; Chriſtoph. Sandii Bibliotheca Anti Trinitariorum quod a Viro,„ quodam docto ſit locupletata plus quam LXX. Autoribus, nec dum SAN-„ DIO, huic operi immortuo nominatis, & acceſſionibus etiam ad nomi „ natos bene multis, ipſa Præfatio Libri docet. Eum eſſe ANDREAM,„ WISSOWATIUM cujus ibid. p. 207. & ſeqq. narratio inſeritur; fama &,„

§. IX. De Socinismo hodierno Scriptor Selectiſſimus

Chr. Sandius

De quo apponitur judicium PLACCII

„conjectura multiplex & confeſſio Socinianorum ad me perlata ex ore „illorum & Cl. Joh. Alb. Fabricii Symbola confirmant.

& Mölleri.

Joh. Gottl. Möllerus Prof. quondam Græc. Ling. Roſtoch. & Primæ atque Pract. Philoſ. in Athen. Gedan. Diſp. pecul. Roſtoch. hab. 1697. de Chriſtophoro Sandio ejus impoſturis & ſubdola erga SS. Patres reverentia Cap. I. § X. p. 9. 10. „de Sandiano illo Catalogo ſequentia communicat: Ne tot & tanta con„tra ſummos fidei articulos, in ſpecie Myſterium SS. Trinitatis, inaudito „moliri videretur exemplo, ad orbis conſenſum eruditi provocare auſus „eſt SANDIUS conſcribendo Bibliothecam Anti-Trinitariorum, quam a„micorum aliquis B. W. forſan BENEDICTUS WISSOWATIUS, „Filius ANDREÆ WISSOWATII (cujus mentionem injicit Sandius in „appendice ad Nucleum p. 62.) ceu nonnulli haud improbabiliter autu„mant, poſt fata SANDII publicavit Anno M DC. LXXXIV. Siquidem „ab Auctore pariter ac Editore conſignatum eſſe ac publicatum opuſcu„lum, non modo ut *Compendium Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Unitariorum qui So„ciniani vulgo audiunt exhiberet* [ut citatus promittit titulus]; ſed ut le„ctorem quoque improvidum, *ſiſtendo, velut in Theatro, illius religionis Vi„ros, quæ ad hodiernum usque diem hæreſeos nomine audit*, [verba editoris ſunt „l. c. in Præfat.] deciperet, quo hæreſin, tanto a tot Virorum eruditiſſimis ap„plauſu exceptam, pro dogmate Eccleſiæ haberet; nimis eſt manifeſtum „ſingulis quotquot conſvetas Autoris fraudes, cum ipſo ſcripti textu cu„ratius contulerunt.

Selecti Scriptores reliqui inſinuantur Varenius.

Conf. de cæteris *B. AUG. VARENII Anti-Socinismus* Orthodoxus Roſtoch. ed. in 4. anno non adpoſito, & recenſitus a Magnif. Fechtio in Præfat. Varenii Comment. in Eſaiam præfixa edit: noviſſ. Roſtoch. & Lipſ. in 4. d. a. 1708. Scriptorum Varenianorum n. XIV. p. m. 98. ſq.

Schomerus.

B. JUST. CHRISTOPH. SCHOMERI Collegium Anti-Socinianum, Diſputationibus publicis ventilatum & publicæ luci expoſitum ab Henr. Aſcan. Engelkenio SS. Th. D. & P. P. Roſtoch. anno 1706. Roſtoch. in 4to præmiſſa Diſſertatione ſua de Damnabili Sociniſmi Gangræna h. e. Sectæ Socinianæ natura, Autoribus, Anteceſſoribus, atque progreſſu, nec non ſubjunctis B. SCHOMERI Theſibus Anti-Socinianis.

Lintrupiana Sociniſmi Hiſtoria eaque Literaria & quidem promiſſa

SEVERINI LINRRUPII, Hiſtoria Anti-Trinitaria, hactenus quantum conſtat, inedita, delineata in Reliquiis Incendii Bergenſis ultimi ſeu Deſignatione preſſiori Tr. Diſſert. Sched. edendorum. ed. in 4. Hafn. anno 1704. pag. 27. 28. & quidem ſequenti verborum æque ac argumentorum ponderoſo recenſu: *Hi„ſtoria Anti-Trinitaria*, qua Τριαδο-Χριςο & πνευματο-μάχοι ſeu ut appellari

pellari amant Unitariorum tam Veterum, utpote Arianorum, Cerinthia-„ norum, Ebionitarum, Eunomianorum, Macedonianorum, Noëtianorum„, Photinianorum, Sabellianorum, Samoſatenianorum, aliorumque ex Hære„ ſiologis, Patribus & Conciliis, quam Recentiorum, præcipue Sociniano-„ rum, ortus, progreſſus, principia, Ante ſignani, media, Scriptores, doctrina, „ ſedes, cum hæreſibus antiquis parallelismus, Adverſarii, proſcriptiones fa-„ taque adeo univerſa ex actis & hiſtoria Seculi XVI. & XVII. elapſi Scri-„ ptis omni ex parte, præſertim ex inſtituto in eos editis, *Ashwello, Biblio-„ theca Unitariorum, Bullo, Calovio, Cheynello, Cloppenburgio, Hoornbeckio,„ Jurio, Lubieniecio, Sandio, Schertzero, Sherlockio, Stillingfleeto, Wengerſcio,„ Woodio*, aliisque Anonymis, præſertim Anglis Scriptoribus, compendio re„ cenſentur: cum Antidotis, adverſus eos, catalogo Bibliothecæ Anti-Tri„ nitariæ Summariis atque Indicibus neceſſariis in 12. Conf. & D. JOH.„ FRID. MAYERI *Prælectiones Academicæ, Socinianiſmi recenſentes Hiſtoriam*, Gryphisw. Diſp. pecul. ventilatæ, Reſp. Laur. Chriſtoph. Wudrian. A. 1708. quibus exhibentur (1) Lælius & Fauſtus Socinus, a quibus Hæreſis nomen habet. (2) Horum in errore præcipuo, circa negatam veram Chriſti Deitatem, Anteceſſores. (3) Succeſſores. (4) Clavis quorundam nominum Fictitiorum. (5) Socinianorum Catechiſmi. (6) Socinianorum Verſiones N. T. (7) Bibliotheca Fratrum Polonorum. (8) Socinianorum Scholæ, Typographiæ. (9) Sociniani an Chriſtiani. (10) Remonſtrantium & Socinianorum neceſſitudo. (11) Socinianorum Adverſarii.

Mayeriana Socinianiſmi Hiſtoria eaque Literaria

§. X.

§. X. De Arminianiſmo hodierno Scriptor Selectiſſimus

Ex Scriptis illis, quibus Scriptores ſtatum ARMINIANORUM eorumqve Religionis hodiernum peculiari colluſtrarunt deſcriptione præter illa, quæ commendarunt Sev. Walth. Sluterus in Propyl. Hiſt. Eccleſ. Chriſt. p. 199. 200. 235. Caſp. Sagittarius Introd. in hiſtor. Eccleſ. Cap. XXXIII. Sect. XII. pag. 872-875. [quibus & ipſa Introd. Sagittarii accenſenda a pag. 858. ſqq.] Dan. Georg. Morhofius Polyhiſt. Tom. III. Lib. V. §. XXXII. p. 67. 68. Dan. Hartnaccius in der Anweiſung zum ſtudio Theologico, pag. 306. ſqq. Bibliothecarii Holm. & Hamb. ed. 1690. in 8. optimorum & Selectiſſimorum Scriptorum numerum adimplent, *Epiſtolæ Eccleſiaſticæ & Theologicæ, præſtantium & eruditorum Virorum, quarum longe„ major pars ſcripta eſt a Jacobo Arminio, Johanne Uytenbogardo, Conrado*

Limborchius & Scriptum Selectiſſimum

Epiſtolæ Arminianorum. De quibus apponitur judicium Sagittarii

„*Vorſtio, Gerh. Joh, Voſſio. Hugone Grotio, Simone Epiſcopio, Caſp. Barlæo* „*ſecundum auctius editæ Amſtelod.* An. 1684. in fol *per PHILIPPUM a* „*LIMBORCH.* De quibus Epiſtolis *Caſp. Sagittarius* Introd. ad Hiſtor. Ec„cleſiaſt. Cap. XXXIII. Sect. XII. p. 875. ita judicat. Cæterum magna „pars Hiſtoriæ, Arminiano-Remonſtranticæ petenda eſt ex Epiſtolis præſtan„tium & Eruditorum inter Remonſtrantes Virorum Eccleſiaſticis: qua„rum primam editionem CHRIST. HARTSOECKERUS cœtus eorum „Fridericopolitani in Holſatia & Roterodamenſis ad annum usque emor„tualem clɔ. Iɔ. LXXXIII. Eccleſiaſtes, & PHILIPPUS a LIMBORCH, „Amſtelodamenſis; illorum Eccleſiæ adhuc dum Antiſtes, Ann. clɔ Iɔclx. „Amſtelodami Latino, & biennio poſt, ibidem, Belgico idiomate ex Epi„ſcopii, Vorſtii, Barlæi ſuisque Scriptis publicarunt; poſteriorem Epiſto„larum plusquam CCC auctario ſuperbientem & ſex in univerſum illa„rum centurias cum dimidia exhibentem, ſoli LIMBURGIO debemus, „qui typis eam Amſtelodamenſibus anno clɔ. Iɔc. LXXXIV. vulgavit.

Lipſienſ. Coll.

Lipſienſ. Act. Erud. Collect. d. a. 1684. menſ. Jul. p. m. 295. & ſqq. ubi novam editionem Epiſtolarum harum recenſent ita inter alia de Epi„ſtolis his Arminianis judicant p. 296. Eo magis gratum Epiſtolarum il„lud volumen Eruditis accidit, quod non tantum momenti plurimum „adferrent ad hiſtoriam motuum illorum, quibus Fœderatum Belgium ſu„perioribus temporibus graviſſime concuſſum fuit, illuſtrandam, ſed & de „difficilimis fidei Chriſtianæ articulis doctiſſimorum Virorum meditati„ones exhiberent, Politicis etiam & Philoſophicis diſcurſibus hic illic in„terſperſis. Eam enim circumſpectionem adhibuerunt Epiſtolarum edi„tores, ut non quascunque promiſcue & ſine delectu, ut ab aliis fieri aſſo„let, ſed eas tantum, quæ fructum allaturæ Lectori eſſent indubitatum, „publici juris facerent; ordine etiam qui conveniens maxime erat, tempo„ris ſcilicet, quo quæque exaratæ ſunt, ſervato, ut rerum hoc geſtarum ſe„culo hiſtorica quædam connexio Lectori pateret.

& Rechenbergii

Adamus Rechenbergius in Vol. Diſpp. Philol. Hiſt. Eccleſ. & Hiſt. Lit. ed. Lipſ. in 8. 1707. Diſp. de uſu Epiſtolarum Clarorum & Illuſtrium Virorum §. LXXII. p. m. 481. 482. judicium ſuum de Epiſtolis Arminianorum his verbis expoſuit: „In Belgio de quinque Articulis inter Reformatos Theologos, ſub initium „Seculi huius (XVII. nempe) vergentis, enatum ſchisma, omnibus quidem „ex Actis Synodi Dordracenæ, Arminii & Simonis Epiſcopii Scriptis jam „ſatis notuit multis quoque libris jam perſtrictum & confutatum fuit. Ve-

rum

rum fallor ego, aut quæ Remonſtrantium ſunt diverſæ opiniones, qui-„ buſque modis Sectam firmare ſuam, mutuo Epiſtolarum invicem com-„ mercio moliti ſunt, ſub *præſtantium ac Eruditorum Virorum* nomine pu-„ blicatæ *Epiſtolæ Eccleſiaſticæ & Theologicæ*, dilucidius docent. Ideo in-„ ſpicere ac evolvere eas, e re, maxime Theologi, erit, qui intimiorem Sectæ„ notitiam habere avet. Multa etiam in iis occurrunt quæ hiſtoriæ Armi „ nianiſmi lucem affundunt majorem „ Conf Severini LINTRUPII, HISTORIA ARMINIANISMI hactenus, quantum conſtat, nondum edita, delineata ſequentibus verbis in Reliquiis Incendii Bergenſis ultimi ſeu deſignatione preſſiori, Tract. Diſſert. Sched. edendorum Hafn. ed. 1704. in 4. pag. 30. *Hiſtoria Arminianiſmi* ſeu de Remonſtrantium Auctore,„ Arminio, ortu, progreſſu, Fautoribus, dogmatis, controverſiis, Adverſa „ riis, item conflictibus, in Concilio Dordraceno damnatione, coloniis & ſe „ dibus, Scriptis publicis, Syncretiſmo cum Socinianis, aliiſque memorabi-„ libus, cum ſimili Bibliothecæ Anti-Arminianæ catalogo, Indicibus item &„ Summariis.„ Conf. & B. D. JOH. FRID. MAYERI *Hiſtoria Arminianiſmi* quam ſub ejus Præſid. Diſp. publ. expoſuit Dion. Caſp. Droyſen Gryphisw. 1711. & cujus Cap. I. hiſtorico-literario recenſu enumerat Autorem Arminianorum, *Jacobum Arminium* ejuſque ſequaces, *Sim. Epiſcopium, Steph. Curcellæum, Arnold. Poelenburg* Cap. II. *Caſp. Barlæum, Petr. Bertium, Adr. Borrium, Joh. Clericum, Joh. Arn. Corvinum, Joh. Petr. Arnold. Geisleri anos, Sim. Goulartium, Nic. Grevinchovium, Hug. Grotium, Phil. a Limborch, Aſverum Matthiſium, Edmundum Mercerum, Carolum Nioltium, Eduardum Poppium, Dan. Henr. Statium, Adolph. Venatorem, Gerh. Joh. Voſſium, Joh. Uytenbogardum, Henr. Welſing.* Cap. III. Arminianorum ſcripta publica, Remonſtrantia, Synodo Dordracena exhibita, Confeſſionem, Apologiam, Catechiſmum, Arminium. Cap. IV. Errores Arminianos. Cap. V. quærit: Utrum Remonſtrantes Socinianorum aut Pontificiorum aut Lutheranorum fidei ſint neceſſarii? Ultimum negatur. Cap. VI. Enarrat Remonſtrantium Adverſarios, fata, proſcriptionem, reſtitutionem, tentatam cum Calvinianis reconciliationem eorumque in hodiernis Pietiſtis incrementa.

Lintrupiana æque ac Meyeriana Arminianiſmi Hiſtoria eaque Literaria.

§. XI.

§. XI.
De Fanaticiſmo hodierno Scriptor Selectiſſimus

Ex Scriptoribus illis qui Statum FANATICORVM eorumque Religionis hodiernum peculiari detexerunt enodatione, præter illos qvos commendarunt Sev. Wath. SLUTERUS in Propyl. Hiſt. Eccleſ. Chriſt. p. 212. 213. 233. 234. Caſp. Sagittarius Introd. in Hiſt. Eccleſ. Cap. XXXIII. Sect. XXIX. pag. 944. 945. Dan. Georg. Morhofius Polyhiſt. T. III. Lib. V. §. XXXVI. p. 69. Dan. Hartnaccius in der Anweiſung zum Studio Theologico p. 312. ſq. Bibliothecarii ed. Holm. & Hamb. in 8. 1690. Commendatur juſtiſſime tanqvam optimus Scriptor & Selectiſſimus

JÆGERUS

JOH. WOLFG. JÆGERUS Theol. D. & Prof. Tub. nec non Cancell. Tubing. in Diſſert. Tubing. hab. & ed. 1706. de *Enthuſiaſmo moderno* qva breviter exponuntur ejus natura principia qvalitates virtutes & vitia. Et in *Examine Theologiæ novæ* i. e. *Fanaticæ*. Tubingæ ed. anno 1707. in 8. recenſito a Collect. Act. Erud. Lipſienſ. d. a. 1708. m. Decembr. p. 543. ſqq. De quo rectiſſime ita judicant Collect. Nov. lit. Europ. & Germ. Hamburg. d. a. 1707. m. April p. m. 124. 125. Novum opus incepit JOH. WOLFG. JÆGERVS quo Comparationem Theologiæ Symbolicæ cum hodierna Theologia Fanaticorum, maxime illorum principis POIRETI inſtituit. Opus eſt & magnificum & præſenti Seculo apprime utile, quippe qvod novis tantum prurientium ingeniorum deliramentis delectatur, ac umbras ſectatur, corpus ipſum, veritatem, negligit. Ut ideo nunqvam deprædicari eorum Theologorum opera ſatis qveat, qvi diſpellere iſtas obfuſcatorum cerebellorum tenebras, ut plena lux orthodoxæ pietatis omnibus illuceſcat, allaborant. Qvod cum efficere nitatur Autor eo majori pretio illius opera æſtimanda erit qvo majori niſu ac ſtudio id agit ut orthodoxia contra malevolorum Fanaticorum tum imprimis POIRETI, tum aliorum [multa enim & varia genera illorum hodierna ætas fert] technas atqve molimina ex Scriptura Sacra, θεογνωσίας vero fonte, & Libris Eccleſiæ noſtræ Symbolicis inconcuſſa ac illibata ſervetur, defendatur. Conferenda ſunt cum Opere hoc Jægeriano alia Theologorum & Philoſophorum genuinorum Scripta de Fanaticis exactiſſima noviſſime publicata, utpote D. VAL. ERN. LOESCHERI *Prænotiones Theologicæ* Witteb. ed. 1708. in 4. recenſitæ a Collect. Act. Erud. Lipſ. d. a. 1708. m. Aug. p. 356. ubi ſolide vindicat veritatem cœleſtem a moderno Fanaticiſmo

De quo judicium apponitur Collect. Hamburg.

Digitized by Google

ticiſmo Fanaticorum & quidem Deiſtarum. p. 81. ſqq. Indifferendiſtarum. p. 121. ſqq. Anti Scripturariorum p. 161. ſqq. Anti-Dogmaticorum & quidem craſſiorum pag. 225. ſqq. ſubtiliorum. p. 261. ſqq. D. JOH. GEORG. NEUMANNI Diſp. Theol. Witteb. hab. 1706. de *Apotheoſi Fanaticorum.* vid. Collect. Hamb. Nov. Lit. Eur. & Germ. d. a. 1706. m. Jun. p. 198. D. JOH. KAHLER Prof. prim. Theol. Rintel. Diſſ. Hiſt. Theol. anno 1703. Rintelii hab. de *Hæreſi Enthuſiaſtarum abominali.* Vid. Collect. Hamb. d. a. 1704. m. Jan. p. m. 39. SEB. EZARDI Prof. Gymnaſ. Hamb. anno 1703. in 4. Hamb. ed. *Impietas Cohortis Fanaticæ* ex propriis Speneri, Rechenbergii, Peterſenii, Thomaſii, Arnoldi, Schuzii, Boehmeri, aliorumque Fanaticorum Scriptis, plus qvam apodicticis argumentis oſtenſa. Vid. Collect. Hamb. d. a. 1703. m. Mart. p. 120. JOH. GUIL. STRICKERI *Decas Decadum Fanaticarum,* qvibus Fanaticorum noſtræ ætatis nota in publicum Lutheranæ Eccleſiæ dedecus convitia ac ſcommata ad Scripturæ Lydium Lapidem examinantur. Neobrand. 1706 in 4. Vid. Collect. Nov. Lit. Mar. Balt & Sept. Lubecenſ. d. a. 1707. m. Jan. p. 176. PETRI ZORNII Diſſ. Hiſtor. Theol. Roſtoch. ed. anno 1707. in 4to moderatore D. ZACHARIA GRAPIO Reſpondente JOH. PHIL. SAWART de *Philtris Enthuſiaſticis Anglico-Batavis* h. e. Von dem Engliſch- und Holländiſchen Quäcker-Pulver; apud Collect. Lubecenſ. d. a. 1707. m. Mart. p. 65. ſqq. D. SAM. SCHELGVIGII SS. Theol. D. & Prof. Gedanenſ. *Qvakeriſmus confutatus.* Francof. & Lipſ. 1690. in 4to Vid. Collect. Act. Er. Lipſienſ. d. a. 1697. m. Jan. p. 17. & d. a. 1700. m. Mart. p. 106. Ejusd. *Qvakeriſmus confutatus* per Filium Gottl. Schelgvigium *in Theſes contractus* in Acad. Gryphisw. ſub Præſid. D. JOH. FRID. MAYERI. anno 1706. in 4to. Vid. Coll. Lubecenſ. N. L. M. B. & Sept. 1706. m. Dec. p. 364. FRID. CHRIST. BUCHERI Eccleſiaſt. Gedan. Liber vernaculus de *Fundamentis Fanaticiſmi* Anno 1699. in 4to. Ged. ed. Vid. Collect. Lubecenſ. d. a. 1699. m. Aug. p. 230. 231. & Scriptis variis aliis. JOH. JOACH. ZENTGRAVII, Diſſ. pecul. de *Enthuſiaſmo Divino & Diabolico.* Argent. hab. & ed. 1706. in 4. & *Colluvie Qvakerorum* ſecundum ortum, progreſſum & dogmata monſtroſa. Arg. ed. 16-3. in 4. GUSTAVUS HERWECH, Phil. Mag. Wermel. Suecus in Tr. ct. Lipſ. & Wiſm. 1708. in 4. ed. qvo *Atheiſmum Fanaticiſmi* ſive BOEHMI naturaliſſimum & Spinoſiſſimum ex principiis & fundamentis Sectæ Fanaticæ, matris Pietiſmi, eruit, detegit & ex tenebris in lucem protrahit.

Neumann
Kahler
Ezardi
Stricker
Zorni
Schelguig
Bucher
Zentgravi
Herwich

Lintrupiana Fanaticiſmi Hiſtoria eaqve Literaria & quidem promiſſa

trahit. §. VIII. & ſqq. SEVERINI LINTRUPII *Hiſtoria Fanaticiſmi* atque *Enthuſiaſmi generalis*, hactenus qvantum conſtat, inedita, delineata in incendii Bergenſis ultimi reliqviis ſive presſiori deſignatione Tract. Diſſ. Sched. edendorum ed. Haſn. 1704. in 4. p. 29. 30. ſeqventibus contento„rum inſinuatis nervoſe momentis: *Hiſtoria Fanaticiſmi* atque *Enthuſiaſmi* „*generalis*, ſeu de Anabaptiſtarum, Bœhmiſtarum, Chiliaſtarum, Enthuſia„ſtarum, Labadiſtarum, Paracelſiſtarum, Qvackerorum, Roſæ-Crucianorum, Schwenckfeldii, Weigelianorum, aliorumqve id genus Fanatico„rum, origine, progreſſu, Primipilis, Sectis, Factionibus, Paradoxis, Scri„ptis, Adverſariis, Fatis, aliisqve obſervatu dignis rebus, ad noſtra usqve „tempora. Cum *Mantiſſa* de nupera συρράξει Pietiſtica ejusqve Hiſtoria, „Apparatu Anti-Fanatico, Indicibus & Summariis ſimilibus.

§. XII.

§. XII. De Naturaliſmo hodierno Scriptor Selectisſimus

Buddeus.

Ex Scriptoribus illis, qvi Statum NATVRALISTARVM eorundemqve Religionis hodiernum peculiari expoſuerunt deſcriptione, præter illos, qvos commendarunt Sev. Walth. Slüterus in Propylæo Hiſt. Eccleſ. Chriſt. p. m. 225. coll. p. 215. & Dan. Georg. Morhofius in Polyhiſt. Tom. III Lib. V. §. VIII. p. 47. 48. commendandus venit tanqvam optimus & Selectisſimus Scriptor D. JOH. FRANC. BUDDEUS, Theol. D. & PP. Jenenſ. in Parergis Hiſtorico-Theologicis Hal. Magd. ed. 1703. in 8. de qvibus vid. Collect. Act. Erud. Lipſienſ. in Act. a. 1703. m. Jul. p. 328. & Collect. Nov. Lit. Europ. & German. Hamb. in N. L. a. 1703. m. Majo p. 181. Ubi Diſqviſitio ocurrit Hiſtorico-Theologica eaqve inaug. anno 1695. Halæ qvondam hab. ſub Præſid. D. Bayeri numero decima tit. *Animadverſiones in Petri Chauvini librum de religione naturali*: qva de inſufficientia luminis naturalis ad ſalutem, de libero arbitrio, de electione & reprobatione, de vitæ humanæ termino, de conſcientia, de concurſu DEI ad actiones hominum malas, de concordia rationis & religionis Chriſtianæ, de adoratione Chriſti dum inter mortales verſatus eſt, de lege naturali deque Peccato Originali, erudita & exacta commentatio ſuſcipitur. Et in præfatione nova ad Lectorem monetur animadverſiones haſce neutiquam intempeſtive nunc rurſus publicari, quod nondum hocce ſaxum volvere deſinant Viri Eruditi, ſed quisque pro lubitu Sacræ doctrinæ aliquod ſibi Syſtema fingat, ſolum, ne quid admittere cogatur quod ratio perfecte non capiat,

Digitized by Google

capiat, prout ſigillatim, quid LOCKIUS quid JOH. CLERICUS aliisqve poſt CHAUVINUM hac in controverſia ſtatuerint, demonſtrat. Cum Buddeo conferendi ſunt D. VAL. ERN. LOESCHERUS SS. Theol D. & Prof. quondam Witteb. in *Prænotionibus Theologicis* Witteb. 1708. in 4. ed. ubi ſolide vindicat veritatem cœleſtem a moderno Naturaliſmo Naturaliſtarum Univerſariorum p. 41. ſqq. Irreligionariorum. p. 51 ſqq. Anti Scripturariorum. p. 145. ſqq. Mechanicorum. p. 210. ſqq D. PAULUS ANTONIUS SS. Th. D & P. P. Halenſ. in Diſp. Theolog Hal. Magdeb hab. anm M. DCCVIII. & in 4. ed. ſub tit. Strictur æ Hiſtorico - Theologicæ in varia *Naturaliſmi* & Rationaliſmi Capita. D. GEORG. FRIED. NIEHENCK Præſ & Reſp. Autor Joh. Conr. Böckmann in Diſſertat. Academ. Roſtoch. hab. & ed. in 4. M. DCCVIII. de Natura contra *Naturaliſtas*, aliosqve. SEVERINUS LINTRUPIUS in *Hiſtoria Naturaliſmi*, hactenus quantum conſtat inedita, delineata in Reliquiis Incendii Bergenſis u'timi ſive presſiori deſignatione Tr. Diſſ. Sched. edendorum Haſn. ed. in 4. 1704. p. 17. ſequentibus verborum, rerum & Autorum ſuccincte inſinuatis articulis: *Hiſtoria Atheiſmi*, *Deiſmi*; *Naturaliſmi* atqve *Indifferentiſmi* ſeu de „ *ἀσεβείας* Atheiſticæ nominibus variis, ortu, progreſſu, cauſis, fulcris, Au-„ toribus, Scriptoribus, differentiis, gradibus, Sectis, præjudiciis, & Epicherematis præcipuis, ab orbe condito ad noſtra usqve tempora poſt diligen „ tisſimos, *Claſenii*, *Diecmanni*, *Grobendonckii*, *Kettneri*, *Kortholti*, *Læſcheri*, „ *Mülleri*, *Reiſeri*, *Spizelii*, *Tribbechovii*, *Voëtii*, *Wagneri*, *Weberi*, aliorumqve, „ labores, perpetuo filo deducta narratio: cum Antidotis contra Atheiſmum, „ generalibus & vindiciis S. Scripturæ & Religionis Chriſtianæ neceſſariis, „ ex optimis ac recentisſimis præcipue Impietatis oppugnatoribus, ut aliis, „ ita præſertim *l' Abadie Amyraldo*, *Bentley*, *Calixto*, *Derodone*, *Dyrois*, *Ed* „ *wardo*, *Grotio*, *Grosgebawer*, *Hale*, *Henichio*, *Huetio*, *Laſſenio*, *Lenæo*, *Mor*-„ *næo*, *Moro*, *Nichols*, *Panſa*, *Parkero*, *Riddero*, *Savanarola*, *Seckendorffio*, *Sey* „ *nerio*, *de la Serre*, *Spanhemio*, *Stillingfleet*, *Tillotſono*, *Vaſſor*, *Vivr*, *Wittichio*. „ *Wolſeley*, *Tvonio*, aliisqve ſtudioſe collectis; cum appendicula de famoſo, „ Beckeri Mundo Faſcinato, ſtrictim in præcipuis hypotheſibus & funda „ mentis excuſſo; ſubjicitur deniqve Repertorium Bibliothecæ Anti - Athei „ ſticæ cum indicibus in 8. „

Cum quo conf. Læſcherus.

Antonius

Niehenck.

Lintrupius

Digitized by Google

§. XIII.

§. XIII.
De Superſtitioſorum Religione hodierna.
Scriptor Selectiſſimus Arndius.

Ex Scriptoribus illis, qui ſtatum SUPERSTITIOSORUM & quidem VANORUM eorumqve Religionis hodiernum peculiari examinarunt inquiſitione, tanquam optimus & Selectiſſimus commendandus venit B. JOSUA ARNDIUS Concionator quondam Aulicus isqve Guſtrovienſis Mecklenb. & Conſiliarius Eccleſiaſticus primarius in *Tractatu practico de Superſtitione* quatenus vulgo vanam exercet obſervantiam vel alias deducit ad Magiam, in uſum Paſtorum, verbi Miniſtrorum, cæterorumqve pie doctorum Autoritate publica conſcriptus. Guſtrovii editus typis Scheippelianis Anno M. DC. LXIV. De quo judicium adſcribimus D. JOH. FECHTII, τȣ πάνυ, Exercit. V. Schediaſm. Sacr. recuſ. Roſtoch. 1706. in 8. ſub tit. Specimen Analyſeos Logicæ exemplo Controv. de Principio Theologiæ oſtenſæ Part. Poſt. §. XV. p. 1064. & quidem ſequentibus verbis conſignatum: *Sunt Superſtitionis innumeri modi, quos Sereniſſimi GUSTAVI ADOLPHI Mecklenburgici mandato, eradicando, quantum fieri poteſt, ex Eccleſia inveterato malo, per indices quaſi recenſuit, Tractatu de Superſtitione practico JOSUA ARNDIUS, digno certe quem Religioſuli illi diligenter intueantur atqve expendant.*

De quo judicium aſſertus Fechtii.

Reliqui Scriptores Selectiſſimi inſinuantur.

Conferendi ſunt cum Scripto hoc & Tractatu Arndiano Scripta hoc de argumento alia, utpote Chriſtoph. Henr. *Amthorii* Diſſ. Polit. de Habitu Superſtitionis ad vitam civilem, Kilon. hab. 1708. Joh. Guil. *Bajeri* Diſp. Theol. Moral. Jen. hab. 1682. de Superſtitione. Fried. Wilh. *Bierling* Diſp. Rintel. hab. 1701. de Superſtitione arcano dominationis & Martinus *GEIERUS* Diſquiſitione Theologica Lipſ. ed. 1660. in 4. de Superſtitione Joh. Lud. *Hannemann* διάσκεψις Hiſt. Phyſ. de Superſtitione Veterum Gothorum Kilon. hab. 1706. Martini *Karnatz* Diſp. Jurid. Jenæ hab. 1685. ſub Præſidio Joh. Chriſtoph. Hartung de Superſtitione. Leonh. *LESSIUS* Tr. ed. Venet. in fol. 1608. tit. de Jure & Juſtitia cæterisqve virtutibus cardinalibus libri quatuor Lib. II. Cap. XLIII. p. 564. ſqq. Juſtus *Lipſius* in Monitis & Exemplis Politicis Libr. II. Amſt. 1620. in 12. ed. Cap. III. p. 19. ſqq. Jacobus *Schallerus* D. & Philoſ. Moral. PP. Argent. Diſp. 1661. Argent. hab. de Superſtitione. Fr. Baco *de Verulamio* in Sermonibus fidelibus ſeorſim ed. in 12. Lugd. Bat. a 1644. Serm. XVII. p. 82. & ſqq. Gisb. *Voëtius* in Diſpp. Select. Tom. III. Diſp. IX. X. XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI. pag. 91.

Digitized by Google

pag. 91. ſqq.-226. ubi diſſertationes variæ & integræ de Superſtitione. Joh. Joach. *Zentgravius* Exercit. Moral Argent. hab. 1693. de Magia & Superſtitionibus Magicis. Aliiqve quos integro ſi Deus vitam viresqve concedet volumine prodire jubebimus occaſione data una cum Vindiciis Arndiani nominis, & ſubortis hinc Scriptis Eriſticis.

§. XIV.

§. XIV. De Syncretiſmo hodierno. Selecti Scriptores.

Ex Scriptoribus illis qui ſtatum SYNCRETISTARUM eorumqve Religionis hodiernum peculiari evolverunt diſquiſitione quique numeroſiſſimo eodemqve notiſſimo comparent numero præter illos quos commendavit Sev. Walth. Sluterus in Propyl. Hiſt. Eccleſ. Chriſt. pag. 240. tanquam optimi & ſelectiſſimi ſequentes commendantur ſcriptores (I) THEOLOGI WITTEBERGENSES *in conſenſu repetito* fidei vere Lutheranæ in LXXXVIII. punctis. (II) ÆGIDIUS STRAUCHIUS in *conſenſu repetito* a calumniis Fried. Ulr. Calixti vindicato. (III) SALOMON GLASSIUS in ſcripto Germ. ſub tit. Eines Chriſtlichen hochgelahrten und um die Gemeine Gottes wohlverdienten Lehrers der ungeänderten Augſpurgiſchen Confeſſion beſcheidens unvorgreifflisches und gründliches Bedencken über die unter etlichen fürnehmen Churſächſiſchen und Helmſtädtiſchen Theologen entſtandene Streitigkeiten. Ann. M. DC. LXII. in 4. Quod ſcriptum juſſu Electorali confectum & defuncto Autore editum ſummam præ reliquis omnibus Hiſtoriæ & Controverſiæ Syncretiſticæ monumentis commendationem meretur. Cum enim efferveſcerent nimium Controverſiæ Syncretiſticæ, quæſitus eſt Arbiter aliquis qui citra præjudicium inquireret in mentem utriusqve partis Theol. ſcil. Witteb. & Helmſtad. & ſtatum atqve hiſtoriam controverſiæ absqve Perſonæ reſpectu (ut hactenus factum) probaret idqve verbis diſertis quiqve oſtenderet qua parte veritatem qua parte falſitatem defenderint Helmſtadienſes, qua parte peccaverint qua non. Hinc juſſu Electorali provocatus eſt GLASSIUS ut Electori offerret tale Scriptum juxta quod dijudicare poſſet Controverſiam illam Syncretiſticam eandemqve feliciter & ſalutariter componere. Tradidit Electori Scriptum tale GLASSIUS ſed ſtatim poſt traditionem mortuus. Poſt mortem publicatum eſt hoc ſcriptum ſub titulo allegato. (IV) JOH. CONR. DANHAUERUS SS. Theol. D. & Prof. quondam Argentor. in *Myſterio Syncretiſmi* de-

Theol. Witteb. Strauchius. Glasſius. Danhauerus.

tecti, proſcripti & ſymphoniſmo compenſati. Argent. ed. 1648. in 4. variisque Scriptis aliis utpote Dialogo Apologetico pro Myſterio Syncretiſmi ſub tit. Sigalion in Creſiaden Hyperaſpiſten. &c. & ſimilibus. Qvibus cum conferendi ſunt ex recentisſimis (V) JOH. JOACH. ZENTGRAVIUS SS. Th. qvondam D. & Prof. Argent. in Auctario Diſſertat. aliqvot Select. Acad. Argent. hab. ad Exercit. Hiſtor. Theol. de lapſu Tertulliani ed. 1706. in 4. Argent. Diſſ. XIII. Theſ. III. de *SYNCRETISMO.* Ubi veritatem cœleſtem adverſum impugnationem Bened. Picteti, Syncretizantis, ſolide propugnat. (VI) D. VAL. ERN. LOESCHERVS SS. Th. D. & Superint. hodie Dresdenſis in *Prænotionibus Theologicis* Witteb. ed. in 4. 1708. ubi in Prænotionibus contra Syncretiſtas cuſtodiendis pag. 193. & ſqq. propoſitis & expoſitis veritatem cœleſtem a moderno Syncretiſmo maſcule & ſolide vindicat: (VII) SEVERINI LINTRUPII *Hiſtoria Syncretiſmi*, hactenus, qvantum conſtat, inedita, ſeqventem in modum delineata in Reliqviis Incendii Bergenſis Ultimi h. e. deſignatione presſiori Tract. Diſſert. Schediaſm. edendorum, Hafn. ed. 1704. in 4. pag. 31. *Hiſtoria Syncretiſmi ſeu de varie tentata Religionum in præcipuis fidei Capitibus diſſentientium conciliatione, variisqve ejus Autoribus & Mediis ad noſtra uſque tempora attentata; cum ſimili Apparatu Anti-Syncretiſtico in 12.*

Zentgravius. Lœſcherus. Lintrupiana Syncretiſmi Hiſtoria eaque Literaria & quidem promiſſa.

§. XV.

§. XV. De Indifferentiſmo hodierno Scriptores Selecti. Seligmannus. Hartſchmidt. Zentgrav.

Ex Scriptoribus illis qui Statum INDIFFERENTISTARVM eorumqve Religionis hodiernum peculiari perſcrutati ſunt examine præter illos qvos commendavit Sev. Walth. Sluterus in Propyl. Hiſt. Eccleſ. Chriſt. p. m. 220. 225. tit. Libertini & Neutraliſtæ, commendandi veniunt tanqvam optimi & ſelectisſimi (I) GOTTLOB FRIED. SELIGMANNUS in Diſſ. Inaug. Roſtoch. hab. 1686. de ſentiendi & credendi Libertiniſmo coll. Progr. Præſidis, B. JUST. CHRISTOPH. SCHOMERI de Indifferentiſtis. Inſerto Volum. Diſp. Seligm. Lipſ. ed. 1711. in 8. (II) JOH. NIC. HARTSCHMIDT in Diſp. 1705. hab. Argent. de Religione Eclectica ſive Prudentum. Vid. Collect. Hamburg. Nov. Lit. Germ. & Europ. in Nov. Lit. a. 1706. m. Octobr. p. 341. (III) JOH. JOACH. ZENTGRAVIUS in Diſſert. de Eclogiſmo ſive Theologia Eclectica qvæ eſt Diſſert. VI. Auctarii Diſſert. Select. Acad. Argent.

gent. hab. ſubjuncti Exercitat. Hiſtorico-Theol. de Lapſu Tertulliani ad Montaniſtas ed. Argent. anno 1706. in 4to. (IV) VALENT. VELTHEMIUS in Indifferentiſmo Religionum profligato Jen. ed. 1696. recuſ. 1701. (V) GOTTLIEB WERNSDORFF Diſp. Witteb. hab. anno 1707. de Indifferentiſmo Religionum in genere; ubi ortus ejus progreſſus & modernus Status egregie & ſolide depingitur. Coll. Diſp. Witteb. hab. a. 1701. de Indifferentiſmo Religionum ab Erico Friedlibio JCto impie defenſo Diſ. I. II. III. (VI) D. CASP. LOESCHERUS, Parens, Superint. Gen. Circuli Elect. Sax. SS. Th. D. & Prof. Witteb. in Poſitionum Theologicarum de Indifferentiſmo Tricenario publico eruditorum examini ſubjecto Diſp. pecul. Witteb. hab. 1692. recuſa anno 1703. Witt. Et (VII) D. VAL. ERN. LOESCHERUS, Filius, SS. Theolog. Doct. & Superint. hodie Dresd. in Prænotionibus Theologicis Witteberg. edit. 1708. in 4. Prænotionibus contra Indifferentiſtas qui ſunt ex FANATICORUM numero cuſtodiendis pag. 121. ſqq. coll. cum pag 105. ſqq. ubi Prænotiones cuſtodiendæ contra Indifferentiſtas qui ſunt ex numero NATURALISTARUM. (VIII) D. JOH. FECHTIUS, Theologus de Academia Roſtochienſi æque ac de Orthodoxa Jeſu Chriſti Eccleſia immortaliter meritus, in Diſp. Theol. Roſtoch. hab. anno 1702. & ed. in 4. tit. Meletema Theologicum de VERITATE COELESTI qua πρῶτον ψεῦδος Indifferentiſtarum egregie & ſolide refutatur atque deſtruitur. Coll. Diſ. pec. Roſt. hab. a. 1708. tit. Nunqvam recte vivitur ſicubi non bene creditur. Nec non in Prælectionibus hactenus ineditis in Novam Indifferentis Religionis Patronorum Theologiam Anno 1701. in Acad. Roſtoch. inchoatis & anno 1708. feliciter abſolutis, peculiaribus Diſputationibus bono cum Deo vitam viresqve prorogaturo ſigillatim luci publicæ exponendis. Vid. luci publicæ expoſitum jam Scrutinium profligatæ ex Eccleſia Hæretificationis (ut vocant) Roſtoch. 1711. Diſp. pecul. & Scrutinium profligatæ ex Eccleſia Obligationis ad Confeſſiones Publicas in ſpecie Libros Eccleſiæ Lutheranæ Symbolicos Roſtoch. 1713. Diſp. pec. ventilatum & Indifferentiſtis hodiernis oppoſitum. (IX) JOH. ANDR. KNOBLACH Superint. Baruth. in Diſp. Inaug. Witteb. hab. 1712. Præſ. Wernsdorffio de Indifferentiſmo Carolino (Caroli ſcilicet Volckermeyeri) qva unam veritatem & unam veram religionem contra eundem egregie ſolideqve ſtabilit. Vid. Collect. Fam. Erud. Der gelehrten Famæ. Part. XIV. p. 106. 107.

Veltheminus. Wernsdorff. Loeſcherus Pater. & Filius. Fechtius. Knoblach.

SUBSECT. II.

SUBSECTIO II.

DE

GENTILISMO ſive RELIGIONE GENTILIUM.

§. I.

§. I. Religionis Gentilis qva ortum, progreſſum & modernum ſtatum Summarium.

RElìgionis Paganæ ſive Gentilis ORTVS adſcribendus eſt Genti Cainitarum impiæ ac irreligioſæ. Vid. D. Gebh. Theod. Mejerus in Hiſtor. Relig. p. 313. PROGRESSVS, Genti Chamitarum impiæ a DEO maledictæ & nimio Aſtrologiæ cultui. Vid. Mejerus l. c. p. 314. Qvæ Gentes impiæ poſtmodum ita crevere ut ſuperaverint longe veram Dei Eccleſiam tam in V. T. qvam ſub initium N. T. veramqve Dei Eccleſiam acerbiſſime infeſtaverint, qvin & hodienum ex accuratiorum Geographorum calculo ſuperent longisſime. STATVS MODERNVS ita breviter habet. Gentiles *in Africa*, qvi dimidiam circiter occupant Africam, qvoad partem Maris Æthiopici, plane ſunt Superſtitioſi plane Stupidi, ad pudenda usqve nudi, Religionis ac honeſtatis fere omnes expertes: Gentiles *in Aſia*, qvi ſimiliter dimidiam occupant Aſiam, non qvidem adeo ut priores excœcati reperiuntur, interim tamen a DEO vero prorſus alieni falſos Deos colunt, imo qvod dictu horrendum ipſum Diabolum, variis nominibus latentem imo vel qvandoqve apparentem; ſolis exceptis Chinenſibus qvi cultiores ſunt tam qvoad Religionem qvam qvoad profanam eruditionem, honeſtiores Deos colendo & honeſtam literaturam avide amplectendo. Gentiles *in America* exceptis iis qvi ab inventione Terræ a Chriſtianis vel perſvaſionibus vel violentis mediis fuerunt converſi, Idololatræ ſunt etiam craſſisſimi, diabolum qvoqve ſub nomine VIZLIPVZLI & TEZCALIPVRA colentes. Gottfried Zenner im Herbſtparnaß allerhand galant-gelehrten Curioſitäten. d. a. 1692. p. m. 30. 31. 32. Gentiles *in Europa* nulli amplius ſuperſunt niſi in qvibusdam provinciis Imperii Polonici & Svecici qvamvis notante D. Mejero l. c. p. m. 319. pauci ſint neqve ita rudes amplius hodie ac inculti ut olim. Vid. Gebh. Theod.

Mejeri

Digitized by Google

Mejeri Hiſtoria Religionum Cap. V. Sect. XVIII. p. 312. ſqq—320. & Diſp. hab. Helmſt. a. 1685. de Religione ejusqve differentiis §. XLIX.L.LI. Gottfried Zenner im Herbſtparnaß 1691. p. m. 30.31.32.

§. II.

§. II. Scriptorum de Religione Gentilium Selectorum inſtitutum Rationarium.

Inter Scriptores de Religione GENTILIUM qvi integra conſcripſerunt Volumina, eminentisſimus eſt Scriptor GERHARDUS JOH. VOSSIUS in Tractatu de Origine & Progreſſu Idololatriæ, edito Amſtelodami in 4to Anno 1641. 2. Tomis & dein auctius in fol. Anno 1668. Tomo unico: & recentisſima Operum Voſſii omnium editione eaqve Amſtelod. VI. Tomis in fol. in Tom. Vto. De quo Tractatu Voſſiano tria h. l. annotamus momenta literaria notata digna (I) *Voſſiana Gentilium Theologia Summarium.* Voſſius in Theologia ſua Gentili ſequentem obſervat ordinem ſeqventem methodi rationem ut LIBRO PRIMO oſtendat Cultum Gentilium Idololatricum eumqve Spiritualem ſeu Idololatriam Spiritualem, qvam Gentiles exercuerunt cum Spiritibus primo malis deinde bonis i. e. geniis, animabus, & qvæ his habentur ac ſunt cognata. LIBRO SECUNDO Idololatriam cœleſtem & quidem æthercam qvam exercuere Gentiles cum Sole, Luna, Stellis & Elementis. LIBRO TERTIO ejusqve Parte prima Idololatriam adhuc cœleſtem ſed aëream, qvam exercuere Gentiles circa meteora, ventos, flumina, Cometas & alia Phænomena eaqve cœleſtia. LIBRO TERTIO ejusqve Parte Secunda & LIBRO QVARTO & SEQVENTIBUS AD NONUM Idololatriam Gentilium terreſtrem qvam exercuerunt Gentiles (1) circa Homines vivos & defunctos in terris exiſtentes. (2) circa Bruta, Aves, Piſces & ſimilia animalia eaqve terreſtria in terris degentia.

Voſſii Theologia Gentilium. Ejus Summarium.

(II) *Voſſianæ Gentilium Theologiæ Erratum.* Petrus ſcilicet JURIÆUS in Hiſtoria Critica dogmatum & cultuum bonorum malorumqve in Eccleſia ab Adamo usqve ad Chriſtum receptorum Amſtelod. ed. 1704. in 4to. defectus illos varios, & παροράματα illa varia, qvæ correctionem qvandam meruerunt, in Theologia Gentilium Voſſiana, diligenti debitaque cum correctione emendavit, emendandoqve tam copioſam novarum conjecturarum obtulit & Voſſiano Operi intulit meſſem ut novum plane ſtudium hic collocatum videri qveat.

Ejus erratum.

(III) *Selectum de Voſſiana Gentilium Theologia Judicium.* DAN. GEORG. MORHOFIUS

De ea judicium Morhofii.

in

in Polyhiſtore Lib. I. Cap. XXI. §. XXIX. p. m. 264. Voſſii *Liber* (in-„qvit) de Idololatria & Phyſiologia Chriſtiana inter locorum communium „ſcriptores laudari debet. Penus hic panditur variarum rerum, ut LL. „CC. titulo inſigniri omnino debeat, non tamen temere ſcriptorum, ſed „optimo judicio digeſtorum, qvos ſua induſtria ex rerum univerſitate col-„legerit. — — Liber eſt profectò aureus totus & magno apparatu rerum „refertus. Theologiæ Gentilis primordia qvanqvam jecerit GYRAL-„DVS & alii ante ipſum, ipſe tamen longe locupletiora & accuratiora de-„dit illa omnia, ſuo interpoſito ubiqve judicio. Utinam proſtremam ejus „partem de rebus naturalibus ita elaboraſſet, certe complexum totius uni-„verſi Liber iſte ſiſteret. De hoc libro ita GROTIUS judicat: Alios „qvidem Libros plus titulis, qvam præſtant, promittere, hunc vero librum „plus præſtare qvam titulus promittit. ADOLPHUS CLARMUN-

Rudigeri. DUS, vero nomine, JOH. CHRISTOPH. RUDIGERUS Part. II. de Vitis Clariſſ. in re literaria Virorum num. XII. p. m. 62. Voſſii „ſein Buch (inqvit) de Idololatria iſt ein rechter Polyhiſtor und præſti-„ret Er warhafftig mehr in dieſem Buch als der Titul verſpricht. Etliche „von denen Gelehrten ſtehen in denen Gedancken, daß es ſeine Loci Com-„munes geweſen, und ſcheinet hieraus, daß er ein modeſter Mann geweſen, „indem Er in dieſem haupt-gelehrten Buch mehr geleiſtet als Er verſpro-„chen. Hierinnen recenſiret Er hiſtoriam omnium Gentium und wei-„ſet daß ſein Judicium ungemein ſey. Ob nun gleich dieſes Werck nicht al-„lerdings gantz vollkommen, nichtes deſtoweniger gereichet ihm ſolches zum

Struvii. „höchſten Ruhm. BURC. GOTTH. STRUVIUS in Syntagmate Antiqvitatum Romanarum Jen. ed. in 4. anno 1707. præmiſſaqve eidem Bibliotheca Scriptorum Romanæ Antiqvitatis p. m. 57. Voſſius (inqvit) „eruditum qvidem conſcripſit Opus de Theologia Gentili ſive origine ac „progreſſu Idololatriæ cujus prima vice qvatuor tantum libri prodierunt „Amſtelod. 1641. in 4. qui dein ab Auctore plurimum aucti adjectis aliis ex „ejusdem Autographo qvinqve libris poſt mortem iterum prodierunt Am-„ſtelodami 1668. fol. & Francof. 1675. in 4to. Qvod opus varia doctri-„na & Polymathia in omni re Gentili & Romana refertiſſimum eſt, „qvippe qvod non ſolum idololatriæ originem qvatenus a vero cultu a-„berraverit, egregie docet ſed & ſingulorum Deorum officia declarat. Sæ-„pe autem divinitates qvasdam, qvarum Sacra in certa re conveniunt, pro „iisdem habet, qvæ tamen diverſæ fuerunt, &, Romanis maxime, ſemper

„ſepa-

Digitized by Google

ſeparatim cultæ. Præter Theologiam quoqve Gentilem variæ eruditionis complexum continet.

§. III.

Poſt Gerhardum Joh. Voſſium optimus eſt & ſelectiſſimus Scriptor de Religione Gentilium qui integras Diſſertationes & quidem tres de eadem conſcripſit, GISBERTUS VOETIUS SS. Theol. in Acad. Ultraject. quondam Profeſſor, Selectarum Diſputationum Theologicarum Parte IIda Diſp. XXXVIII. pag. 579. ſqq. Diſp. XXXIX. p. 601 ſqq. Diſp. XL. p. 621. ſqq. De GENTILISMO & Vocatione Gentium. Diſputatio XXXVIII. (agit) de Onomatologia Gentilisſimi, Etymologia ſcilicet Homonymia & Synonymia. §. I. Definitionem (tradit) Gentiliſmi ejusqve definitionis fuſam explicationem. §. II Diſtinctionem Gentiliſmi ratione temporum, locorum & populorum, primorum Autorum, ratione formæ cultus, ratione oppoſiti, & ratione graduum. §. III. Originem Gentiliſmi partim in genere partim in ſpecie ſecundum certas periodos & periodorum prima initia ſeu puncta. §. IV. Adjuncta (habentur) Gentiliſmi ex quantitate, qualitate, relatione & actione. §. V. Affinia Gentiliſmi, Apoſtaſiæ omnes aliæ tamen plus aliæ minus, nimii Gentilium Scriptorum æſtimatores, Simii Gentilium in exceſſu peccantes, Plebeji Gentilium ſuperſtitionibus adhærentes. §. VI Oppoſita Gentiliſmi, in genere, vera religio ſive Chriſtianiſmus, in ſpecie, Converſio Gentium, Proſelyti, Doctores Gentiliſmum oppugnantes. §. VII. Diſputatio XXXIX Qvæſtiones evolvit de Gentiliſmo occurrentes & quidem Generales magis & Capitales, quales ſunt: An Gentiles in Gentiliſmo ſuo potuerint ſalvari? An B. O. Gentilium fuerint bona an vero peccata? Quæſtiones item hypotheticas cum aliis ejusdem generis problematis. An DEus ante adventum Chriſti quosdam Gentiles converterit? An Melchiſedech, Job & ſimiles fuerint Gentiles an Proſelyti? An Cyrus, Darius, Nebucadnezar, Hiram Rex Tyri &c. inter Gentiles fuerint electi vera fide præditi? An fideles inter Gentiles extraordinaria revelatione absqve externa verbi prædicatione ad ſalutem vocati ſint? An Gentilium falſa Theologia fuerit Theologia naturalis? An veritas Chriſtiana latuerit apud Gentiles? Quid ergo ſentiendum de Demonſtrationibus Patrum ex Gentilibus contra Gentiles veritatis fidei? An ergo utilitas aliqua ex Gentilium libris iiqve a Chriſtianis legi & publice in Scholis proponi poſſint? An Gentilium religionem liceat exprimere ſive

§. III. Giſberti Voëtii Diſputationes de Gentiliſmo. Argumentum Diſp. Imæ

Argumentum Diſp. IIdæ.

Digitized by Google

ſerio ſive joco? An Seneca fuerit Gentilis? An Mercurius Triſmegiſtus & Sibyllæ Gentilibus ſint annumerandi? An Centurio Cornelius fuerit Gentilis? An Magiſtratus Chriſtianus ſubditis concedere poſſit exercitium liberum Religionis Ethnicæ? An poſſit cohibere & reprimere tumultuario reſtitutam in Chriſtianam Rempublicam Religionem Gentilem Magiſtratus Politicus? An Magiſtratus poſſit Gentiles cogere ad religionem Chriſtianam? An liberi Gentilium ipſis invitis eripiendi & baptizandi? An Gentilium liberi in familias Chriſtianorum aſciti aut in poteſtatem eorum redacti, ſive ut a Parentibus expoſiti, ſive quacunqve ratione deſerti ſive ut ſervi ſive ut adoptivi ante annos diſcretionis ſint baptizandi? An omnes & ſinguli Gentiles ſemper fuerint νοῦς ἀδόκιμυ aut cordis indurati? An ex Sethi, Semi aliorumqve Patriarcharum familiis etiam aliqui ad Gentiliſmum defecerint? &c. Diſputatio XL. Vocationem Gentilium explanat atqve illuſtrat & quidem Vocationis illius definitionem & definitionis explicationem. §. I. Vocationis Gentilium primariam quæ facta eſt per Apoſtolos & viros Apoſtolicos cauſam efficientem & finalem. §. II. Adjuncta concomitantia. §. III. Adjuncta conſequentia eaqve vel conſentanea vel diſſentanea. §. IV. Convenientia, diverſa & repugnantia. §. V. Vocationem Gentilium ſecundariam quæ facta eſt poſt tempora Apoſtolorum & quidem in genere quoad differentiam & convenientiam. §. VI. in ſpecie quoad tres periodos præteritam præſentem & futuram. Præteritam quæ habet tria intervalla (1) ab exceſſu Apoſtolorum ad Conſtantinum. (2) a Conſtantino ad Carolum M. (3) a Carolo M. ad detectum novum orbem. Præſens quæ cœpta Seculo XV. & continuata XVI. & XVII. XVIII. Futura eaqve incerta & indeterminata. §. VII. Uſum applicationis & doctrinæ de Converſione Gentilium & conſilium de procuranda Converſione Gentium. §. VIII. Controverſias magis generales & magis particulares de Gentilium converſione occurentes. §. IX.—XII.

Argumentum Diſp. IIItiæ.

§. IV.

§. IV. Abrah Rogeri Janua aperta Gentiliſmi

Poſt Gisb Voëtium optimus ſuo in genere & ſelectiſſimus Scriptor eſt de Religione Gentilium qui integra commentatione de eadem eſt commentatus, ABRAHAMUS ROGERUS. Batavus ille fuit teſte D. G. „Morhofio in Tom. IIndo Polyhiſt. Lib. I. Cap. I. §. XI. p. 5. 6. & lingua patria ſcripſit de Philoſophia & Religione Brachmanum hodiernorum.

Judicium de ea Morhofii.

Quon-

Quondam in his terris peregrinatus & admiſſus ad Brachmanum con-„
verſationem multa ex illis expiſcatus eſt, quæ deinde in librum Commen „
tarium conjecit, ut erant ipſi d cta. Incertum itaqve an illa veteribus„
dogmatibus ex aſſe reſpondeant. Veroſimile enim eſt ut apud omnes na „
tiones quidam ſectarum & doctrinarum orbis eſt ita & apud Indos fuiſ „
ſe. Obſervare tamen licet præcipua quædam, ut Metempſychoſin Py „
thagoricam, hodieqve illis ſuperſtitioſe creditam neqve ſecura adeo omnia„
relatione tradi veroſimile eſt, cum peregrini homines nec Philoſophiæ„
ſtudiis imbuti, nec lingua ſatis promti, ſiniſtre interdum vel accipiant „
nonnulla vel interpretentur. Illum librum in Germanicam linguam„
convertit CHRISTOPHORUS ARNOLDI Profeſſ. & Eccleſiaſt„
Norib. addito parallelíſmo cæterarum Gentium Orientalium in Religi-„
one ac Philoſophia; qui labor utiliſſimus eſt & quaſi compendio quo-„
dam proponit omnem Aſiaticam, Americanam & Africanam Idololatri-„
am & doctrinam in naturalibus. Titulus libri eſt, Aſiatiſches, Africani-„
ſches und Americaniſches Heydenthumb. ROGERI libellus præmittitur„
cum tit. Offene Thür zu dem verborgenen Heydenthumb. Cætera ad „
duntur a CHRIST. ARNOLDO. Liber editus eſt Noribergæ anno„
1663. in 8.„ Hæc Morhofius l.c. Id. ibid. T. II. Lib. II. Cap. V. §. VI.
p. m. 182. Plura Indorum veterum dogmata qui ſcire velit, legat A-„
BRAHAMI ROGERI Eröffnete Thür zum Heydenthum: qui liber„
primum Belgico ſermone ab eo conſcriptus poſtea in Germanicum a„
CHRISTOPH. ARNOLDO, Profeſſ. Noriberg. converſus, Noribergæ„
prodiit A. 1663. in 8. cum additamentis ex aliis Autoribus. Hoc libro„
continentur omnia iſta, quæ ſpectant tam ad Theologiam quam ad Phi „
loſophiam Indorum. Miræ ibi occurrunt fabulæ hic non repetendæ Cæ-„
terum liber eſt jucundus admodum lectu, quo quidem nullus adhuc ac-„
curatior prodiit in hoc argumento.„ Georg. Matth. Königius in Biblio- &
theca Veteri & Nova. p. 698. ABRAHAMUS (inquit) ROGERUS„ Königii.
cum Paliacuttæ in Choromandel diu cum Brachmanibus familiariter con-„
verſatus eſſet, omnia illorum Myſteria diligenter excuſſit editoqve libel-„
lo quem januam apertam ad arcana Gentiliſmi vocavit, propalavit„ Vid.„
Funccius Tom. I. Orb. Imper. pag. 255.

§. V.

§. V.

Edoard. Herb. de Cherbury de Religione Gentilium

Recenſus libri ejus factus a Collect. Relat. Innocuar.

Poſt Abrah. Rogerum ex iis qui integro quodam monumento eoque Typis impreſſo ſcriptum aliquid reliquerunt de Religione Gentilium, commendandus venit EDOARDUS HERBERTUS de CHERBURY in Libro de Religione Gentilium. Ann. 1663. Lond. ed. & recuſo. Amſtelod. Anno 1700. in 12. De quo apponimus recenſum pariter ac judicium Collectorum Relat. Innoc. der unſchuldigen Nachrichten von alten und neuen Theologiſchen Sachen d. a. 1701. Domin. XLI. (41. Sonntag) Antiq. (altes) Num. I. p. 652. Recenſus Libri Cherburiani Collect. ita habet: Er will im gegenwärtigen Tractat handeln von dem Urſprung der Heydniſchen Religionen und Irrthümer. Demnach erzehlet er Cap. I. ſeine Abſicht, daß ihm die Meinung von ſo vieler Heyden Verdammung allzu grauſam vorgekommen ſey, und hat er alſo vermeinet, es müſſe wohl einmahl ein allgemeines natürliches Mittel ſeyn ſelig zu werden, und ſolches habe er nach fleiſſiger Unterſuchung aller Religionen gefunden in denen V. Artickeln. 1) Es ſey ein höchſter GOtt 2) denſelben müſſe man verehren 3) und zu ſolcher Verehrung gehöre vornemlich ein tugendhafftes Leben. 4) Man müſſe die begangene Sünde bereuen. 5) Es ſey auch nach dieſem Leben eine Belohnung des Böſen. Solche Sätze könte man mitten unter denen blinden Greueln der Heyden finden, und durch ſie zum ewigen wohl gelangen. Hierauff wird Cap. II. gelehret, daß die erſten Menſchen, indem ſie an etwas Göttliches gedacht hätten, alsbald angefangen hätten die Sternen, den Himmel, Feuer, Lufft, Waſſer und Erde zu verehren. In Cap. III. handelt der Autor gar ſchön von denen überbleibſeln der Göttlichen Nahmen Jehova, El und Adonai unter denen Heyden, welche aber ſeiner Meinung nach der Sonne zugeeignet worden. Denn von dem Dienſt derſelben redet er Cap. IV. und will beweiſſen, daß ſie zu erſt in der gantzen Welt unter den Nahmen BEL, BAAL, MITHRAS, APOLLO ſey angebetet worden: imgleichen Cap V. daß die Nahmen der übrigen Planeten auch der Sonnen wären zugeeignet worden. Daß der Mond überall ſey angebetet worden, will er Cap.. VI. erhärten, wie denn auch von dem Dienſt der übrigen Planeten und Fixſtern Cap. VII. VIII. Von der Anbetung des Himmels Cap. IX. und derer übrigen Elementen Cap. X. geredet wird. Im XI. Cap. handelt er von denen vergötterten Menſchen und ihrem Dienſt, welchem er faſt durchaus ein beſſer

Färb-

Färbgen anſtreichen und beweiſen will, es ſey mehr ein Symboliſcher Dienſt als eine Abgötterey geweſen. In Cap. XII. werden der Heyden groſſe und kleine Götter beſchrieben, und wird inſonderheit von dem ſo genannten Plebe Deorum gar gelehrt geredet. Das XIII Cap. ſoll erweiſen, daß die Heyden dennoch den wahren einigen GOtt unter ſo vielen Aberglauben verehret hätten. Es werden auch Cap. XIV. die Urſachen warum die Heyden ſo viel Aberglauben angenommen haben, mit angeführet, und faſt alles auf die Prieſter geſchoben. Imgleichen wird Cap. XV. das gute ſo noch etwan in denen Heydniſchen Religionen geweſen, zuſammen geſucht, und inſonderheit von der Heyden Buſſe, Frömmigkeit, Hoffnung des ewigen Lebens, und dergleichen gehandelt. Schließlich faſſet der Autor alles Cap. XVI. zuſammen, und urtheilet von der Heydniſchen Religion, daß ſie im Grunde gar gut ſey, und die V. Grund-Lehren die der Autor anfangs geſetzet, völlig behalten habe; das übrige, was die Prieſter dazu gethan, ſey zwar nicht viel nütze, könne aber wohl entſchuldiget werden, und hätten demnach die Heyden noch ſattſame Mittel der Seligkeit gehabt. Judicium de hoc libro quod ferunt Collect. Relat. Innocuar. l. c. ita habet. p. 652. Der Autor dieſes Buchs ſo zuvor in Engeland gedruckt worden, iſt bekant genung und verdienet unter denen Naturaliſten nicht die ſchlechteſte Stelle. Pag. 655. So iſt denn dieſe Schrifft gefährlich genung. Denn ohne dem daß der Autor durchaus ſeine oben geſetzten V. Articel vor den einigen und gnugſamen Weg zur Seligkeit erkennet, ja offtmahls lehret, es könne dazu nichtes mehr gethan werden, das etwas würckliches zur Seligkeit beytrage, ja alles was jemahls ſey dazu gethan worden, habe das Werck mehr gehindert als befödert (womit er ja Chriſtum und Moſen nebſt dem Geſetz und Evangelio ſchändlich vernichtet) ſo redet er auch überhaupt von dem gantzen Predigampt ſehr ſchimpflich, und hat lauter Theologaſtros im Munde, gibt auch vor, es komme Unheil von denen Prieſtern her, alle Prieſter machten Betriegereyen aus der Religion, welches er nicht allein auf die Heydniſchen Prieſter redet. Von denen alten Kirchenlehrern gibt er p 244. vor, ſie hätten betrieglich gehandelt, das Heydenthum ausgeſchrien mit Zuſammenraſpelung allerhand lächerlicher Dinge, das gute aber hätten ſie verſchwiegen. Die Erbſünde hält er für etwas lächerliches, entſchuldiget auch den Teuffel, der nichts mehr als ein offentlicher Scharffrichter ſey p. 257. Der Heyden Sünden entſchuldiget er unbeſonnen p. 268. und vermeinet, es gebrauche keines andern Mittels der Verſöhnung, als daß der Sünder ſich beſſere: Denn GOtt ſey ein gütiger Vater

Judicium de Libro Cherb. Collect. Relat. Innocuar.

und die Menſchen ſündigen ja nicht aus Vorſatz übels zu thun, ſondern würden von dem guten Schein des böſen verleitet, ſie könten auch in dieſer Welt vor die Sünden ſatſam geſtraffet werden. Sehr läſterlich heiſt es p. 284. was von der Erlangung der Gnade Gottes durch den Glauben und zugerechnetes Verdienſt gelehret würde, wären fuci, larvæ & ſcruta aſſuta p. 284. und ſolches verhindere nur die wahre Tugend, ja ſey denen Sündern ſchädlich p. 293. Am lächerlichſten lautet es p 311. die heutigen Glaubens-Artickel wären nach und nach aufkommen, nachdem das Heydenthum geſuncken, weil man Prieſter behalten hätte, die dergleichen Sachen der alten Warheit immer anflickten. Ob nun gleich Herbert ſolches alles gar ſehr verſteckt und niemahls offentlich wider die Chriſtl. Religion ſchreibet, ſo iſt doch ſein Verfahren mehr als allzugefährlich. Man misbraucht unter andern ſeine groſſe Beleſenheit und Gelehrſamkeit wider die Einfalt des Evangelii Chriſti, allein dieſe iſt eben ſo ungemein nicht. Zuweilen werden Dinge gantz wider den Augenſchein von ihm behauptet als daß Eſ. XLVI. 3. GOtt weibliches Geſchlecht zugeſchrieben werde p. 119. Es fehlet auch an Grammatiſchen Fehlern nicht, zum Exempel p. 517. welches wir nicht dem Mann zum Schimpf, ſondern der Warheit zum beſten anführen, und das, was an ihm lobwürdig iſt, gerne erkennen. Doch haben wir ſatſam befunden, daß ſeine Origines Sacrorum die er vorbringet, wenig Grund haben, und wie einiger maſſen in denen Originibus Religioſis von uns ſoll gezeiget werden, er die wahren Brunnen ſolcher Dinge nicht geſehen hat. Sonſt iſt auch nicht erweißlich, daß die von Herbert angeführte V. Articul aus der bloſſen Vernunfft ſatſam können erkennet werden, indem ſie vielmehr Uberbleibſel der alten Noachiſchen tradition ſind. Ja über dieſes gehöret noch mehr zu erwehnter Articul vernünfftiger Verbindung. Denn was helffe das bereuen der Sünde, wann man nicht weiß 1) Ob GOtt auch könne verſöhnet werden. 2) Ob die Reue ein ſatſames Mittel hiezu ſey. 3) Ob der Gerechtigkeit Gottes dadurch Genüge gethan ſey. Welches alles die Vernunfft aus ſich ſelbſt nimmermehr erfinden kan. *Hactenus Collect. Relat. Innoc.* quibus cum conſ. ABRAHAMUS HEIDANUS in Tract. Amſtel. ed. in 4. 1678. de Origine Erroris Lib. VI. Cap. XI. tot. p. m. 369—384. unde pauciſſima tantum eaque ponderoſiſſima excerpimus mo„menta unde convenientia judiciorum poterit colligi. Nobiliſſimus (in„quit p. 369) & Doctiſſimus Anglus, D. *Herbertus* in Diatribi de Religio„ne Gentilium errorumqve apud eos cauſis ita Gentilium cauſam agit, ut „non obſtante Univerſali illa Idololatria, quam omnes pollutos & conta-

Abrahami Heidani.

minatos

minatos profitetur, putet tamen tales & tam momentoſas veritates in me-„ diis illis tenebris eluxiſſe, ut & ad meliorem vitam comparandam ſuffe-„ cerint & ad beatitudinem æternam via illis fuerint. Ita quidem ut li-„ cet Evangelium nullum illis innotuerit neqve fide Chriſti Mediatoris„ imbuti fuerint, ſtatuat tamen id non impedire, quo minus quidam meli-„ oris notæ Pagani juſte honeſteqve vitam juxta lucem quæ illis reliqua„ fuit, inſtituentes, pro ingenti Dei Miſericordia, ſalutis æternæ compotes„ evaſerint. p. 370. Animadverto inprimis hanc Gentilis Idololatriæ excu-„ ſationem multum valere debere ad abſolvendam crimine Idololatriæ Ec„ cleſiam Romanam quæ hodie in uſu illuc eſt, ſuperſtitionem & Sancto-„ rum & rerum Sacrarum adorationem. Et forte hic præcipuus Autoris„ ſcopus fuit, ut quod non agere videtur, id potisſimum ageret & Chriſti-„ anorum Idololatriam pejore Gentilium Idololatria & tamen excuſabili„ tueatur & defendat. p. 371. Quid hoc aliud eſt quam ex ſuis cogitatio-„ nibus & viis æſtimare vias & cogitationes DEi & ſuis ſuſpicionibus cir-„ cumſcribere DEum. p. 374. Non negamus quinqve articulis Herberti-„ anis veritates aliquas contineri magni momenti ſed neqve omnes neqve„ præcipuas ad ſalutem neceſſarias in iis eſſe expreſſas, inprimis nullam eſ„ ſe factam mentionem Jeſu Chriſti in cujus cognitione ſita eſt vita æter-„ na Joh. XVII. 3 & ſine quo nulla ſalus Act. IV. 12. Et ſi ſingulos ex-„ cutiamus næ protinus apparebit argentum illud abire in ſcorias. p. 378.„ Hæccine eſt præclara illa ad ſalutem æternam oſtenſa Ethnicis via? At„ quam abludens ab illa quam nobis monſtravit Servator Jeſus dicens ſuis:„ *Ego ſum via, veritas & vita nemo venit ad Patrem niſi per me.* Joh. XIV.„ 6. Qui viam illam ignorat, vita excidit, quæ nonniſi iſta via tenetur.„ p. 383. Quis non fateatur majorem fidem deberi oculatis & auritis il-„ lis teſtibus (Apoſtolis & Apoſtolicis Viris) quibus cum Idololatris ſui„ temporis quotidie ſermo erat & qui juſtam animam iniquis illorum fa-„ ctis, quæ videbant & audiebant, excruciabant (Act XVII. 16.) quam qui„ conquiſito undiqve Rhetorio fuco hoc videtur agere voluiſſe ut theſin„ tantum defenderet & idololatriam novo mangonio orbi propinaret &„ venderet. Certe malim *Tertulliano*, *Arnobio*. *Lactantio*, *Auguſtino*, &„ aliis credere quam novo huic Idololatriæ Patrono. Qui enim tam pro-„ pitium ſe Ethnicis oſtendit, mirum ſit, ſi ullam inter Chriſtianos agno„ ſcere Idololatriam aut advertere potuerit„ PAULUS (item) HEIGELIUS Diſp. Theol. Helmſt. hab. 1681. de Veritate Unicæ Religionis Chriſtianæ

& Pauli Heigelii

ſtianæ aliarumqve falſitate Cap. VI. de Religionis mere naturalis inſuffici-„entia §. VI. VII. p. 117. Prodiere (inquit) hoc noſtro ſeculo cura Iſaici „Vosſii in lucem Scripta duo Viri Illuſtris EDOARDI BARONIS „HERBERT de Cherbury & Caſtii, Inſulæ de Kerri in Hibernia, quo-„rum unum eſt de *veritate prout diſtinguitur a revelatione, a veriſimili a „poſſibili & a falſo*: alterum *de Religione Gentilium errorumqve apud eos „cauſis.* Utroqve Religionem quandam naturalem tradere & commen-„dare ſatagit capita illius conſtituens quinqve, (1) eſſe Deum, (2) ipſum „colendum, (3) virtutem pietate conjunctam eſſe præcipuam cultus Di-„vini partem,, (4) horrorem ſcelerum animis hominum inſediſſe ſemper „adeoqve illos non latuiſſe vitia & ſcelera quæcunqve expiari debere ex „pœnitentia, (5) dari præmium vel pœnam tum in hac vita tum poſt hanc „vitam. §. VII. Rectæ rationi conſentanea eſſe quinqve iſta capita liben-„ter concedimus, ita tamen, uti ab Illuſtri HERBERTO traduntur & ex-„plicantur, non ſufficere dicimus ad conſtituendam perfectam Religionem „homines in Gratiam cum Deo reducentem & in eadem eos conſervan-„tem, ut ſalutem æternam conſequantur. Id quod a §. VIII—XVI. p. 118.—124. ſingulos per articulos egregie pariter ac ſolide demonſtrat.

§. VI.

§. VI. Tob. Pfanneri Syſtema Theologiæ Gentilis

Poſt EDUARD. HERB. de CHERBURY ex Scriptoribus illis qui de Religione Gentilium integra quadam opera aliquid elaborarunt & in publicum divulgarunt, commendandus eſt tanquam optimus Scriptor & Selectiſſimus, TOBIAS PFANNERUS, Conſiliarius, Archivarius & Hiſtoricus Saxo-Vinarienſis isqve longe Spectatiſſimus, in *Syſtemate Theologiæ Gentilis purioris*, quo quam prope ad veram religionem Gentiles acceſſerint, per cuncta fere ejus capita ex ipſis præcipue illorum Scriptis oſtenditur; Baſileæ edito M. DC. LXXIX. in 4.

Argumentum ejus.

Pertractaturus in hoc Syſtemate Autor omnia Religionis Gentilis capita propriis eorum verbis eadem exponit & quo de ſententia illorum certior ſecuriorqve Lector redderetur, & ſimul clarius appareret quam eleganter ii accurate & ſæpe ad S. Codicis Eccleſiæqve Scriptorum formam de rebus Divinis loquuti ſint, ex quibus etiam plerumqve dicta æqualia & quandoqve fere eadem adjecit Autor quo ex comparatione cognationem agnoſceremus. Quanquam & moneat ſæpe quædam oſtendendæ puritati [cui labor præſens dicatus] afferri,

Digitized by Google

afferri, quæ ſi tota adſpicias, non ſordes minus ac nitorem præ ſe ferant. Argenti nempe iſthæc auriqve conditionem imitantur, quibus, utut ſcoriis lutoqve involutis, ſuum nihilominus apud peritos ſaltem, pretium conſtant. Vid. Præfat. Pfanneri ad Lectorem. Dan. Georg. Morhofius in Polyhiſt. Tom. III. Lib. V. §. XII. p. m. 51. Velut Spicilegium (inquit) poſt,, aliorum meſſes, ſuperiore anno TOBIAS PFANNERUS integrum Sy-,, ſtema Theologiæ edidit ſecundum omnes Locos Theologicos e Gentilium,, Philoſophorum ſcriptis adornatum, qui quamvis Duces habuerit ea in,, re STEUCHUM aliosqve eleganti tamen methodo & delectu rem o-,, mnem inſtituit.,, Conferendus igitur eſt cum Pfanneriano Syſtemate, Liber aureus de *Perenni Philoſophia* AUGUSTINI STEUCHI EUGUBINI, cujus ille ſcopus eſt [teſte Morhofio in Polyhiſt. Tom. III. Lib. V.,, §. 12. p. m. 43.] ut oſtendat eſſe perpetuam Theologiæ Chriſtianæ & Phi-,, loſophiæ Gentilium concordiam. Hunc Librum tanti fecit Julius Cæſar,, Scaliger, at quanti judicii Vir, ut ſecundas ipſi a Sacro Codice partes de-,, derit. Ac memorabilis eſt Hiſtoria quam refert Joſephus Scaliger in,, prima ſua Epiſtola de hoc ipſo libro pag. 41. edit. Francof. quod ſcilicet,, Pater ſuus hominem, deſperatisſimo Atheiſmi morbo laborantem, ſola,, hujus Libri Lectione non ad ſaniorem tantum mentem revocarit ſed,, etiam acerrimum fidei Chriſtianæ propugnatorem effecerit. Liber ille,, ſeorſim prodiit in 4. Baſileæ M. D. XLII. (ſequenti cum inſcriptione:,, *Auguſtini Steuchi Eugubini, Epiſcopi Kiſami, Apoſt. S. Bibliothecarii, Viri doctiſſimi, de Perenni Philoſophia libri X. Opus immenſa non ſolum eruditione ac pietate refertum ſed omnium quoqve tam Veterum quam recentiorum Philoſophorum quaſi medullam complectens, hincqve ut lectu dignisſimum, jam denuo in lucem editum Baſilea per Nicolaum Bryling & Sebaſtianum Francken.*) Prodiit etiam cum cæteris STEUCHI Operibus Baſileæ in,, fol. editis A. 1587. in quibus plura continentur ejusdem argumenti.,, Verba *Joſephi Scaligeri* in *Epiſtola Ima*, quam Morhofius allegat, p. m. 45. 46. ed. Lugd. Bat. d. a. 1627. in 8. eaqve notatu omnino digna de Libello Steuchiano ita leguntur conſignata: Petrus Rufus, Conſiliarius Agin-,, nenſis qui Jul. Cæſ. Scaligero ob doctrinam charisſimus erat, ut qui &,, ſummus Peripateticus & juris civilis Romani conſultisſimus eſſet, Athe-,, iſmi morbo laborabat. Nunquam ceſſavit (Scaliger ſcil. Parens) donec,, amicum ſæpe convivio adhibitum aut diſputationibus confectum aut,, precibus delinitum ad meliorem mentem revocaſſet, tradito illi AUGU,,

Judicium de eo Morhofii.

Conf. cum eo Steuchus de quo judicium Morhofii

& Hiſtoria Joſ. Scaligeri

Digitized by Google

„STINI EUGUBINI de PERENNI PHILOSOPHIA Opere, quod illi „viam ad veram Dei cognitionem muniret. Quandoquidem a RUFO „nunquam exprimere poſſet, ut Sacra Biblia conſuleret a quibus Rufi a- „nimus abhorreret. Et ſane ea lectio Rufo ſalivam movit adeo ut totum „ſe protinus ad Theologiæ ſtudium converteret, in quo tantum profecit, „ut nemo acrius aut veram pietatem defenderet aut Atheiſmum oppu- „gnaret. Erat enim acerrimus & acutiſſimus Diſputator.

§. VII.

§ VII. Chriſt. Hoffmanni Umbra in luce.

Cum PFANNERO & STEUCHO idem argumentum peculiari quadam Diſputatione pertractare cœpit ſed non abſolvit M. CHRISTIANUS HOFFMANNUS, Wratiſlav. Sileſ. Diſputatione ſcilicet Jenæ in lucem publicam producta A. 1677. editione prima & ſecunda editione A. 1680. in 4. ſub tit. *Umbra in luce* ſive Conſenſus & Diſſenſus Religionum Profanarum, Judaiſmi, Samaritaniſmi, Muhamediſmi atqve Paganiſmi. præcipue moderni, cum veritate Chriſtiana. Quæ Diſputatio ſi abſoluta fuiſſet elegantiſſiuum profundiſſime doctum & exoptatiſſimum præbuiſſet nobis Theologiæ Gentilium purioris & verioris Syſtema. Joh.

Judicium de ea Gerhardi.

Ern. Gerhardus in Epiſtola Gratulat. ad Hoffmannum, Diſp. alleg. præfixa. „Cum expetas (inquit) quid ipſe ſentiam de erudita hac quam contracti- „oribus hiſce diebus indefeſſo ſtudio ac laudabili conatu adornaſti, diſ- „ſertatione, neſcio ſane aliam ferre ſententiam quam quod plurimum Ma- „teriæ, quam tractandam ſuſcepiſti, fœneratus ſis lucis, ut forte haud vane „inde conjiciam, TE dum umbram quæſiviſti, lucem inveniſſe. Probe e- „quidem ſcio, TE quæ rara Tua ſatisqve perſpecta mihi modeſtia eſt, in „tota vita Tua adeoqve in illuſtri etiam luce Academica nihil æqve amaſ- „ſe ac gratam h. e. ſupra invidiæ tela poſitam umbram: auguror tamen „umbram hanc quam luci jam das publicæ, in apricum TE eſſe productu- „ram nec permiſſuram, ut inſignes Tuæ virtutes, modeſtiam, dico, pieta- „tem, multarumqve linguarum juxta atqve artium ſolidam cognitionem „in obſcuro deinceps lateant.

Alberti.

Val. Alberti in Carmine Gratul. Diſp. alleg. præfixo ita judicat:

Cum tenebris lucem, Chriſtum cum dæmone jungis
Cumqve Tua variam Relligione fidem.

AULI-

Digitized by Google

AULICUS es cui ſumma licet confundere & ima
Erro. Vis propius juncta ſecare magis.

JOH. ADAMUS SCHERTZERUS in Carmine Gratulat. Diſp. alleg. præfixo ita judicat. Schertzeri.

Cabam, Pagodes, Synagogam juncta Sioni
Cres ubi conſpexit mox quoqve mixta putat.
Olli ſubridens CHRISTUS Diſcrimina tollis
Num mea lux umbræ damna viceſqve feret?
Euge! Tuo CHRISTO, CHRISTIANE, adjungere ſoli;
Aut totum aut nullum CHRISTUS habere cupit.

Ipſe HOFFMANNUS in Præfatione ſive ut appellare amat, in Antifixis §. XVII. p. m. 21. Immenſum ecce & indigeſtum PAGANISMI chaos! confuſas Penthei Sectiunculas! Tentabimus tamen quoad vires noſtræ tulerint, miſcellam ad Geographorum præſcripta digerere. Non deficeret materia, digeriem, ſingulis Fidei Capitibus attemperare, modo chartulæ ſufficerent. In Principiis Palæſtræ Theologicæ hac vice ſpecimen daturi. Quod ſupereſt Lectoris benevolentiæ acceptucæ & impenſarum accremento commendamus. Hoc pacto Chriſtiana veritas in Solis, quod ajunt, menſa primum exponetur. Sectarum deinde ſententiæ concordantes, eo quo memorandæ ſunt, ordine ſubjungentur. Agmen demum claudet farrago opinionum diſcordantium. Iſthæc Apheteria noſtra ſunto. Methodus illius ex ipſo Hoffmanno.

§. VIII.

§. VIII. Pauli Stockmanni Elucidarius Gentilium Deorum & Dearum.

Ex Scriptoribus illis qui Religionem Gentilium peculiari quadam Diſſertatione deſcripſerunt, peculiariqve adeo opera quadam illuſtrarunt & explanarunt, optimus quoque eſt inter alios & Selectiſſimus PAULUS STOCKMANNUS, Poëta Laureatus Cæſareus, & Paſtor Bejernaumburgenſis in *Elucidario Deorum Dearumqve Gentilium, variæqve Idololatriæ,* in uſum Antiquitatis Studioſorum nec non ad loca tam Scripturæ S. quam profanorum Autorum de illis agentia, recte intelligenda, ritusqve cognoſcendos, e probatis Autoribus, horis ſubciſivis congeſtus & in ordinem Alphabeticum redactus, una cum *Diſſertatione de Gentiliſmo*, Præfationis loco præmiſſa. Lipſiæ in 8. edit. A. 1697. In hac Diſſertatione §. II. exponitur Onomatologia Gentiliſmi ſcilicet Etymologia, Homonymia & Synonymia, §. III. Deſcriptio Gentiliſmi. §. IV. Origo & progreſſus Gentiliſmi, Diſſertatio de Gentiliſmo ejusqve cenſenta.

liſmi. §. V. Notitia Gentilium naturalis. §. VI. VII. Abuſus notitiæ hujus naturalis Idololatricus a Gentilibus adhibitus. §. VIII. Diaboli confirmatio Gentilium in hoc abuſu per Oracula, Magiam & Superſtitionem. §. IX. Odium Gentilium in Chriſtianos, atqve ortus inde contemptus ortæ exinde perſecutiones. §. X. Mythologicus Gentilium cultus isqve ſacer & divinus. §. XI. Devotio Gentilium Sacra ejusdemqve ritus. §. XII. Hypocritica & falſa Gentilium Religio atqve Theologia §. XIII. Paralleliſmus Ethniciſmi & Papiſmi. §. XIV. Platonica Theologiæ Gentilis immutatio. §. XV. Deſtructio Theologiæ Gentilium falſæ per Chriſtum & Apoſtolos Apoſtolicosqve Succeſſores. § XVI. Vocatio Gentilium Univerſalis ad Chriſtianiſmum. §. XVII. Reſiſtens vocanti eiqve Divinæ Gratiæ Gentiliſmus. §. XVIII. XIX. XX. Reſtitutio Chriſtianorum genuinorum Divina & liberatio e Gentiliſmo & qui Gentiliſmum acceperat, Papiſmo. Ipſe STOCKMANNUS in Præfat. §. 1. p. 1. Diſſ. de Gentiliſmo, Scopum & Methodum opuſculi ſui ſequentibus aperit verbis quæ adſcribimus. „Multi multa de Ethnicis eorumqve Idololatria ſcripſerunt eaqve „luculenta ſatis & ſufficientia, ita ut actum agi & ſupervacaneum plane „eſſe videatur, ulterius iſta repetere. Cum vero in Elucidario noſtro Hæreſium de Gentilibus nihil adductum ſit, interim tamen Ethnici quoqve „haud raro ſemet Chriſtianiſmo oppoſuerint, imo ipſum illius fundamentum evertant, & Lectores inveniantur, qui horum quoqve errores mores „& cultum circa Numina, pernoſſe aveant, placuit in nuce tantum ſive „compendio quædam de illis diſſerere & tandem Syllabum Deorum Dearumqve Gentilium, ordine Alphabetico, qua fieri poterit brevitate „ſubjicere.

Scopus & Methodus illius diſſ. ex Stockmanno ipſo.

§. IX.

§. IX. Petri Jurieu Hiſtoria Critica Gentiliſmi

Ex Scriptoribus illis, qui Religionis Gentilis hiſtoriam & indolem integro quodam opere, data opera expoſuerunt, optimus quoqve eſt inter alios & Selectisſimus PETRUS JURIÆUS in *Hiſtoria Critica dogmatum & cultuum bonorum malorumqve in Eccleſiis ab Adamo usqve ad Chriſtum receptorum.* Ubi origo omnis Idololatriæ veteris Paganiſmi ex collatione cum Idololatria Judæorum explicatur. Amſtelodami edita A. 1704. in 4. charta majori. De qua judicium adſcribimus Collect. Act. Erud. Lipſ. ex Actis Erud. Lipſiæ publicatis Ann. M. DCC. IV. m. Novembr. p. 481. & ſqq. & M. DCC. V. m. Jan. p. 10. ſqq. quod ſequentibus verborum expreſ-

De ea judicium Lipſ. Coll.

Digitized by Google

expreſſionibus legitur conſignatum. In quatuor partes ampliſſimum ,,
hoc abit opus, varia eruditione noviſqve obſervationibus profecto refer-,,
tiſſimum & in quo laudando melius defungi partibus noſtris vix poſſe,,
videmur, quam ſi illuſtris CUPERI, Viri *Κριτικωτάτου*, de eo allegaveri ,,
mus judicium. Ille nempe in Epiſtolis, occaſione hujus Operis ad Au-,,
torem ſcriptis, quarum excerpta Clariſſimus BERNHARDUS in Novis,,
Reipublicæ literariæ haud ita pridem publici juris fecit, quaſqve integras,,
videre cum omnibus harum literarum amantibus avidiſſime cupimus,,,
profundiſſimam in hoc opere eruditionem, miram in explicandis falſo-,,
rum Deorum nominibus dexteritatem & ſtupendam in illuſtrandis quam-,,
plurimis iiſqve obſcuriſſimis antiqui fœderis locis, felicitatem, facunde,,
deprædicavit. Prima pars operis agit de dogmatibus atqve Religionibus,,
quæ omni illo, quod ab Adamo ad Moſen usqve effluxit, tempore inva-,,
luere, conſtatqve Capitibus XXVIII. In ſecunda parte, prætermiſſis do-,,
gmatibus Eccleſiæ Judaicæ poſt Moſen, de quibus nihil afferre poterat-,,
quod ex Scriptis Moſis & Prophetarum non ſit in vulgus notiſſimum,,,
Hiſtoria cultus Judaici, Moſis lege præſcripti, Judæorumqve traditioni-,,
bus ſive explicati ſive aucti, continetur, conſtante Capitibus XXXII. In,,
diverſos vero Tractatus abeunt Tertia iſta pars atqve Quarta, quorum,,
Primus parti tertiæ liminis quaſi loco inſerviens, de ipſa Idololatria Gen-,,
tiliumqve Theologia, agit in genere Capitibus VI. Hiſce vero genera-,,
lioribus de Idololatria ſuccedit ſpecialior Tractatus isqve ſecundus de,,
Syrorum & Hebræorum idololatria, Capitibus Vqve. Succedit inde de,,
Originibus ſimulacrorum tractatio quæ idololatria ætate cenſet eſſe po-,,
ſteriora, adeoqve Tractatus ordine tertius, conſtans Capitibus VI. Deniqve,,
cum inter ſimulacra celebratiſſimum ſit Iſraelitarum vitulus aureus, in,,
deſerto conflatus, peculiaris ipſi opera impenditur, Tractatu eoqve ordi-,,
ne quarto, qui conſtat Capitibus XI. Jam Libro IVto ad eos pergit qui,,
Syriæ & Cananææ natales debent,,

& judicium Cuperi.

§. X.

§. X. Severini Lintrupii Hiſtoria Gentiliſmi eaqve literaria & quidem promiſſa

Ex Scriptoribus deniqve illis qui Religionis Gentilis & hiſtoriam & naturam atqve conſtitutionem peculiari quadam commentatione perluſtrare atqve illuſtrare vel tentarunt vel conſummarunt, optimus inter alios & ſelectiſſimus eſt SEVERINUS LINTRUPIUS, in *Hiſtoria Gen-*

liſmi veteris & moderni univerſalis, hactenus, quantum nobis hoc in loco conſtat, inedita, delineata in Reliquiis Incendii Bergenſis ultimi ſive preſſiori deſignatione, Tract. Diſſertat. & Schediaſm. edendorum Hafn. ed. in 4. A. 1704. p m. 23. 24. In hac delineatione promiſit AUTOR ſe repræſentaturum diſtincte, licet breviter, omnis Idololatriæ & Superſtitionis Ethnicæ cum *Antiquioris*, Chaldaicæ. Perſicæ, Phœniciæ, Arabicæ, Ægyptiacæ, Græcanicæ, Romanæ, Gallicæ, Germanicæ, Cimbro - Gothicæ &c. tum & *Modernæ*, Aſiaticæ, Africanæ, Americanæ, Europææ, ortum, progreſſum, Deos, Fana, Sacrificia, Altaria, Feſta, Oracula, Sacerdotes &c. &c. omnesqve adeo Sacrorum ritus ex Auctoribus ut antiquis tam Profanis, Poëtis, Mythologis, Hiſtoricis, quam Eccleſiaſticis, ita recentioribus, præcipue Archæologis Hiſtoricis atqve Hodœporicis Selectioribus, ***Acoſta, Alexand. ab Alexandro, Arnkielio, Th. Bartholino, Boccatio, Chardino, Chartario, Chaumontio, Herb. de Cherbury, Choulio, Nat. Comite, L. le Comte, Dappero, Eddis, Gaultruchio, Grævio, Gronovio, Gyraldo, Hackenbergio, Hartknockio, Hoornbeckio, Hydio, Kirchero, Knoxio, Leerio, Lindſchootio, Loccenio, G. J. Ludovicio, Martinio, Maſio, Montano, Neuhofio, Paullino, Pfannero, Pfeiffero, Ferd. de Pinto, Pomey, Rogerio, Sagittario, Schedio, Scheffero, Seldeno, Stanleyo, Struvio, Tavernierio, Thevenotio, Voſſio, Witſio, Wormio*** &c. Cum repertorio Bibliothecæ Anti-Paganæ, figuris æneis Summariis atqve Indicibus, Librorum, Capitum, Rerum. 2. Tom. in 12.

ex propria ipſius delineatione recenſita

Subſect. IIItia

SUBSECTIO III.
DE
JUDAISMO ſeu RELIGIONE JUDÆORUM.

§. I.

§. I. Religionis Judaicæ

RELIGIO JUDÆORUM alia eſt veriſſima ſimul & antiquiſſima quæ alio nomine appellatur MOSAICA, DEo Auctore nata & Defenſore propagata per Periodum V. T. Patriarchalem, Ducalem, Judicialem, Regalem & Pontificalem, Patriarcharum, Ducum, Judicum, Regum & Pontificum Hebræorum, de qua in præſenti non agimus, quamqve adeo in præſenti hoc noſtro Syſtemate non intelligimus nomine & omine Judaiſmi.

Alia

Ortus. — Progreſſus. — Modernus Status.

Alia Religio JUDÆORUM falſa & nova, de qua hoc loco agimus, quamqve adeo nomine & omine Judaiſmi h. l. intelligimus, quæqve alio nomine audit TALMUDICA. Religio hæc Judæorum Talmudica *Ortum* ſuum debet inchoative traditionibus Pſeudo Prophetarum V. T. & Pſeudo Doctorum N. T. & conſummative Talmudi Babylonico & Hieroſolymitano h. e. Corpori illi Traditionum Judaicarum denſiſſimo, Seculo IIdo poſt C. N. inchoato & Seculo VIto conſummato. De qvo utroqve Talmude Diſpp pecul. eæqve longe doctiſſimæ pariter ac exoptatiſſimæ, extant ZACHARIÆ GRAPII, SS. Th. D. & P. P. Acad Roſtoch. Collegæ quondam mei & Fautoris affinitate conjunctiſſimi, quas Magiſter adhuc exiſtens Philoſophiæ habuit & in Academia Lipſienſi & in Roſtochienſi. In Lipſienſi anno M. DC. XCV. Diſſertat. Philolog. de Talmude Hieroſolymitano: in Roſtochienſi anno M.DC. XCVI. Diſſertat. Philolog. de Talmude Babylonico. *Progreſſum* Religio hæc Judæorum Talmudica debet ſchiſmati inter Judæos orto & adhuc hodie, in Oriente potiſſimum, duranti, quo diviſi ſunt in duas Sectas acerrime ſibi infenſas, alteram KARRAITICAM ſeu Scripturariam, quæ colit pro fundamento Religionis Characteriſtico ſolam Scripturam Sacram & quidem Veteris Teſtamenti; alteram RABBANITICAM ſeu Traditionariam, quæ colit pro fundamento Characteriſtico Traditiones Patrum ſive Rabbinorum in Talmude congeſtorum. *Modernus* Religionis hujus Judæorum Talmudicæ *Status* ita comparatus eſt, ut diſperſi per exteras provincias Judæi, per pleraſqve Europæ, Aſiæ, Africæ divagentur, ex contemtu Chriſti ejusqve prædictione nullas peculiares ſedes incolant, Meſſiæ Veri, Chriſti, adventum in carnem negent, N. T. rejiciant, & nugas Talmudicas plurimi cuſtodiant amore, amorem & Scripturæ S. & reliquorum Scriptorum longe ſuperante. Vid. Gebh. Theod. Mejeri Hiſtoria Religionum Cap. V. Sect. XIX. p. m. 320-330. & diſſert. 1685. Helmſt. hab. de Religione ejusqve differentia §. LII. LIII. Gottfried Zenner im Herbſt-Parnaß allerhand galant gelehrten Curioſitäten de a. 1691. pag. 27. 28. 29.

§. II.

§. II. Scriptorum Selectus repetendus ex

Scriptores de Religione iſta Judæorum Talmudica eosqve optimos pariter ac Selectiſſimos, cum notatu maxime dignis iisqve ex Hiſtoria literaria conquiſitis illuſtramentis, recenſuimus in Bibliotheca Antiquita

Digitized by Google

Bibliotheca Antiquitatis Judaicæ Selecta.

tis Judaicæ Selecta Roſtoch. & Lipſ. aliquot jam abhinc annis publicanda, & quidem Claſſe IVta & Claſſe Vta, unde veniunt repetendi. Recenſuimus enim ibi ex DOGMATICIS, Antonium Hulſium, Joh. Henr. Hottingerum, Antonium Margaritham, Fried. Alb. Chriſtiani, Joh. Buxtorffium, Joh. Fechtium, Aug Pfeifferum, Joh. Ben. Carpzovium, Laurentium Odhelium, Joh. Lentium & Joh. Henr. Majum. Ex POLEMICIS, Raymundum Martini, Petrum Galatinum, Autorem Libri, Gale-Razea vel Razaja, Johannem Müllerum, Chriſtoph Helvicum, Joh. Hoornbeckium, Gisb. Voëtium, Jacobum Gouſſetium. Qui omnes & ſinguli & Hiſtoriam Religionis Judæorum Talmudicæ & naturam ejus atqve conſtitutionem peculiari eademqve integra deſcripſerunt opera, quibus nunc tantum addimus illos, qui præterlapſo interim temporis ſpatio ad notitiam meam pervenerunt, quiqve annumerandi veniunt Scriptoribus de JUDAISMO & Selectisſimis & optimis, Jacobum nempe Basnagium, Joh. Andr. Schmidium, & Severinum Lintrupium.

§. III.

§. III. Addendus Selectui illi Joh Baſnagius in Hiſtoria Judaiſmi ex recenſu atqve judicio Coll. Lipſienſ.

JACOBUS BASNAGIUS præſtantisſimis Scriptis de re Eccleſiaſtica imprimis jam dudum immortaliter meritus, novo poſt alia multa eo„qve inſigni merito Rempublicam literariam devinctum ivit, *Hiſtoria* nem„pe *& Religione Judæorum a temporibus Jeſu Chriſti usqve ad noſtram ata*„*tem*, qua Hiſtoria Joſephi continuatur. Tomis V. in 12. Roterodami A. M. DCC. VII. De qua ita judicant Collect. Act. Erud. Lipſienſ. in Act. a. 1707. m. Octobr. p. 448. ſqq. ad p. 460. & in Act. a. 1708. m. Jan. p. 13. ſqq. 23. Erat hiſtoria Judaicæ Gentis Sacrorumqve illius populi hactenus inter deſiderata, neqve repertus fuit, qui poſt Joſephum rem ingentis laboris in putidis Judæorum lacunis magnam partem conſumendi, aggredi auderet atqve ex illis cum aliarum gentium idoneis monimentis decenter comparatis lucem veritati accenderet. Id vero multifariæ eruditionis apparatu, diligentia inſigni, ingenio ſingulari executus Vir Reverendus fuit, qui aptisſima methodo totum opus Vqve Tomis ſeu VII. libris diviſit, iisqve, quicquid de iſta gente memorabile occurreret, comprehendit. Quamvis autem Joſephi hiſtoriam continuare animo conſtituiſſet, opus tamen exiſtimavit eſſe, ut generalem formæ Reipublicæ atqve Eccleſiæ, quæ in gente illa, dum ſuis legibus adhuc in patria viveret, obtinuit,

ante

ante omnia poneret ob oculos. Ei rei totus Voluminis Primi *Liber Primus* impenditur, ubi ſtatim ſub initium agitur de Herodiadum ſucceſſione in regno Judaico: deinde ipſa deſolationis urbis ſanctæ & templi huic ſubjungitur hiſtoria atqve cum Joſepho, qui urbem ſolo æquatam dixit, Patrum teſtimonia, Eccleſiam poſt hæc tempora Hieroſolymis agnoſcentium, conciliantur. Vol. I. *Liber Secundus* Hiſtoriam Sectarum perſequitur, in quas Chriſti Salvatoris ætate, usqve ad deſolationem Eccleſia Judaica diviſa fuit. Volum. II. *Liber Tertius*, qui poſt templi & urbis deſolationem in Judæa perſlitere, Judæos perluſtrat nempe Patriarchas, Primates, Æchmalotarchas, Tanaitas, Gemariſtas, Talmudiſtas, Maſorethas, Cabbaliſtas, & Rabbinos. Vol. III. *Liber Quartus* fidem Judæorum explanat, variasqve quas ea inde a templi excidio usqve ad noſtra tempora ſubiit mutationes: *Liber Quintus* ritus proponit & exponit Judaicos Synedrii Magni, Synagogarum, Academiarum, Proſelytorum, Feſtorum, precum, jejuniorum, excommunicationis, nuptiarum & funerum. Volum. IV. *Liber VItus* hiſtoriam texit atqve contexit diſperſionis omnium tribuum Iſraëlis ad ſeculum usqve a Chriſto nato octavum. Et *Liber VIImus* Volum. V. eandem fatorum Judaicæ gentis telam pertexere pergit ad noſtra usqve tempora.

§. IV.

§. IV. Joh. Andr. Schmidii Hiſtoria Cœlicolarum ex recenſu Collect. Hamburg.

JOHANNES ANDREAS SCHMIDIUS, SS. Th. D. & Prof. Helmſt. Helmſtadii anno 1704. d. 5. Maji Diſſertationem publicam propoſuit ſub tit: *Hiſtoria Cœlicolarum* ad Tit. Codicis de Judæis & Cœlicolis. De qua ita nos informant in compendio Collect. Nov. Lit. Europ. & German Hamb. in Nov. Lit. a. 1705. Menſ. Feb pag. 74. 75. Conſtat erudita Tractatio §§. XVII in quibus primum quinqve loca, quæ de Cœlicolis aliquid tradunt, adſcribuntur nempe (1) Codicis Theodoſiani Lex 43. de Hæreticis. (2) Lex 44. eod. tit. (3) rubrica tit. 8. libr. 16. Cod. Theodoſ. cui fere ſimilis tit. 9. Cod. Juſt. (4) illeqve potisſimus lege XIX. Cod. Theodoſ. de Judæis Cœlicolis & Samaritanis, quæ eſt lex 12. Cod. Juſt. de Jud. & Cœlicol. (5) ex Epiſtola CLXIII. ſive S. Auguſtini. Deinde oſtenditur fuſius contra Salmaſium, Druſium, & Joh. Seldenum, Cœlicolas non fuiſſe Judæos, nec Samaritanos nec Eſſenos, quæ Joſephi Scaligeri ſententia: nec Samii, quo nomine apud Benjaminem Tudelenſem in deſcriptione Ægypti veniunt nonnulli Judæi, qui multum retinuerunt

Z de

de ſuperſtitione majoribus ſuis maxime uſitata, qua colebant Melechet Cœli. Jerem. VII. 18. quæ etiam Joh. Druſii opinio & Samuelis Petiti: nec eos, qui ex Chriſtiana fide ad Judaiſmum tranſivere, ſive Apoſtatas, quod credidit Baronius & fere etiam Joſephus Scaliger. In altera Diſquiſitione, in qua lectu jucundisſima & obſervatu dignisſima occurſura eſſe indicat AUTOR, ulterius docebit, quod Cœlicolæ non fuerint Idololatræ Deæ cœleſtis nec Chriſtiani, quamvis hi per opprobrium & ignominiam olim ſic appellati: & deniqve demonſtratum dabit, quinam Cœlicolæ fuerint, quo tempore quo loco orti ſint & vixerint; quæ nova illorum dogmata & quomodo illa a Catholicis diverſa & a fide ac moribus aliena fuerint; tandem an illos Planetiſtas vocari conſueverit & quibus cum hæreticis convenerint. Egregie Schmidianam hanc Diſſertationem illuſtrat B. Chriſt. Kortholtus Lib. II. Cap. II. Tractatus, qui inſcribitur: Paganus obtrectator §. II. & ſqq. p. 275. ſqq. De Uranolatria Chriſtianis perperam attributa, quippe in quo recenſitis variis Sententiis de Cœlicolis, utpote Baronii §. V. VI. Seldeni. §. VII. Barthii. §. VIII. Scaligeri §. IX. ut & Cujacii, Weſenbecii. §. X. Druſii. §. XI. tandem concludit: De Cœlicolis nihil certi ſtatui poſſe præter hoc unum, quod incerta ſint omnia, „quæ quidem adhuc apud Autores de iis tradita legimus. coll. §. IV. p. „276. ubi ita diſcurrit: Qui proprie fuerint Cœlicolæ, quidve crediderint, perquam obſcurum eſt. Judæos fuiſſe nonnulli ſibi perſvaſum habent. Solentqve hi ex Juvenalis loco, cui alium ex Petronio jungunt, „ſententiam ſuam firmare. Verum ut dicam quod res eſt, Juvenalis & „Petronii teſtimonia hic parum imo nihil omnino efficiunt. Si enim Capitis aſinini venerationem Judæis affingere non dubitarunt Pagani, quidni eisdem affingere potuerint quoqve adorationem cœli? Et cur magis „credamus PETRONIO Cœli cultum Judæis tribuenti [ſi tamen lectio „illa: *& cœli ſummas advocat auriculas*, genuina eſt. Nam alii aliter legunt] quam dum idem eodem illo loco & verſu immediate præcedenti, quod porcinum numen adoret, huic genti objicit? Certe ut perperam „Judæis Uranolatriam iſtam tribui oſtendat, omnem lapidem movet ORIGENES Lib. V, contra Celſum. Monetqve Joh Seldenus Lib. II. de „Jure Naturali & Gentium Cap. I. licet olim, maxime ante templi primi „excidium pro vario hominum perverſorum affectu atqve dominantium „libidine ita ſubinde idololatria apud Judæos graſſata fuerit, ut nullum

ex illuſtratione B. Kortholti in Obtrect. Pagan.

ferme

ferme ejusdem genus non ſit etiam publice admiſſum; (de quo ex Sa-„ cro Codice ſatis conſtat) tandem tamen poſt primi illius templi ruinam,„ gentem toties iſtam eousqve ſapuiſſe, ut cultum omnem extraneum (quo,„ ſcilicet ſaxis, ſtipitibus, ſtatuis, imaginibus, angelis, elementis, corporibus„ cœleſtibus aliive cuicunqve naturæ Divinus honor offertur) velut pe-„ ſtem graviſſimam ſugeret; idqve ex majorum diſciplina, quam mali tem-„ poris anterioris mores nimium ſæpe obumbrabant. Per calumniam er-„ go a JUVENALE aliisqve Gentilibus Judæis imputatum eſt, quod cœ„ lum colerent. At vero Imperatoribus Chriſtianis in edictis ſuis contra„ Cœlicolas res non eſt cum hominibus, quibus falſo aliquis error vel im-„ pietas fuerit ſive ab imperitis ſive a cavillatoribus adſcripta, ſed ipſi Cœ„ licolis tribuunt Crimen Superſtitionis. Deinde Imperatores Cœlicolarum„ nomen vocant nomen inauditum, iisdemqve exprobrant novum cri-„ men: cum Judæi longe ante Honorii & Theodoſii tempora οὐρανολα-„ τρείας fuerint inſimulati.„ Hæc ibi Kortholtus.

§. V.

§. V. Severini Lintrupſi Hiſtoria Judaiſmi ex propria deſignatione recenſita.

SEVERINUS LINTRUPIUS SS. Th.D. & PP. Hafnienſ. ineditam hactenus, quantum nobis hoc in loco conſtat, *Hiſtoriam Judaiſmi*, ita delineat in Reliquiis Incendii Bergenſis ultimi ſive deſignatione preſſiori Tractatuum, Diſſertationum & Schediaſmatum edendorum Hafn. ed. in 4. anno 1704. Hiſtoria (inquiens) Judaiſmi veteris ac moderni degeneris, *totius Religionis ac Reipublicæ Judaicæ* ortum, progreſſum, Sacra, templa, Synagogas, Sacrificia, Pontificatum, Sacerdotia, Sectas, Doctores, Politiam, Judicia, Synedria, Ritus univerſos, Idololatriam, exilia & diſperſiones varias, πανολεθρίαν, deniqve Pſeudo-Meſſias, odia, & calumnias in Chriſtianos, Thalmud, Cabbalam, ſuperſtitionem, pervicaciam, converſiones crebras, fataqve adeo & memorabilia fere univerſa, inde a primordiis populi ad noſtra usqve tempora, e *Sacro Codice, Pandectis Talmydicis, Joſepho* item ac *Rabbinis, Maimonide, Menaſſe Ben Iſraël, Leone Mutinenſi, Benjamin Tudelenſi* &c. &c. atqve edecumatis præſertim Scriptorum inter Chriſtianos Neotericorum Ἑβραιζόντων, *Addiſonii, Altingii, Bartoloccii, Bertrami, Bocharti, Braunii, Buddei, Buxtorffii, Carpzovii, Coſteri, Cunæi, Danzii, Daſſovii, Dherbelotii, Dieterici, Diſenbachii, Druſii, Eiſenmengeri, L'Empereurii,*

Friſchmuthii, Galatini, Gentii, Gerſonis, Godwini. Gorrii, Hackſpanii, Helvici, Hoornbeckii, Hoſemanni, Höttingeri, Jaquelotii, Imbonatii, Rich. Kidderi, Lentii, Leusdenii, Lundii, Maji, Raym. Martini, Menochii, Aria - Montani, Mülleri, Neandri, Noldii, Ottonis, Pfeifferi, Rhenferdii, Scaligeri, Schickardi, Schudtii, Seldeni, Simonii, Spenceri, Triglandii, Villalpandi, Vitringa, Voiſinii, Wagenſeilii, Wülfferi &c. ſcriptis compendio repræſentans cum *Epiſagmate* de *Converſione Judæorum* quanta & qualis ſperanda quibusqve mediis procuranda? *Auctario* Bibliothecæ Anti - Judaicæ & Antidotorum contra Judaiſmum generalium, figuris æneis, Summariis atqve Indicibus neceſſariis. 2. Tom. in 12.

Subſect. IVta

SUBSECTIO IV.
DE
MUHAMEDANISMO ſeu RELIGIONE MUHAMEDANORUM ſive TURCARUM.

§. I.

§. I. Religionis Turcicæ Ortus

Religio Muhamedana ſive Turcica ORTUM ſuum debet Muhamedi, militi arte magica inſtructo & communicatis cum Judæo quodam & SERGIO, Monacho, conſiliis, Seculo VII. poſt C. N. novam Idololatriam ex Judaica, Gentili & Chriſtiana Religione commixtam invenienti, eamqve libro, ALCORANO dicto, inſerenti. PROGRESSUM numeroſis illis victoriis de Chriſtianis, prohibitis diſputationibus iisqve Religioſis & ſuppreſſis literis iisqve Philoſophicis; quibus factum, ut in tantam amplitudinem ſuccreverit religio Muhamedana. MODERNUM ejus STATUM quod attinet, occupant Muhamedani hodie religione ſua totam Africam a mediterraneo mari i. e. quatuor nonas Africæ partes: Aſiæ continentis fere dimidium, nempe Perſiam, Turciam, Tartariam & Arabiam; In Europa judice BREREWODO in Scrutinio Religionum p. m. 99. parum poſſident. Fundamentum eorum Characteriſticum in Religione eſt MUHAMEDES, Propheta divinus, ejusqve ALCORANUS. Trinitatem blasphemant; Beatitudinem æternam in voluptatibus collocant; Circumciſionem amant; Jejunia, lotiones, peregrinationes & ſimilia æſtimant.

Progreſſus.

Modernus Status

Vid.

Digitized by Google

Vid. Gebh. Theod. Mejerus Hiſtor. Relig. Cap. VI. p. 330-348. Diſſert. de Religione ejusqve differentia §. LIV. ſqq. Gottfried Zenner im Herbſt-Parnaß allerhand galant-gelehrten Curioſitäten, d. a. 1692. pag. 29. 30.

§. II.

Brevisſimam hanc Religionis Turcicæ ſive Muhammedanæ quoad ortum, progreſſum, & modernum ſtatum delineationem, fuſisſima & uberrima delineatione deſcripſerunt Scriptores illi, quos commendat Severinus Walth. SLUTERUS in Propylæo Hiſtor. Eccleſ. Chriſt. p. m. 223. 224. ex quibus Gisb. Voëtium excerpimus eidemqve ſubjungimus h. l. Chriſtianum Kortholtum, Joh. Nic. Quiſtorpium, Bernh. van Sanden, Frid. Ulricum Calixtum, M. Johannem Michaëlem Döderlein, M. Chriſt. Bened. Michaëlis, D. Zach. Grapium, Abrah. Hinckelmannum, Joh. Mich. Langium, Adrianum Relandum, Matth. Waſmuthum & tandem Severinum Lintrupium, tanquam ſcriptores optimos & ſelectisſimos conjuncta nervoſisſima, qua fieri poterit, ratione Diſſertationum quas conſcripſerunt de Judaiſmo, quoad capita præcipua recenſione. §. II. Scriptorum Selectus.

§. III.

GISBERTUS VOETIUS in Diſputationum Selectarum earumqve Theologicarum Part. II. Diſputatione XLI. p. 659. ſqq. - 683. de MUHAMEDISMO, primo communicat Hiſtoriam Muhamediſmi, deſcriptionem, nempe quid ſit, quale ſit, unde ſit: In τῷ. Quid ſit, definitum, nempe Muhamediſmum ejusqve Synonyma, Islamiſmum, Saraceniſmum, Mauriſmum, Ismaëliſmum, & definitionem, quæ conſtat genere nempe apoſtaſia, & differentia ſpecifica, quæ abſolvitur objecto principiante (ut loquitur Voëtius) eoqve vel negativo, a quo diſceditur, nempe Sacra Scriptura Canonica V. & N. T.; vel poſitivo, quod recipitur, nempe Liber Alcorani; & objecto principiato (ut loquitur Voëtius) h. e. tum credendis, tum agendis. §. I. In τῷ Quale ſit, Muhamediſmi mixtionem, propagationem, amplitudinem, antiquitatem & ſucceſſionem, averſationem & deteſtationem craſſæ idololatriæ, imprimis cultus imaginum, oppugnationem & depreſſionem aliarum religionum, imprimis Ethnicæ & Chriſtianæ, conſpirationem pertinacisſimam in uno Alcorano & Autore ejus Muhamede difficul- §. III. Gisb. Voëtii Diſp. de Turciſmo ejusqve contenta.

tatem converſionis Muhamediſtarum & varietatem atqve diviſionem Sectarum Muhamedicarum ſeu interpretationum Alcorani & ſecundum eas variam rituum formam atqve executionem. §. II. In τῷ unde ſit, tempus, locum, Autorem, occaſiones & cauſas. §. III. Deinde communicat Theologicam Muhamediſmi dijudicationem, nempe eſſe meram perfidiam veræ fidei oppoſitam, meram ſuperſtitionem & externam operis operati larvam pietati oppoſitam, merum cultum ſervilem, hypocriticum, umbraticum, ſtolidum, religioni oppoſitum, meram injuſtitiam juſtitiæ erga proximum oppoſitam, breviter genuinum Atheiſmum ſeu Epicureiſmum, quicquid jejuniis, ritibus quaſi religioſis, adhæc nomine præmiorum & paradiſi, pœnarum & inferni ſimulare voluerit MUHAMEDES. §. IV. Porro expoſita hac ratione natura mali Turcici in Religione Turcica devolvitur ad curam mali in religione Turcica. §. V. Ubi conſiderantur hæc tria: Impedimenta removenda. Falſa aut inepta media evitanda. Genuina media urgenda & applicanda. Agmen claudunt problemata Hiſtorico-Theologica: An Tartari & Turcæ ſint Iſraëlitæ decem tribuum? An Cingari (vulgo dicti) ſint aut initio fuerint Muhamediſtæ? An Cuſæi ſint illi, qui poſtea dicti Saraceni? An bella contra Turcas propter ſolam religionem ſuſcipienda vel communi jure Divino vel lege talionis, quod Muhamed hoc prior egerit? An defendi poſſit Lutheri dictum de bello in Papam potius, quam Turcam ſuſcipiendo? An recte dictum olim a quibusdam Belgis: Malumus eſſe Turcæ, quam Pontificis? Quid tenendum ſit de naturali Saracenorum fœtore? Quid de confeſſione fidei ab Alphonſo Caſtaldo Muhamediſtis adſcripta ſtatuendum?

§. IV.

§. IV. Chriſt. Kortholti Diſquiſitio de Turciſmo ejusqve contenta.

CHRISTIANUS KORTHOLTUS SS. Th. D. quondam & PP. Kilonienſ. Diſquiſitione Academica Roſtochii hab. M.DC.LXIII. de Religione Muhamedana §. I. præliminari §. II. exponit magnificam Muhamedanorum confeſſionem de Scriptura Sacra; ſed eam apparentem tantum, hypocriticam, fucatam, & minus genuinam. §. III. Prætextam Codicis Sacri cum Pontificiis corruptionem. §. IV. Religionis Muhamedicæ in primum principium reſolutionem. §. V. Incomparabilem Alcorani apud Muhamedanos Autoritatem. §. VI. Incredibilem, quam Alcorano deferunt, reveren-

Digitized by Google

reverentiam & venerationem. §. VII. Finis & ſcopi Religionis in voluptatibus corporeis collocationem. §. VIII. Fucatam & minus genuinam Turcarum de Deo ejusqve unitate Confesſionem. §. IX. X. Turcicam Chriſtianorum, ac ſi tres DEos credant, inſimulationem. §. XI. Divinitatis Chriſti & genuinæ DEI filiationis Muhamedanam negationem. §. XII. Singularium quibus ab hominum vulgo Chriſtum diſtinguunt, Chriſto attributorum Muhamedanam aſſignationem. §. XIII. Perverſam Muhamedanorum de Chriſti officio Redemptorio perſvaſionem. §. XIV. XV. Perverſam eorundem de Creatione rerum creatarum perſvaſionem. §. XVI. XVII. Nugacisſimam eorundem de mortuorum reſurrectione & extremo judicio Confesſionem. §. XVIII. Muhamedanorum apud Georgium Elmacinum extantem Fidei Confesſionem. §. XIX. Diverſarum inter Muhamedanos Sectarum ex Septemcaſtrenſi compendiariam Relationem. §. XX. Signorum & prodigiorum Muhamedanorum ex Septemcaſtrenſi memorabilem relationem. §. XXI. Expoſitam Muhamedanorum & Pontificiorum quoad ſigna & prodigia conformitatem. §. XXII. Deluſionis & præſtigiarum Muhamedicarum ex Gislenio Busbequio recenſitarum illuſtrem ſpecificationem. §. XXIII.

§. V.

§. V. Joh. Nicol. Quiſtorpio Præſ. hab. Diſp. & Turciſmo ejusqve contenta.

JOH. NICOL. QUISTORPIUS SS. Theol. D. & Prof. Roſtoch. Præſes extitit Diſputationis Hiſtorico-Theologicæ Roſtochii hab. M. DC. LXXXV. Reſp. Auctore Nathanaele Falkio ſub tit. *Arcana Status in Religione Muhamedana.* Cujus Caput primum eſt Prooemiale exponens Potentiam Imperii Ottomannici ejusdemqve cauſas & occaſiones tam domeſticas Turcarum, quam exteras Chriſtianorum Cap. IIdum exponit, quo prætextu Religionis Mahometh & ſuam auctoritatem & imperii ſui fundamenta inſtituerit. Nimirum præſtigiis diabolicis §. IV. V. Superſtitionibus religioſis §. VI. VII. & ſuperſtitioſis perſvaſionibus de ſua divinitate & religionis ſuæ. §. VIII. IX. X. Simulatis in Scripturam Sacram Veteris Teſtamenti fraudibus. §. XI. XII. XIII. Fraudulentis Judæorum eorumqve doctrinæ approbationibus. §. XIV. XV. Fraudulentis Chriſtianorum eorumqve doctrinæ approbationibus. §. XVI. Articuli de Chriſto in gratiam Hæreticorum impugnationibus. §. XVII. Abblandientibus hujus vitæ & alterius vitæ propugnatis voluptatibus. Caput IIItium exponit

nit quibus Religionis Muhamedanæ Capitibus conſervatus hactenus & propagatus fuerit Dominatus Turcicus. Nimirum dominio abſoluto. §. I. II. III. Bello prudenter fortiter & ardenter inſtructo. §. IV. V. VI. VII. Dogmate de fato Stoico de præmio æterno & de Alcorano divino firmiter inculcato. §. VIII. IX. X.

§. VI.

§. VI. Bernh. van Sanden Diſp. de Muhamede ejusqve contenta.

BERNH. VON SANDEN SS. Th. D. & Prof. Regiomont. Diſputatione Theologica Regiomonti hab. anno 1707. *de Mohamede Pſeudopropheta*, præmiſſa de Prophetis & Pſeudo-prophetis doctrina Theologica eaqve ſummatim propoſita §. I. II. III. §. IV. Pſeudo-Prophetarum numero Mohamedem adſcribit & ejus vitæ rationes potiores perluſtrat. §. V. Doctrinam hujus Pſeudo-Prophetæ Muhamedis recenſet. §. VI. Illius fata noviqve dogmatis ſucceſſum deſcribit. §. VII. Falſum fuiſſe Prophetam ex requiſitis verorum & Divinorum Prophetarum ſigillatim ex revelatione Divina, oſtendit. §. VIII. An res revelatas omnes æqve ſemper etiam Prophetæ intelligant, quæſtionem inſpergit. §. IX. Ad verum Prophetam deſiderat, ut conſultus ab aliis ſaluti ipſorum conſulat, indeqve verbis non ambiguis & contortis utatur, ſed talibus, quæ tum inter ſe, tum cum eventu, ſi forte quidpiam futurum denunciet, collata nonniſi certum & verum exhibeant ſenſum, quæ cum in Mohamede non inveniatur, nota eum Pſeudo-Prophetam luculenter monſtret. §. X. Ulterius in vero Propheta vitam ac mores ſanctos obſervat, quibus quod verbis docet, id factis probet.

§. VII.

§. VII. Fried. Ulr. Calixti Diſp. de Turciſmo ejusqve contenta.

FRIDERICUS ULRICUS CALIXTUS SS. Th. D. quondam & Prof. Helmſtad. in Diſp. Theol. Helmſtad. hab. anno M. DC. LXXXVII. de *Religione Muhamedana* præmiſſo §. I. præliminari §. II. explicat, quomodo Muhamedani Chriſtum habeant & æſtiment inſtar Magni Prophetæ. §. III. Quomodo DEo Creatori cœli & terræ alium aſſocient. §. IV. Quomodo Chriſto aſſocient alios. §. V. Quomodo Sanctitatem externam colant, interna neglecta. §. VI. VII. VIII. Quomodo religio orta fuerit a Muhamede, cujus deſcribuntur natales, fuga, indoles. §. IX. Quomodo creverit per bella & latrocinia, per meram violentiam, hodie tamen abrogatam juxta

juxta §. X. Quomodo ſubitanea propagatione fuerit propagata, exponitur §. XI. Quomodo ex Neſtorianiſmo conflata fuerit. §. XII. XIII. Quomodo & quare denominata fuerit Saraceniſmus, Iſmaëliſmus. §. XIV. Quomodo & quando interitura ſit. §. XV. Quomodo introitus plenitudinis Gentium applicetur ad Muhamedanos §. XVI. XVII. XVIII. Quomodo Gog & Magog applicetur religioni Turcicæ & applicatus fuerit. §. XIX—XXI. Quomodo agnita fuerit vel ab ipſis Turcis Religionis vanitas & falſitas. §. XXII. Quomodo Muhamedis ejusqve Alcorani autoritas deſtrui poſſit & quibus argumentis. §. XXIII. XXIV. XXV. probabilibus & apodicticis §. XXVI.—XXXIX. Quomodo removendum ſit obſtaculum, in quod Mahumedanus convertendus poſſit impingere. §. XL--LVIII.

§. VIII.

JOH. MICHAEL DOEDERLEIN, Philoſoph. Mag. Diſſertatione Philologica anno M. DCC. VIII. Altorffii hab. Reſp. Fratre Georg. Mich. Dœderlein *de Fundamentis & Partibus Theologiæ Muslimannorum*; Præmiſſo Procemio de Spicilegio poſt Meſſem inſtituto §. I. & II. Onomatologiam proponit & exponit §. III. Pragmatologiam & quidem Principium Normativum, nempe Alcoranum a DEo ad Muhamed demiſſum, adeoqve divina autoritate pollentem. §. IV. nec non Sunnam legem oralem complectentem dicta & facta Muhamedanorum in Corano non contenta. §. V. Fundamentum Principale, nempe Fidem. §. VI. Item metum pœnæ. §. VII. Partes fundamentales quinqve de DEo, precibus, Eleemoſyna, jejunio & peregrinatione Meccana. §. VIII. Partem Theoreticam & Practicam in genere. §. IX. Theoreticam in ſpecie de DEo, Angelis, libris cœlitus demiſſis, Prophetis, die noviſſimo & decreto Dei. §. X. Practicam in ſpecie, de lotionibus, Eleemoſynis, precibus, jejuniis & peregrinatione Meccana. §. XI. Concluſionem §. XII.

§. VIII. Joh. Mich. Dœderlein Diſp. de Turciſmo ejusqve contenta.

§. IX.

ADRIANUS RELANDUS Prof. Lingv. Orient. Ultraject. in *Libris duobus de Religione Mohamedica*, evulgatis Ultrajecti ann. M. DCC. V. in 8. ipſos Religionis Arabum fontes, miſſis verſionum rivulis, ſectatus eſt ſtrenue, multaqve Mohamedanorum advertit lectione, peſſimum quidem eſſe

§. IX. Adrianus Relandus. Libri ejus de Relig. Mahomed.

Digitized by Google

& Chriſtianiſmo exitialem ISLAMISMUM, quemqve deteſtari debeat omnis, qui Chriſtum amet & fidem habeat Sacro Codici: tamen nihilominus hanc quoqve religionem eadem plane forte, qua pleræqve aliæ Judaica, Chriſtiana & Proteſtantium, ab adverſariis ſuis nec bene eſſe perceptam nec juſtis ſemper calumniis oneratam. Cujus ſi inveſtigetur origo mali, potiſſimam in lingvæ Arabicæ inſcitia verſari culpam, cum a pleriſqve Theologiæ cultoribus habeatur inutilis, qui parum cogitent, quantopere præpoſtero hoc judicio famæ derogent ac prudentiæ Virorum, qui ei addiſcendæ & promovendæ tam ſedulam operam navarunt, POCOKII, BOCHARTI, ERPENII, GOLII, CASTELLI, HOTTINGERI, aliorumqve, neqve recordentur, loca tot difficilia in Jobo, in Prophetis, in aliis Scripturæ libris, non aliunde lucem accepiſſe niſi ex lingva Arabica. Perſuaſione tamen hac falſiſſima id eveniſſe, ut ſi quis Juvenum literarum Sacrarum ſtudio ſe conſecret & generoſo quodam ardore intelligendi religionem Mohamedicam inflammetur, ſtatim amandetur ad legendam HOORNBECKII Summam Controverſiarum, Joh. Andr. Mauri Confuſionem Sectæ Mahomedanæ, Forbeſii Inſtruct. Theol. Lib. IV. Omii Turciſmum reſeratum, Alcoranum a Roberto Retenenſi verſum, alioſqve qui in hoc argumento vehementer hallucinati ſint. Illos enim vel lingvæ Arabicæ defectu, ſecutos eſſe Græcos, quorum fidem invidia pariter ac ignorantia reddat dubiam, vel in ipſa Alcorani interpretatione a vero quandoqve aberraſſe.

Contenta eorum ex recenſu Collect. Lipſienſ.

Quod ut evinceret LIBRO PRIMO de Religione Mohamedica orbi literato exhibuit Compendium MSCtum admodum elegans, cui genealogiam præmiſit Mohamedis ex Codice Turcico MSto usqve ad Noachum deductam, adpoſita textui e regione verſione Latina, eruditisqve paſſim adſperſis rerum Islamiticarum floribus. Compendium hoc diſſilit in PARTEM THEORETICAM, quæ agit de Fide in Deum, de Angelis, de libris Divinis, de legatis Dei, de die noviſſimo, de decreto Dei; & in PARTEM PRACTICAM, quæ circa luſtrationes, preces, Eleemoſynas, Jejunia & Peregrinationem Meccanam occupatur. Omnia hæc fidei Mohamedicæ Capita ab Auctore ſuo, cujus nomen latet, tam caute ac ſobrie proponuntur, ut plane alia, quam qua vulgo induta creditur, facie compareat, ſicut a Clariſſimo RELANDO LIBRO SECUNDO diſtinctius compluribus obſervationibus demonſtratur. Teſtibus Lipſienſibus Act. Erud. Collect, in Act. a. 1706. menſ. April. p. m. 162. 163. unde hæc de RELANDO excerpſimus.

§. X. CHRI-

Digitized by Google

§. X.

CHRISTIANUS BENEDICTUS MICHAELIS Philoſ. Mag. in Diſputatione Academica Reſpondente Joh. Henr. Pothovio Hal. Magdeb. hab. 1708. de *Muhamediſmi laxitate morali* §. I. Muhamediſmi ortum exponit & progreſſum admirandum. Varias ejus cauſas. §. II. An & doctrinæ probabilitas in earum cenſum veniat, expenditur. §. III. in cujus locum ſubſtituere mavult doctrinæ amabilitatem ex laxitate ejus exſiſtentem. §. IV. Inſtitutum exponitur §. V. & diducitur (1) dando generalem aliquam Muhamediſmi ideam ex ipſo Alcorano, qua ſub titulo facilitatis ſuam inſinuat laxitatem §. VI. cui non obeſt difficultas alibi memorata. §. VII. (2) Exemplis Muhamediſmi laxitas illuſtratur. Num (*a*) vindictam privatam, quam ad ſpeciem alicubi diſſvadet Muhamedes §. VIII. alibi liberam facit. §. IX. Unde magnum Muhamediſmi a Chriſtianiſmo diſcrimen notatur addita notabili cujusdam Arabis Moslemi confeſſione. §. X. (*b*) concedit vagas libidines §. XI. (*c*) Polygamiam §. XII. XIII. (*d*) Repudium. §. XIV. Arabum genti libidinoſiſſimæ utiqve gratificatus. §. XV. (*e*) Craſſam hypocriſin excuſat §. XVI. XVII. (*f*) Inceſtum ex præterito tempore continuari & illicite adquiſitum retineri concedit. §. XVIII. itemqve (*g*) temerarium jurandi uſum & perjurium. §. XIX. (3) Præjudicia ſubjungit quibus laxitatem ſuam defendit, analoga præjudiciis Pſeudo-Chriſtianiſmi vulgaribus §. XX. ut (*a*) Sublatum onus grave legis. §. XXI. non ceremonialis ſed Chriſti. §. XXII. (*b*) Opinionem de indulgentia & benignitate DEI §. XXIII. (*c*) prætextum imbecillitatis humanæ §. XXIV. (*d*) DEum nil ultra, quam poſſumus, a nobis requirere. §. XXV. (*e*) Peccata leviora non eſſe alicujus momenti. §. XXVI. (*f*) præſumtionem ex profesſione unitatis DEI. §. XXVII. (4) Occupat objectum ſententiæ genuinæ, prohibitum vini, uſurariæ pecuniæ ciborumqve quorundam uſum. §. XXVIII. Oſtendit nec fundamentales Islamiſmi conſtitutiones laxitati ejus obeſſe. §. XXIX. ut (*a*) bellum pro religione. §. XXX. (*b*) unius DEi profesſionem. §. XXXI. (*c*) Eleemoſynam. §. XXXII. (*d*) Preces. §. XXXIII. (*e*) Jejunium §. XXXIV. (*f*) Peregrinationem. §. XXXV. & tandem (*g*) Purificationem. §. XXXVI.

§. X. Chriſt. Ben. Michaelis Diſp. de Turciſmo. Contenta illius Diſputationis.

§. XI.

§. XI. Zach. Grapii Præſ. hab. Diſſ. Philol. de Alcorano. ejusqve contenta.

ZACHARIAS GRAPIUS SS. Th. D. & Prof. quondam Roſtoch. incomparabilis Præſes extitit Diſſertationis Philologicæ a Reſpondente Autore Joachimo Mantzelio Roſtoch. hab. M. DCCI. ſub. tit. *Spicilegium Hiſtorico-Philologicum, ſiſtens Hiſtoriam literariam Alcorani.* Hæc Diſſertatio præmiſſo præfamine de utilitate Hiſtoriæ literariæ ejusqve neceſſitate §. I. Onomatologiam proponit & exponit Alcorani, Etymologiam, Homonymiam & Synonymiam. §. II. Pragmatologiam & quidem cauſam efficientem eamqve moventem & agentem. §. III. Objectum ſive materiam, circa quam occupatur Alcoranus, ſcilicet miſcellam & farraginem innumerarum rerum. §. IV. Formam Alcorani eamqve partim internam, nempe ſenſum, partim externam, nempe Idioma & Stylum. §. V. Finem & definitionem. §. VI. Diſtinctionem ejus. §. VII. Autoritatem, Venerationem & Æſtimationem. §. VIII. Scriptionem. §. IX. Editionem. §. X. Verſionem. §. XI. Commentatores, Interpretes, & Obſervatores. §. XII. Alcorani Refutatores. [Conf. ABRAHAMI HINCKELMANNI Alcoranus ſeu lex Islamitica Muhamedis, Filii Abdallæ, Pſeudo-Prophetæ ad optimorum Codicum fidem edita Hamburgi anno 1694. in 4. recenſita a Lipſ. Act. Erud. Collect. in Act. a. 1694. m. Octobr. p. 381. ſqq. ubi de Autore, fatis, furtis & plagiis Alcorani fuſe & egregie diſſerit. JOH. MICH. LANGII Diſſert. Hiſtorico-Philologico-Theologica de Alcorani prima inter Europæos editione Arabica. hab. 1703. Altorff. item diſſert. de ſpeciminibus, conatibus variis, atqve noviſſimis ſucceſſibus doctorum quorundam Virorum in edendo Alcorano Arabico, hab. ibid. 1704. Ut & Diſſert. de Alcorani verſionibus variis tam Orientalibus, quam Occidentalibus impresſis & hactenus ἀνεκδότοις, hab. 1704. Altorff. Vid. Collect. Nov. liter. Germ. & Europ. Hamb. d. a. 1704. m. Febr. p. 72. m. Aug. p. 308. menſ. Octobr. p. 393.] Idem ſine pari quondam GRAPIUS Roſtoch. anno 1705. in 4. publicari juſſit AHMET BEN ABDALA Hominis fidei Muhamed. addicti *Epiſtolam Theologicam* (e libris MSS. Seldenianis, qui Oxonii in Bibliotheca Bodlejana aſſervantur, excerptam ſtudio D. *Godof. Chriſt. Gœtzii*, JCti Lipſienſ. & ad GRAPIUM ad edendum transmiſſam) de *Articulis quibusdam fidei* ad Sereniſſimos *Auriacum* & *Portugalliæ* Principes ſcriptam e MSC. Anglico divulgatam, notisqve ac animadverſionibus Critico-Theologicis in Exercitationibus quibusdam Diſputatoriis ventilatis illuſtratam pasſim ac refutatam, exhibentibus compen-

Epiſtolæ Theotico-Antithet. Relig. Muhamed.

pendium Religionis Turcarum Antitheticæ & Chriſtianorum Theticæ. Vid. Collect. Lubecenſ. in Nov. Liter. Mar. Balt. & Sept. a. 1704. m. Sept. p. 259. ſq. & 1705. m. Jun. p. 161. 162. Collect. Relat. Innoc. (unſch. Nachr.) d. a. 1705. Ord. VI. in Novis n. VI. p. 364. Ubi: Ahmet Ben Abdala (inquiunt) war ein Alcaide und Abgeſandter des Marocciſchen Königes an die Holländer, welcher A. 1612. dieſen Brieff an Printz Moritz von Oranien und Printz Emmanuel von Portugall aus Marocco zurück geſchrieben hat, in Erinnerung der Religions diſcurſe, ſo er ehemahls mit ihnen gehabt. Er philoſophiret dann und wann recht Scholaſtiſch, jedoch ſind ſeine argumenta wider das Chriſtenthum meiſt Grillen oder läppiſche Dinge, wie ſie dem gemeinen Volck beyfallen. Herr D. Grapius hat in ſeinen notis theils was in dieſem Brieff ſchwer iſt aus der Mahometaniſchen Hiſtorie erläutert, theils ihn mit dem Alcoran conferiret, theils widerleget, auch ſonſt allerley Merckwürdigkeiten beygefüget. Ann. 1706. Roſtoch. & Lipſ. idem GRAPIUS in lucem publicam emitti curavit AHMET BEN ABDALA Muhamedani *Epiſtolam Theologicam de Libero Arbitrio* ad Dn. *de Aquila* ſcriptam e MSC. Anglico notis ac animadverſionibus Theologicis illuſtratam paſſim ac refutatam, cui annexæ ſunt duæ Diſputationes exqve recuſæ, altera ſub titulo: Specimen Hiſtorico-Philologicum *Hiſtoriam literariam Alcorani* ſiſtens: altera de *Judæorum* & *Mohammedanorum Chibbut Hakkebher*, i. e. ſepulchrali percuſſione vulgo von denen Schlägen im Grabe. Prologus tractationi huic ab Autore præfixus Lectori ſignificat, voluiſſe ſe jam fidem ante annum, ſub editionem Epiſtolæ Ahmet Ben Abdala Muhamed. Theol. de Artic. quibusd. fidei, publice datam liberare, & præſentem quoqve ad Dn. de Aquila, qui utrum Confeſſionarius quidam Sacrificulus, an Secretarius, an alius fuerit, in medio relinquit, epiſtolam communicare. Ipſa de Libro Arbitrio Epiſtola, quæ confuſe admodum ac imperite materiam hanc tractat, varias de iſto inter Mauros Sententias, præcipue tamen tres trium inter eos Sectarum affert. Iſtasqve ſententias ut declaret melius, quid ſingularum ſit fundamentum, fuſius explicat ſimilitudinibus, qui Judæorum & Muhamedanorum mos eſt, illuſtrat, & quam arduum omnino hoc de Libero Arbitrio ſit argumentum, variis rationibus, quas ſubinde ad examen & in viam revocat DN. GRAPIUS, exponit. Vid. Collect. Lubecenſ. in Nov. Liter. Mar. Balt. & Sept. d. a. 1706. m. Maj. p. 133.

Digitized by Google

§. XII.

§. XII. Matth. Waſmuth & Sam. Schultzii Hodomoria Muhamedana

MATTHIAS WASMUTH SS. Th. D. quondam & Prof. Ord. Acad. Kilon. Præſes, & Reſp. *Samuel Schultz* vocatus t. t. Paſtor Petro-Paulinus & quidem Hamburgenſis in Diſput. Inaug. Kilon. hab. & ed. a. 1683. tit. *Hodomoria Muhamedana*, delinearunt (I) VIAM MUHAMEDANAM latam quidem & Catholicam, ſed ſimul Lutoſam & Labyrinthæam: *Latam* & Catholicam loco actuali pariter ac virtuali, nec non tempore: *Lutoſam* propter omnium fere hæreſium Spurcitiem, Judaiſmo & Gentiliſmo adeo auctam, ut nihil aliud appareat in Muhamedica hac via, quam nefanda quædam πανσπερμία ex Judaiſmo, Gentiliſmo, & depravato Chriſtianiſmo; nec apex fere in univerſo Alcorano reperiatur, quem magnus ille veterator aliunde non emendicarit, quod in dogmatum Muhamedicorum expenſione patet de DEo, Chriſto, Scriptura S., Bonis operibus, vita æterna, eorumqve partim ſtolidorum partim alienorum p. 7. 16: item ob plurimarum inter ipſos Muhamedanos vigentium Sectarum ſpurcitiem huc congeſtam p. 16-23. *Labyrinthæam* utpote nothas illas, fallaces, & in certas Bellarmino-Papiſticas Eccleſiæ notas, ipſis tamen Pontificiis perfectius repræſentantem, quibus hodie Turcæ tantopere dementati inveniuntur, ut quod periculoſa via evadant, vix pateat exitus, nondum vero ingreſſos externa ſua & jucunda ſpecie allicientem rarisſime in viam regiam remittendos, ſcilicet Antiquitatem, Miraculorum gloriam, Sanctitatem externam, diligentem templorum viſitationem, & ſingularem devotionem, precumqve frequentiam, operum charitatis exercitium indefeſſum, abſtinentiam, peregrinationes religioſas, ſimplicitatis amorem, munditiei curam, juſtitiæ rigorem, Magiſtratus & Superiorum obſervantiam, & deniqve proſperum contra Adverſarios ſucceſſum p. 24-34. (II) VIATOREM, hominem ſcilicet occœcatum tum a diabolo tum a ſeipſo, ſurdum ob legem inhumaniſſimam de non diſputando, carnalem, voluptatum conceſſarum deſiderio æſtuantem p. 35. (III) HODEGOS nempe poſt Satanam, Muhamedum, Cadileſcheros, reſpondentes Archiepiſcopis Romanis, Hoggias, reſpondentes Epiſcopis Romanis, Taliſmannos i. e. excitantes ad preces, Derviſios reſpondentes Monachis Romanenſibus, eosqve vel nude ſic dictos vel Hugiemales, vel Calenderos, vel Torlaces, quos inter primos nulla ſcelerum tangat conſcientia, ſecundos amores repleant præcipue illiciti, tertios & quartos flagitia occupent innumera, Sodomia, adulteria, furta tanquam ſolemnia. p. 36. (IV) *Lumen*, quo ducti Viato-

Viatores cum Hodegis ſuis viam ſemel ingreſſam continuant ad verum Scripturæ Sacræ fulgorem alias quam maxime cæci, nempe *Alcoranum*, Lumen inſtabile, ineptum & fatuum, putidiſſimarum paludum accola, ludendis & in exitium trahendis hominibus natum. p. 38. (V) *Terminum* ex Muhamedanorum quidem opinione, & Paradiſum eumqve partim majorem & jucundiorem, partim minorem non adeo jucundum, & infernum ſeptem portis diſtinctum; ex opinione genuinorum Doctorum etiam Wasmuthi & Schultzii h. l. æternam obſtinatæ infidelitati ac peſſimis moribus debitam *ἀπώλειαν*. p. 40. Conf. ejusd. Schultzii ſive *Sam. Schulteti* Diſp. pecul. Argentor. hab. & ed. A. 1668. ſub Præſidio B. DANNHAUERI tit. *Eccleſia Muhamedana* qua (I) exhibet *Onomatologiam* ſive Nomina, & quidem talia, quæ vel ipſi Autori vel ejus Aſſeclis vel ipſi Scripturæ aut ejus interpretibus originem debent p. 6-11. (II) *Pragmatologiam*, qua FLORI exemplo in Epit. Geſt. Rom. Prolog. Muhamedaniſmum ipſum ceu hominem conſiderat eſſentia ſimul & accidentibus notabilem, & quidem ESSENTIALITER (*a*) quoad *corpus* tanquam *infantile tenerum*, in Muhamede, p. 11-18. *juvenile vividum*, in triplici diverſarum nationum periodo, Saracenica, Turcica, Tartarica, p. 18-20. *virile ſolidum* in Othomannidis ab Othomanno, qui circa A. 1300. regno potius Muſulmannico, denominatis, p. 20. *Senile morbidum* in degeneratione recentioribus ſeculis obvia ad inſolentiam, perfidiam, Dei contemptum, rei privatæ ſtudium, (omnia cum ſint venalia) audaciam, exactiones immodicas, aliaqve enormia vitiorum genera. p. 21-24. (*b*) quoad *animam* tanquam *religione moroſopham*, via quidem lata, ſed ſimul lutoſa & labyrinthæa, Viatore occæcato, ſurdo, carnali, Hodogetis ſive viæ ductoribus peſſimis, lumine fatuo, termino infeliciſſimo, p. 24-59. *Politia tyrannicam*, virtutum, præſertim pietatis ſimulatione, optimatum ſublatione, *μικροψυχίας* inductione, *ἀδυναμίᾳ πραγμάτων*, commiſſione ſubditorum, hominum malorum promotione, p. 59. *Oeconomia Barbaricam*, ignorantia literarum, rei gnomonicæ & horologiorum, Artis Typographicæ & Architecturæ, neglectu ædificiorum, corporis, barbarica regionum devaſtatione, deteſtanda inſolentia ac ſuperbia, barbarica Captivorum afflictione, p. 60. ACCIDENTALITER (*a*) quoad *laceſſitum a Chriſtianis Turcarum odium* idqve Vatinianum per bella ſæpius injuſtiſſima pariter ac duriſſima expeditionum Cruciatarum nomine latitantia. p. 61. 62. (*b*) quoad *Muhamedicum cum Pontificiis contractum affinitatis vinculum*, utriusqve Sectæ Capitibus Summis

Ejusdem Schultzii Eccleſia Muhamedana

mis Mahomete ſcilicet Quarto Imp. Turcico, & Alexandro Septimo, Pontifice, Romano, non admodum remoto ſeſe conſanguinitatis gradu attingentibus ex Tabella Genealogica Joh. Ulr. Wallichii in Tractat de Relig. Turcic. p. m. 320. ſqq. exhibita & a Schulteto ſive Schultzio p. 63, 64. cum explicatione Franciſci Nigri inſerta.

§. XIII.

§. XIII. Sev. Lintrupii Hiſtoria Turciſmi Literaria eaqve promiſſa

SEVERINUS LINTRUPIUS SS. Th. D. & P.P. Hafn. *Hiſtoriam Muhamedaniſmi*, hactenus, quantum nobis hoc quidem in loco conſtat, ineditam, in Reliquiis Incendii Bergenſis ultimi ſive preſſiori deſignatione Tractat. Diſſert. & Schediaſm. edendorum Hafn. ed. 1704. in 4. p. 26. 27. ſequentem in modum delineavit. Hiſtoria (inquiens) Muhamedaniſmi ſeu ſuccincta de totius ſuperſtitionis Turcicæ ortu, progreſſu, Auctoribus, Muhamede ejusqve Paraſtatis, Principio, Alcorano, adminiculis & mediis, Doctrinæ capitibus, Sectis variis, Ceremoniis & Sacris univerſis &c. &c. narratio, ex Auctoribus optimis, *Abulfarageo*, *Joh. Andrea*, *Beckio*, *Boſio*, *Cantacuzeno*, *Drechslero*, *Elmacino*, *Guadagnola*, *Hinckelmanno*, *Holmio*, *Höttingero*, *Knollio*, *Leunclavio*, *Marraccio*, *Nerretero*, *Pfeiffero*, *Pocockio*, *Prideauxio*, *Richardo*, *Roſſeo*, *Rycauto*, *Samſonio*, *Septemcaſtrenſi*, *Wallichio*, *Warnero*, aliisqve Anonymis & Hodœporicis nobilioribus ſtudioſe colligenda; cum inſerta delineatione Imperii Ottomannici, apparatu præjudiciorum contra Turciſmum, Summariis atqve Indicibus neceſſariis. in 12.

Subſ. Vta. Uſus Sectionis Religioſæ Salutaris.

SUBSECTIO V.
DE
USU SECTIONIS SALUTARI.

USUM SECTIONIS TERTIÆ ejusqve RELIGIOSÆ IN OMNIGENO STUDIORUM GENERE SALUTAREM, SEQVENTI INCLUDIMUS APHORISMO eidemqve MEMORIALI.

TRIPLEX FIDEI UNIUS OBJECTUM INEXPUGNABILE SEMPER FUIT, EST, ET ERIT VERÆ ET UNICÆ RELIGIONIS PRÆSIDIUM.

Mia

Triplex unius & veræ Religionis Præſidium inexpugnabile

Μία illa πίςις, una illa fides, una illa Religio ab Apoſtolo Epheſ. IV. 4. commendata, ab orbe condito ad orbis finem ſuperans & ſuperatura eſt illa, quæ tria habet hæc ἐνεργήματα, momenta atqve præſidia, nunquam a ſe divulſa, ſemper conjuncta, perpetuaqve ad diem judicii. AGNITIONEM DEI UT PATRIS. APPREHENSIONEM FILII UT MEDIATORIS. IMITATIONEM IMAGINIS IN SPIRITU SANCTO. Non enim alium DEUM credidit Eccleſia V. & N. T. quam qui eſt ὁ ἦν, καὶ ὁ ὢν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, אהיה אשר אהיה. *Audi Iſraël Jehova DEUS tuus unus eſt.* Deut. VI. 4. qui apud Jeremiam aſſerit ſe *DEum* eſſe *omnis carnis.* Jer. XXXII. 27. Eccleſia V. T. æqve orabat: TU ES PATER NOSTER, etſi obſcuriore adhuc fruebatur revelatione SS. Trinitatis, itidem atqve hodie Eccleſia N. T.: PATER NOSTER, QUI ES IN COELIS. Eccleſia V. T. idem verbum credebat eundemqve Filium DEum, Judicem, Mediatorem, Servatorem adorabat, quantumvis in umbra, vere tamen & fideliter, quod verbum nos, quem Filium nos hodie in Luce non minus pie adoramus quam luculenter credimus. Eccleſia V.T. ejusqve fideles eundem Spiritum, Rectorem, obſignantem, conſolantem, Paracletum, ignem ἐν ἐμπορισμοῖς τῶν ὁλοκαυςῶν credebant ſentiebantqve, quem nos uno eodemqve DEO donante, illis quidem minori, nobis majori menſura, illis inferiori nobis ſuperiori gradu collocatis & cœlo quaſi propius admotis. Firmatur & probatur inexpugnabile hoc unius fidei, unius veræ religionis quoad notitiam & praxin præſidium (I) *Ex Concilii Hieroſolymitani luculentiſſimo decreto* Act. XV. 11. *Credimus per Gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti, nos Servatum iri quemadmodum & illi* (antiqui ſcilicet Patres) *ſervati ſunt.* Unde argumentum: Qua mediante gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti per fidem apprehenſa nos ſervamur, eadem & Patres antiqui ſervati ſunt. At Gratia illa ſervamur, qua credimus in Jeſum Chriſtum verum Deum & verum hominem, Dominum noſtrum, qui ſibi nos ſuo ſanguine acquiſivit Act. XX. 28. Gal. II. 20. Rom. III. 25. vel illa gratia, quam ipſe non ut homo nudus, ſed ut verus Deus noſter nobis exhibuit, ſemetipſo tradito pro nobis, ut nos a maledictione legis redimeret ac obedientia legis pro nobis præſtita, ut in nobis impleretur juſtitia legis per fidem in ipſum, vel ut nos obedientia ipſius juſti conſtitueremur. Ergo ad eundem modum gratia Jeſu Chriſti per fidem apprehenſa etiam ſervati ſunt Patres & fideles V. T. (II) Ex *Apoſtolico*, eoqve

firmatum 1) Concilii Hieroſol. decreto.

Bb longe

2) Apoſtolico teſtimonio. *longe præſtantisſimo Fidei Patrum teſtimonio.* Fidem unam eandemqve Patrum & fidelium V. & N. T. Eccleſiæ aſſerit Paulus ex profeſſo Cap. XI. Epiſtolæ ad Hebræos, deprædicans fidem Abelis, Enochi, Noachi, Abrahami, Saræ, Iſaaci, Jacobi, Joſephi, Joſuæ, Rahab, Gideonis, Barac, Samſonis, Jephtæ, Davidis, Samuelis, Prophetarum, qui in fide mortui promisſionem Mesſiæ i. e. complementum promisſionis πόῤῥωθεν viderunt eoqve ſeſolati ſunt. v. 13. ſiſtensqve illud νέφος μαρτύρων ut in Chriſtum Autorem & Conſummatorem fidei, qui crucem ſuſtinuit, aſpicientes, in fide illa una confirmarentur Hebræi in Filium DEi ejusq; pasſionem ſalutiferam.

3) Unico fundamento. (III) *Chriſti fidei illius unica in V. & N. T. fundamento.* Requirit enim Spiritus S. per Apoſtolum Paulum Hebr. XII. 2. ut JESUM ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν τῆς πίστεως, illius fidei, quam habuerunt priſci, de qua loquutus erat integro Cap. XI. non minus quam noſtræ, qua is loco propoſiti ſibi gaudii crucem ſuſtinuit & opprobrium vel ignominiam, reſpiciamus, exemplo teſtium priſcorum, quos recenſuerat, inducti, quos proinde, ut de Moſe profeſſus erat diſerte, oportet quoqve reſpexiſſe ac fide complexos eſſe pasſionem ac opprobrium Chriſti. Atqve hoc eſt, quod Cap. XIII. 8. inculcatur JESUS Chriſtus heri & hodie idem & in ſecula. Non ergo alia eſt fides N. T. quam quæ V. T. alioquin hæc nova & peregrina foret, nec Jeſus Chriſtus ſemper ὁ αὐτὸς eſſet.

4) Patrum calculo. (IV) *Patrum ſive Doctorum Eccleſiaſticorum conſentiente teſtimonio.* Abrahamus Calovius in Diſp. pecul. de fide veterum in Chriſtum apud Th. Crenium Tom. V. Faſcis Exercit. Philolog. Hiſt. n. III. ed. in 8. Lugd. Batav. §. L. p. 237. e Seculo primo poſt C. N. teſtimonia allegat prolixe POLYCARPI & IGNATII, quibus teſtantur unitatem fidei Jeſu Chriſti obtinuiſſe apud fideles utriusqve Teſtamenti. §. LI. LII. p. 241. - 252. producit e Seculo IIndo JUSTINUM M. & IRENÆUM, qui teſtantur unam ab initio fuiſſe in DEum Patrem unum & unum Filium, verbum, & unum Spiritum Sanctum fidem. §. LIII. LIV. p. 252. 257. e Seculo IIItio producit TERTULLIANUM & CYPRIANUM aſſerentes, unam de Chriſto fidem in Eccleſia V. T. Judaica viguiſſe & floruiſſe. §. LV. p. 257-262 producit ATHANASIUM, EPIPHANIUM, AUGUSTINUM, Concilium Chalcedonenſe & Antiochenum, unam fidem utriusqve Eccleſiæ V & N T. aſſerentia.

5) Libb Symb ſuffragio. (V) *Librorum Symbolicorum a nobis receptorum determinato ſuffragio.* Libri noſtri Symbolici teſtantur omnino unam eandemqve fuiſſe & Eccleſiæ V. T.

Judaicæ

Judaicæ & N T. Chriſtianæ fidem ac religionem, quando demonſtrant e V. T. non minus quam N. T. Juſtificationem per fidem in ſanguinem & meritum Filii DEi. Apol. A. C. p. 79. 80. Conſolidatur præſidium hoc veræ Religionis inexpugnabile adverſus tela infenſiſſima INDIFFERENTIS RELIGIONIS PATRONORUM, tam *Veterum*, Apellis & Apellitarum, Rhetorii & Rhetorianorum, quam *Recentium*, Puccii & Puccianorum, Arminianorum, Socinianorum, Fanaticorum, & *recentiſſimorum* THOMASII & THOMASIANORUM, ARNOLDI & ARNOLDINORUM, aliorumqve ſimilis generis hominum, qui contendunt, quemqve in ſua fide, in ſua religione poſſe ſalvari, rejecta notitia, ſola praxi, h. e. ſola pietate admiſſa; (I) *Hæreticorum aperta a DEo & Chriſto facta condemnatione.* Omnes enim illos, qui dogmata cum fundamento fidei pugnantia pertinaciter defendunt, niſi errores ſuos agnoverint & rejecerint, æternæ damnationi ipſe Deus & Chriſtus in verbo ſuo æternæ veritatis obnoxios declarat. Hoſ. IV. 6. Marc. XVI. 16. Joh. XII. 18 36. Luc. XII. 47. 48. (II) *Fidei & religionis unica Divina determinatione.* Una eſt fides & una religio ſalvifica, & una tantum via, quæ ad ſalutem ducit. Epheſ. IV. 5. Act. IV. 12. XV. 11. Hanc unam fidem tenere oportet omnes, quotquot ſalutem ſperant & adſpirant æternam Rom. XVI. 17. 1. Cor. I. 10. 2. Cor. XIII. 11. Phil. II. 2. III. 16. (III) *Fidei & ſalutis ad Eccleſiam illam unicam & veram adſtrictione.* Plane memorabilis eſt locus Act. II. 47. *Dominus addebat quotidie Eccleſiæ, qui ſalvi fierent.* Itaqve eſt DEI voluntas, ut, qui velit eſſe membrum Eccleſiæ triumphantis, is quoqve fiat membrum Eccleſiæ militantis. Conf. Apoc. XXII. 15. (IV) *Notitiæ ſalutaris prærequiſita conditione.* Fides enim illa, quæ eſt & dicitur unica, duobus quaſi fulcris innititur, notitia veritatis & praxi pietatis: Suntqve adeo & manent inexpugnabilia triplicis fidei unius objecti firmamenta, notitia veritatis & praxis pietatis, adeo indiſſolubili vinculo conjuncta, ut notitia eaqve intemerata, carens praxi eaqve genuina, nulla ſit 1. Corinth. XIII. 2. & praxis eaqve intemerata, deſtituta notitia eaqve genuina, itidem ſit nulla. Joh. V. 23. Vid. præter Abrah. Calovium loco ſupra alleg. Danielis Feſſelii Præfatio de una, vera, & ſalvifica Religione, præmiſſa Tom. IIndo Adverſariorum Sacrorum edit. Witteb. d. a. 1660. in 4. Alb. Joach. Krakewitzii Diſp. Theol. Inaug. Roſtoch. hab. 1699. ſub Præſidio D. Joh. Nic. Quiſtorpii, de non ſperanda extra Eccleſiam Lutheranam ſalute. Et reliqui, qui Indifferentiſmum ſolidiſſimis expugnarunt præſidiis allegati ſupra ſelecto ordine.

Conſolidatum adverſus Indifferentiſtas.

Digitized by Google

Sect. III. Subſect I §. XVI. quibus add. B. ZACH. GRAPIUS in Diſp. Theol. Roſtoch. hab. a. 1708. Reſp. Aut. NICOL. WENTHIN de Quæſt. Controverſa: An pietas vel amor ſit fundamentum fidei pacisqve Eccleſiaſticæ cum Reformatis. GEORG. FRID. NIEHENCK Diſp. Roſtoch. hab. 1706. de Religione Quæſt IV. p. 14. ſqq. MICH. FOERTSCHIUS Select. Theol Jen. ed. in 4. Part. I. anno 1706. Exerc. II. §. XVIII. ſqq. coll. Exerc. V. §. XXXV. ſqq. p. 57. ſqq. §. XLIV. p. 78. Part. II. ed. 1708. Exerc. Ult. §. CXXIV. ſqq. p. 175. ſqq—218. ABRAH. HEIDANUS Tr. de Origine erroris ed. in 4. Amſtelod. 1678. Lib. VIII c. VIII. p. 475. ex inſtituto. Egregie pariter ac ſolide B. JOH. QUISTORPIUS in Diſp. Roſtoch. hab. 1642. tit. Fidei Chriſtianæ fundamentum ex 1. Joh. I. 1. 2. 3. „προαυλ. unico (inquit) Ἐυσεβείας vocabulo PAULUS complectitur „omnia ea, quæ ad verum DEi noſt i cultum pertinent 1. Timoth. IV. 7. 8. „Ille autem duobus abſolvitur Capitibus, FIDE ſcilicet PURA, & VITA „SINCERA. Utramqve conjunxit CHRYSOSTOMUS dum hoc modo „ad hunc locum commentatur. Homil. XII. ex verſ. Lat. *Exerce TE adpie-„tatem* i. e. *fidem puram vitamqve rectam. Id quippe ſignificat Pietatis No-„men.* Cui amice reſpondet IGNATIUS Epiſt. VII. *Totus noſter Chriſti-„aniſmus nihil aliud eſt quam fides in Deum & charitas in proximum.* Hinc „Apoſtolus Paulus in omnibus ſuis Epiſtolis in eo unice laborat, ut nobis „inculcet Πίςιν καὶ Ἀγάπην, *Fidem* & *Dilectionem*, ut vere a nobis appre-„hendatur veritas & devote exerceatur Pietas. *Et vere ſumma Sapientia eſt* „(ut docet ISIDORUS PELUSIOTA lib. IV. ep. 174.) *recta de DEO ex-„iſtimatio, & diviniſſima ſcientia, optima actio, quarum illa de DEo recte „ſentit, iſta de vitiis abſtinet, altera per dogma de DEo recte philoſophatur, „altera per actiones laudem conſequitur.*

Subſect. VIta.

SUBSECTIO VI.
DE
SCRIPTORIBUS HISTORIÆ
RELIGIONUM GENERALIORIBUS.

Scriptorum de Religionibus Generalium Selectus.

§. I.

§. I.

ENumerandi nunc ſunt circa finem Sectionis præſentis Scriptores, qui Hiſtoriam conſignarunt Religionum univerſo terrarum orbe hodierno adhuc

adhuc tempore receptarum, & quidem optimi atqve Selectiſſimi, quos inter primo loco commendandus ALEXANDER ROSSÆUS, Scriptor Anglus, in Tract. Angl. in Germanicum Sermonem tranſlato & ſeq. ſub titulo publicato: Der gantzen Welt Religionen oder Beſchreibung aller Gottes und Götzendienſte, wie auch Ketzereyen in Aſia, Africa, America und Europa vom Anfang der Welt biß auff gegenwärtige Zeit. In Engliſcher Sprache beſchrieben von dem hochgelahrten Herren Alexandro Roſſæo und in die Hochteutſche Sprache übergeſetzet von Alberto Reimaro, Lubecenſi, durchgehends mit ſchönen Kupfferſtücken verziert. In Amſterdam. Gedruckt und verlegt durch Joachim Noſche. Anno 1667. in 8. Liber tanto in pretio habitus & literatis quibusvis omnium fere nationum, ut in omnes pene linguas ſit converſus, Gallicam, Italicam, Germanicam & alias, teſte MORHOFIO in Polyhiſtore Tom. III. Lib. V. §. 20. p. 58. ut etiam nuperrime Clariſſimus Auctor DAVID NERRETERUS in *Theatro militantis ſed invincibilis Eccleſia* Germanico idiomate conſcripto & inſcripto: Schauplatz der ſtreitenden doch unüberwindlichen Chriſtlichen Kirche. Norib. edito anno 1707. in 8. omnes religiones atqve hæreſes delineaturus, quæ in univerſo hoc terrarum orbe unquam exciterunt, Librum ALEXANDRI ROSSÆI, qui eundem Scopum ſibi præfixerat, lingva Anglicana originaliter conſcriptum elegerit, eumqve non ſolum in vernaculam noſtram tranſtulerit, verum etiam multis in locis emendaverit, prætereaqve multis acceſſionibus, quæ molem libri Roſſæi longe ſuperant, eundem adauxerit. Ann. M.DCCI. Norimb. in 8. *Primus Tomus* Operis NERRETERIANI lucem adſpexit, in quo admirandum Judaico-Ethnicum templo (der wunderwürdige Juden und Heyden Tempel) aperitur, eorumqve tum verus tum ſpurius cultus, variaqve idololatriæ genera copioſe atqve erudite exponuntur, quibus omnibus doctiſſimus Autor luculentam narrationem de origine Idololatriæ, nec non de fabulis Poëticis earumqve genuina ſignificatione ſubjungit. Hunc Primum *Tomum* haud ita multo poſt *alter* ſubſecutus eſt, in quo Muhamedanæ religionis origo, incrementa, Sectæ, imperia, varii ritus ac deniqve conjecturæ de ejusdem interitu proponuntur. Deinceps totus Alcoranus juxta optimam Ludovici Marraccii editionem, in Germanica lingua legitur ſimulqve breviter refutatur. *Tertius Tomus* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ enarrandæ deſtinatus eſt, utpote in quo ad ductum Sectionis Septimæ de diverſis cultibus ALEXANDRI ROSSÆI, de Eccleſiæ origine, incrementis, propagatione, impedimentis,

Alexandri Roſſæi Religio Orbis.

Æſtimatio ejus & Continuatio per Dav. Nerreterum

recenſit a a Collect. Lipſ.

perſecutionibus, hæreſibus, ſchiſmatibus, eorumqve cauſis fuſe ac diligenter diſſeritur, prætereaqve oſtenditur, quo pacto ſchiſmata, Divina annuente Gratia tolli, & Eccleſiæ a ſe invicem divulſæ absqve Syncretiſmo ad veram unionem reduci poſſint. Totum Opus decem Quæſtionibus abſolvitur, in quibus evolvendis Auctor eandem methodum adhibet, qua in antecedentibus etiam Tomis uſus fuerat, ut ſcilicet Anglici Autoris paragraphis additiones prolixiſſimas ſubjiciat. Vid. Lipſienſ. Act. Erud. Collect. in Act. a. 1707. m. Jan. p. 23. 24. quibus hæc quæ hactenus de Nerreterio attulimus, debere nos grata omnino mente profitemur: uti & hæc, quæ porro afferimus, ex iisdem in Actis d. a. 1701. m. Sept. p. m. 428. ubi ita diſcurrunt: ALEXANDRI ROSSÆI nomen in pleriſqve, locupletiſſimis etiam, Virorum doctorum catalogis deſideratur, nec, quod cui forte mirum videri poſſet, quicquam hauriendæ de ipſo notitiæ inſerviens ſuppeditavit operis illius de univerſi orbis Religionibus editor recentiſſimus, admodum Reverendus NERRETERUS, niſi quod in ipſo ſtatim titulo Angliæ iſtud primo editum fuiſſe innuerit. Quemadmodum autem libros a ROSSÆO editos alios agnoſcere cupientem ad ampliſſimum Bibliothecæ Bodlejanæ catalogum, in quo P. II. p. 117. leguntur, ablegamus, ita præter verſionem hujus Tractatus Germanicam plus ſimplice vice impreſſam, Gallice quoqve eundem jam ab Anno 1666. lectum fuiſſe obſervamus. Optime interim de eo meritus eſt NORRETERUS, munere, ut arbitramur, Miniſtri Eccleſiæ in ſuburbio Norimbergenſi defungens, quando plures & prolixiſſimas non raro additiones ſingulis fere Autoris paragraphis ſubjecit. Vid. Lipſ. Collect. l. a. p. 429. 430.

& ab iisdem dijudicata

§. II.

§. II. Joh. Hoornbeckius ejusqve Summa Controverſiarum

Secundo loco enumerandus eſt tanquam Scriptor optimus & Selectiſſimus de Hiſtoria Religionum, JOHANNES HOORNBEECK, SS. Theol. D. & Prof. primum Ultrajectinus deinde Lugd. Batavus, in *Summa Controverſiarum Religionis* cum infidelibus, Hæreticis, Schiſmaticis, i. e. Gentilibus, Muhamedanis, Papiſtis, Anabaptiſtis, Enthuſiaſtis & Libertinis, Socinianis, Remonſtrantibus, Lutheranis, Brounwiſtis, Græcis. Editione Secunda auctiore & emendatiore Trajecti ad Rhenum edita ex officina Johannis a Waesberge. M. DC. LVIII. in 8. Præmittitur Diſſertatio de Controverſiis & Diſputationibus Theologicis. Subjungitur Liber I. de Gentiliſmo:

ubi Contenta Summæ

liſmo: IIdus de Judaiſmo: IIItius de Muhamediſmo. IVtus de Papiſmo. Vtus de Anabaptiſmo: VItus de Enthuſiaſmo & Libertiniſmo: VIImus de Socinianiſmo: VIIIvus de Arminianiſmo. IXnus de Lutheraniſmo: Xmus de Separatiſmo ſive Browniſtiſmo: XImus de Græcis & Orientalibus. Methodum in his libris habet Hiſtorico-Theologicam, qua oſtendit uniuscujusqve Religionis (1) *Hiſtoriam* ſive ortum & progreſſum. (2) *Doctrinam* h. e. Capitum doctrinæ momentum. (3) *Controverſiam* ſive Errorum Religionis Heterodoxæ Syllabum. (4) *Diſciplinam* ſive Rituum in religione ornamentum. (5) *Noſologiam* ſive objectum adverſus religionem veram telum. (6) *Medelam* ſive Colloquiorum, Diſputationum & Tractatuum contra Religionis adverſæ tela præſidium. Magno in pretio habentur libri iſti ab Eruditis etiam Theologis accuratiſſimis, & SS. Theologiæ atqve Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cultoribus juſta commendatione commendantur, exceptis hypotheſibus illis, quæ Reformatorum ſapiunt præconceptas opiniones, quas inter illa eſt de Lutheraniſmo hæretico & heterodoxo, qua mediante & peculiaris eidem locus inter Hæreticas atqve Heterodoxas religiones ab Hoornbeckio aſſignatur.

Methodus Summæ.

Æſtimium Summæ.

§. III.

Tertio loco enumerandus eſt tanquam Scriptor de Hiſtoria Religionum optimus pariter ac Selectiſſimus, FRIDERICUS SPANHEMIUS, in *Introductione ad Selectiores Controverſias*, cum hodiernis Pontificiis, Anabaptiſtis, Enthuſiaſtis, Socinianis, Remonſtrantibus, Quinquarticulanis, Lutheranis, Græcis & Orientalibus, Judæis nuperisqve Anti-Scripturariis. Lugd. Bat. anno 1677. in 12. & 1687. in 12. Præfationem præmittit, qua edocet & rationem atqve occaſionem ſcribendi Elenchum Hiſtorico-Theologicum, & ordinem diſponendi eundem Elenchum. in controverſiis pertexendis auſpicium capit a *PONTIFICIIS*, & in protheoria hiſtorica oſtendit Romanæ Eccleſiæ geminam eſſe faciem, unam prout eſt vera & Chriſtiana, alteram prout eſt falſa & Anti-Chriſtiana. His rite recteqve expoſitis ipſarum controverſiarum Pontificiarum catalogum ſecundum ordinem Locorum Theologicorum in Præfat. expreſſum ſubjungit. A Pontificiis progreditur ad *ANABAPTISTAS* atqve in protheoria hiſtorica notat controverſias illas vel cum Anabaptiſtis ſtrictius ſic dictis videlicet Muntzero, Melch. Hoffmanno, Huttero Moravo, Mennone Simonis, vel cum

§. III. Frieder. Spanhemii Elenchus Controverſiarum.

Recenſus ejusdem atqve cenſus

cum aliis Sectariis ſub eadem voce paulo generalius accepta comprehenſis, ut Caſp. Schwenckfeldio, Davide Georgio, Michaële Serveto, Henrico Nicolai, Theophraſto Paracelſo, Valentino Weigelio, Fratribus Roſeæ Crucia, agitari. Qua diſtinctione præmiſſa ad controverſiarum Anabaptiſticarum in ſignificatu poſteriori acceptarum enarrationem accedit ut tamen vel impia vel portentoſa nimis ſeu Iſtrorum ſeu Georgianorum, Libertinorum, Antinomorum, Factioſorum dogmata præcidantur. Enumeratis potioribus Anabaptiſtarum dogmatibus de *SOCINIANIS* eorumqve prima origine, progreſſu, *ἀκμῇ*, capitibus atqve vario genere paucis diſſerit & deinde Socinianæ hæreſeos errores in ſcenam producit. Socinianis *ARMINIANOS* annectit, in illorum natales, incrementum, & ſummum vigorem inquirit, & quatuor eorum claſſes conſtitui poſſe judicat vel gradus controverſiarum Arminianorum. Quibus prænotatis geminum theſium inter Remonſtrantes atqve Reformatos controverſarum ordinem exhibet. Sub finem Controv. Arminian. appendicem adjungit de PAJONISMO. Ab hac Appendice confert ſe ad recenſendas Controverſias, quæ *Reformatis* cum Auguſtanæ Confeſſionis Theologis intercedunt, & quidem controverſias illas reales magis ſeu principales de doctrinæ capitibus, quæ poſt Lutherum ſint exorta. Hinc ad enarrandas controverſias cum *Græcis hodiernis* & *Orientali Eccleſia* progreditur, præmiſſa diſſertatione hiſtorica de Orientalis Eccleſiæ ſtatu & diſſenſione a Latina ſeu Pontificia. Miſſis Græcis ad *Judæos* accedit & præmiſſis incredulitatis eorum cauſis atqve remediis, item duabus Judæorum Sectis, ſcilicet Rabbanitis & Carræis, item diſcrimine præmiſſo inter controverſias cum Judæis tractari ſolitas principales & acceſſorias, item Elenchticas, caſuiſticas & hiſtoricas, ad enarrationem quæſtionum potiſſimum principalium & quidem elenchticarum progreditur. Agmen Controverſiarum apud Autorem claudunt recenti ætate motæ per Pſeudo-Philoſophos, Anti-Scripturarios, Libertinos, aut laxiores Theologos, ac ſiſtuntur hypotheſes de la Periere, Præadamitarum Autoris, Eduardi Herberti Baronis de Cherbury, Thomæ Hobbeſii, Latitudinariorum in Anglia ſic primum a latitudine quadam in cauſa regiminis & diſciplinæ appellatorum, Autoris de Philoſophia Scripturarum interprete, atqve Tractatus Theologico-Politici de libertate Philoſophandi, & Richardi Simonii, contra quem librorum Moſaicorum autoritas compendioſa atqve eleganti diſſertatione propugnatur. Referentibus ita ac cenſentibus Lipſienſ. Act. Erud. Coll in Act. a. 1688. m. Febr. p. 57. ſqq. -- 64. ubi vide.

ex Lipſ. Act. Er. Collect.

§. IV. Quar-

§. IV.

Quarto loco enumerandus eſt tanquam Scriptor de Hiſtoria Religionum optimos inter ac ſelectiſſimos, optimus quoqve ac Selectiſſimus, HIERONYMUS KROMAYERUS SS. Theol. D. quondam & Lipſ. Acad. Prof. primarius, Vir de Eccleſia multis officiis ſuo tempore meritiſſimus, in *Scrutinio Religionum tum falſarum tum unice veræ*, ita adornato, ut ſingularum & hiſtoria & dogmata cum cura exponantur & ἐπικρίσεις ex verbo DEi ſubjiciantur, & ab iis, quæ vel maxime diſſident a vera, vel propinquiores aliquanto ei ſunt, quaſi per gradus ad veram & ſalviſicam adſcendatur. Opere, hoc Seculo Religionum feraciſſimo, non Theologiæ tantum addictis, ſed aliis quoqve cœleſtis veritatis amantibus ſalutisqve ſuæ curioſis oppido neceſſario & utili. In quo Diſp. I. agit de Religione in genere. Diſp. II. de Paganiſmo. Diſp. III. de Muhamediſmo. Diſp. IVta de Judaiſmo. Diſp. V. de Catabaptiſmo & Quakeriſmo. Diſp. VIta de Weigelianiſmo, Roſæ-Crucianiſmo & Paracelſiſmo. Diſp. VII. de Photinianiſmo. Diſp. VIII. de Arminianiſmo. Diſp. IX. de Calviniſmo. Diſp. X. de Abysſiniſmo. Diſp. XI. de Anatoliciſmo. Diſp. XII. de Papiſmo. Diſput. XIII. de Lutheraniſmo. Editioni IIItiæ Francof. & Lipſ. d. a. 1681. in 4to procuratæ acceſſit inter alia (1) detectio & proſcriptio variorum noſtro tempore Syncretiſmorum ex Dannhaueri Myſterio Syncretiſmi. (2) Carteſianiſmus & Coccejaniſmus deſcriptus & refutatus a D. Valentino ALBERTI. Fried. RAPPOLTUS SS. Th. D. & Prof. Lipſ. in Præfat. ad Lect. Scrutinio Kromayeriano præmiſſa ita de eodem judicat. „Præcipuum,, ſane ſibi vendicat locum in numero eorum, qui religiones remotiores &,, propinquiores ad Scripturam, unicam veritatis normam, examinarunt, &,, his gradibus progreſſi cum ad unam illam ac veram pervenerunt, cæte-,, rarum odium magis quam amorem aut tolerantiam in animis ſuorum,, ingenerarunt, conſummatæ doctrinæ & ſapientiæ Theologus, HIERO-,, NYMUS KROMAYERUS & cum ob cætera in Eccleſiam merita tum,, ob cœleſtis veritatis aſſerendæ ſtudium, quod in Scrutinio Religionum,, adhibuit, immortali laudis adorea dignisſimus eſt. Nam cum intellige-,, ret, nec recte ſatis nec utiliter in mangonio illo Religionum occupari a-,, lios, qua erat prudentia, calamum de induſtria abſtinuit & ad diſcernendas,, magis, quam conciliandas religiones operam ac ſtudium omne contulit.,, Quod adeo pulchre illi proceſſit opus, ut tametſi ultimam ei manum,, imponere non potuerit, in ea ipſa tamen deſcribenda religione, quam ut,,

§. IV. Hier. Kromayerus. Scrutinium ejus Religionum Titulus.

Contenta.

Judicium Rappolti.

Digitized by Google

„veriſsimam poſtremo loco reſervavit, vitæ pariter & laborum finem fe„cerit. Nemo equidem melius potuiſſet colophonem addere ſanctisſi„mis laboribus ipſo Autore, cum ob pauca tamen, quæ reſtabant, totum „opus invidere publico religioni ſibi ducerent cognati, quæ deerant ſup„pleri per me bonum factum putarunt. Addixi operam & quæ in fronte „primæ atqve ultimæ Diſputationis inveniebam, veſtigia ſecutus cum do„gmata ipſa Lutheranæ religionis tum eorum cum Scriptura conformita„tem & σύγκρισιν, deniqve religionis ipſius cum propinquioribus (ſic „enim inſtituiſſe eum deprehendebam) ea, quæ diſputationem decet, bre„vitate ſubjeci. In quibus ſi minus relucet ſummi Viri genius, illud Te „in animo verſari velim LECTOR OPTIME, neminem pictorum eſſe „inventum, qui Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquit, „abſolveret.

§. V.

§. V. Andreas Sennertus Scrutinium ejus Religionum

Quinto loco enumerandus eſt tanquam Scriptor optimus de Hiſtoria Religionum atqve Selectisſimus, ANDREAS SENNERTUS, Lingv. Orient. Prof. quondam Witteb. in *Scrutinio Religionum* ſive Exercitatione Hiſtorico-Theologica de Religionum orbis univerſi terrarum varietate in communi & in ſpecie quod una ſola Chriſtiana & præſertim Evangelica ſit vera, & quam anguſtis illa hodie coërcita ſit terminis. Wittebergæ M. DC. LXIX. in 4. Cujus breviſsimi quidem quantitate, ſed qualitate ponderoſisſimi Summarium ſequenti cum verborum apparatu præmittitur. Religionis ſumma genera quatuor, Judaiſmus, Ethniciſmus, Chriſtianiſmus, Muhamediſmus. SECTIO PRIMA. Judæi. Paleſtinæ deſcriptio. Genera vel Sectæ Judæorum. Patres primi ante & poſt diluviani. Præcepta VII. Filiorum Noæ. Judæi γνήσιοι, Jeroboamitæ. Samaritani. Heliopolitani. Nazaræi. Proſelyti. Phariſæi. Sadducæi. Eſſæi. Karræi. Cabbaliſtæ. Moderni. SECTIO II. Ethniciſmus ſive Gentiliſmus. Antediluviani. Poſtdiluviani. Orbis terrarum dividitur (mente) in quinqve æquales partes. Gentiles hi, barbariqve tres integras occupant. Quænam illæ. Quæ & qualis illorum de Deo notitia itemqve cultus. Cultores malorum Spirituum. Colunt alii demortuos majoresqve ſuos. Eorundem varietas & diſtinctio. Alii cœlum, ſolem, lunam, ſtellas, elementa, animalia, vegetabilia, non entia. SECTIO IIItia, Chriſtiani. Nomen unde trahant? unam juxta computum ſuperiorem orbis terrarum partem excolunt hodie. Quænam hæc? Genera

Scrutinii illius aſtimium atq; Summarium.

nera ſive Sectæ Chriſtianorum. Chriſtiani γνήσιοι vereresqve Ariani & Photiniani. Eorundem errores & Scripta hodie quædam. Latini ſeu Pontificii. Eorundem ordines præcipui. Græci, hodierni maxime. Eorundem doctrina, incolatus. Evangelici ſive Lutherani i. e. A. C. Socii, Horum Symbolicus liber. Schiſma. Evangelici γνήσιοι. Interimiſtæ. Flaciani. Oſiandriſtæ. Majoriſtæ. Haſſiaci & Tubingenſes. Rathmanniani. Calixtini. Syncretiſtæ. Reformati ſive Zwinglio-Calviniani. Horum errores quidam. Scripta nonnulla. Sectæ ſive genera. Fanatici. Eorundem Sectæ diverſæ. Scripta. SECTIO IVta. Muhamedani. Nomen unde? Unam item juxta computum ſuperiorem orbis terrarum occupat partem. Quamnam? Religionem qua ratione propagent ſuam? Principium Religionis Alcoranus. Qualis liber. Interpretes ejus diverſisſimi. Sancti qui vel Patroni. Eorundem cultus. SECTIO Vta. Una ſola Religio Chriſtiana & præſertim Evangelica eſt vera. Probatur idem diverſimode. SECTIO VIta. Eadem anguſtis oppido perquam coërcetur hodie terminis. Quod itidem probatur inductione facta ut loquuntur. Concluditur. Grex vere parvus vere Chriſtianorum.

§. VI.

Sexto loco enumerandus eſt de Hiſtoria Religionum Scriptores inter optimos atqve ſelectisſimos, tanquam optimus & ſelectisſimus Scriptor, EDOARDUS BREREWODUS, Anglus, Aſtronomiæ in Collegio Greshamenſi, Londini olim Profeſſor in *Scrutinio Religionum* Anglice primum ſcripto, deinde in lingvam Latinam translato per Johannem Jonſtonum, editoqve in 12mo. Francof. M. DC. LIX. Septendecim Capitibus conſtante, quorum Imum agit de Partibus Orbis, quas Chriſtiani incolunt. IIndum de Partibus Orbis, quas Idololatræ posſident ſive Gentiles. IIItium de Partibus Orbis, quas Muhamedani poſſident. IVtum de Judæis per orbem tarrarum diſperſis. Vtum de quantitate & proportione partium terræ, in quibus modo dictæ Religiones vigent. VItum de Secta Græcorum. VIImum de Syris ſeu Melchitis. VIIIvum de Georgianis, Circasſiis & Mengreliis. IXnum de Moſcovitis & Ruſſis. Xmum de Neſtorianis. XImum de Chriſtianis Indis. XIImum de Jacobitis. XIIItium de Cophtitis. XIVtum de Abyſſinis. XVtum de Armeniis. XVItum de Maronitis. XVIImum de diverſis linguis, quarum in diverſis Orbis partibus in Liturgia uſus. In quibus omnibus & ſingulis Capitibus Methodo Geographico-historico-

§. VI. Edoardus Brerewodus

Scrutinium ejus Religionum

Contentum ejus.

Digitized by Google

Judicium de eo Marvillii.

hiſtorico-pragmatica docet. 1) Religionis orbis terrarum cardinalis ambitum. 2) incrementum. 3) decrementum. 4) dogmatum compendium, imprimis Religionis Græcæ in Oriente. Unde VIGNEUL-MARVILLE, in Melanges d' hiſtoire & de litterature h. e. Miſcellaneis hiſtoricis & Literariis Tom. I. ed. Rhotomag. 1699. in 8. p. m 120. BREREWODI librum de linguarum ac Religionum in hoc univerſo diverſitate laudat, refertqve Richardo Simoni conſtitutum fuiſſe, cum additionibus ſuis auctum nova editione luci denuo exponere, aſt cum non ſatis ei cum Bibliopola conveniret, ſeorſim Simonem additiones ſuas edidiſſe ſub titulo: *Religions d' Orient par le S. Mony.* Idem MARVILLII inſtitutum una cum judicio ejus annotavit Joh. Georg Eceardus Miſcellaneorum ejus Hiſtorico-literariorum Tomum Primum recenſens in dem Monatl. Auszug allerhand neuer und nützlicher d. a. 1700. m. Jan. p. m. 20. ed Hannov. in 8. his verbis Germanico idiomate conſignatis. Brerewodii, eines Profeſſoris zu Londen Unterſuchung der Mannigfaltigkeit der Sprachen und Religionen in denen fürnehmſten Theilen der Welt iſt ein gut, aber allzu kurtz Buch. Weshalber für etlichen Jahren die Wittwe de Varennes eines Buchführers in Pariß dieſes Buch von M. Simon nach dem Engliſchen ins Frantzöſiſche überſetzen und vermehren laſſen wollen, welches auch der gelehrte Simon eingegangen, nachmahls aber nicht mit ihr accordiren können. Und hat er hernach ſeine Arbeit a part unter dem Titul: Religions d'Orient par le S. Mony drucken laſſen. Der Autor Marville hat von Monſ Simon ſelbſt gehöret, daß er dis kleine Werck ſehr vermehret, ſo daß es ein Volumen in 4. ausmachen könne.

§. VII.

§. VII. Gebh. Theod. Mejerus.

Septimo loco inter Scriptores de Hiſtoria Religionum optimos atqve Selectiſſimos enumerandus eſt Scriptor optimus omnino & ſelectiſſimus GEBHARDUS THEODORUS MEJERUS, SS. Th. D. & Prof. quondam Helmſt. longe Celeberrimus, qui Scholas olim habuit Publicas, quibus expoſuit Hiſtoriam Religionum earumqve ortum, progreſſum & modernum ſtatum, ex quibus extremas modo lineas tranſtulit Auditor

Hiſtoria ejus Religionum.

ejus & diſcipulus AUCUSTINUS CHRISTIANUS ADAMI in Exercitatione Theologica ſub Præſidio MEJERI habita Helmſtad. M. DC. LXXXV. ſub tit. *de Religione ejusque differentiis*, ipſomet teſte &

in

in titulo & in §. XXXV. Hæ Scholæ Publicæ ſive hæ Lectiones & Prælectiones publicæ privata quondam luce communicatæ poſt obitum Summe Rev. MEJERI publicæ luci ſunt expoſitæ publicaqve luce cum orbe literario communicatæ ſequenti ſub inſcriptione: GEBHARDI THEODORI MEJERI, SS. Th. D. & PP. ut & Antiqu. Eccleſ. *Hiſtoria Religionum*, Chriſtianæ, Judaicæ, Gentilis & Muhamedanæ, a mundo condito ad noſtra usqve tempora. M. DC. XCVII. in 4. Helmſtadii, Quæ maximam partem, ex judicio Collect. Act. Erud. Lipſienſ. in Actis Erud. d. a. 1698. m. Maj. p. 243. 244. in deſcriptione *Religionis divinitus revelatæ* occupatur, quippe cujus non antiqua modo facies, quam inde a prima ſua origine ad Novum usqve Teſtamentum habuit, ſed & recentior, quam per ſingula a Chriſto nato Secula diverſimode ſortita fuit & ad noſtrum usqve ævum tenuit, delineata ὡς ἐν συνόψει cernitur. Iſthanc dehinc tractationem Religionis & priſcæ illius *Ethnicæ* & hodiernæ *Judaicæ* brevior excipit conſideratio, qua finita *Muhamedana* quoqve ſub cenſum vocatur. Ubivis autem in cujusqve originem, incrementaqve pariter & decrementa & hodiernum ſtatum ſolicite inquiritur. Sed antequam ad ſpecialiorem Religionum modo recenſitarum hiſtoriam acceſſus fit, nonnulla generatim monentur de Religionis nomine, exiſtentia, natura, notis, prout & Atheiſmi pariter & Naturaliſmi ſuccincta quædam hiſtoria ſuppeditatur. Ut adeo diſſertatio illa Academica Anno M. DC. LXXXV. de Religione habita Helmſt. in compendioſo Schemate repræſentet illud, quod in integro eoqve prolixo Syſtemate repræſentat edita A. M. DC. XCVII. Hiſtoria Religionum, utraqve eadem methodo eadem ratione conſignata.

Recenſio & dijudicatio ejus. Collect. A. E. Lipſ.

§. VIII.

Gebh. Theod. MEJERO ſubjungendus eſt octavo loco tanquam Scriptor optimus & ſelectiſſimus de Religionibus iisqve Cardinalibus quatuor in genere, PAULUS HEIGELIUS, SS. Theol. & Mathem. Altior. Profeſſ. Ord. Helmſt. Cœnob. Mariæb. Præpoſitus & Scholarum per Ducatum Gvelferb. Inſpector Generalis, cujus auſpicio Diſputatio Theologica Helmſtad. 1681. habita & edita in 4. Reſp. Autore Bernhard Kendel de *Veritate unicæ Religionis Chriſtianæ, & aliarum, quæ præter hanc in mundo ſunt, falſitate.* In qua Cap. I. oſtendit, quænam ſit fides aut Religio Chriſtiana, cujus veritas aſſeritur. Nempe 1) doctrina fidei, ſive eorum, quæ

§. VIII. Paulus Heigelius Præſidio ejus defenſa veritas R. C. Falſitas aliarum.

quæ credenda ſunt præciſe homini Chriſtiano. 2) Doctrina Myſteriorum ſive Sacramentorum, quibus idem Deo vel ad fidem & bonam conſcientiam ſervandam primum obligatur, vel in hac & iſta confirmatur & roboratur. Deniqve 3) doctrina morum, ex cujus præſcripto eum vivere oportet, ne gratia Dei per fidem obtenta denuo excidat, ſi hanc bene agendi normam ſciens volensqve transgrediatur. §. I.—VIII. Quæ viguerit ſemper atqve floruerit ab initio mundi §. IX. X. XI. Cap. II Veritatem Religionis Chriſtianæ argumentis confirmat & objectionibus nonnullis infidelium æqve ac Chriſtianorum maleferiatorum reſpondet: confirmat arg. (1) deſumto a religionis Chriſtianæ natura, nempe ſanctiſſimis præceptis, immortalibus & æternis præmiis, Myſteriis admirandis. §. I. - VII. (2) a miraculorum, quibus ipſa confirmata fuit gloria. §. IIX. IX. (3) ab admirabili propagatæ religionis illius noſtræ ſucceſſu & abundantia. §. X. (4) prædictionum de Meſſia ipſo eventu comprobata harmonia. §. XI. (5) Pondus argumentorum horum inſinuat nempe probabile maxime in genere humano. §. XII. XIII. Objectionem Gentilium de credulitate removet §. XIV. XV. XVI. Objectionem Hæreticorum de abſurdis Myſteriorum. §. XVII. Objectionem aliorum de mutuis Chriſtianorum diſcordiis. §. XVIII. XIX. XX. Cap. III. oſtendit vanitatem & abſurditatem religionis Paganicæ ſeu Ethnicæ, præmiſſo moderno ejus ſtatu §. I. II. III. ortu & progreſſu. §. IV-IX. ſtolida multitudinis Deorum introductione. §. X. XI. XII. inſana & ridicula Deorum conditione. §. XIII. crudeliſſima & turpiſſima Deorum veneratione ſive Religione. §. XIV. Idololatrica Creaturarum loco Creatoris adoratione. §. XV. Quæſtiones inſinuat de ſalute & operibus Ethnicorum. §. XVI. Scriptores de Veritate Religionis Chriſtianæ adverſus Gentiles commendat. §. XVII. Cap. IV. Arguit abſurditatem religionis Judaicæ modernæ, & quidem præmiſſo nomine Religionis Judaicæ §. I. fato Gentis Judaicæ. §. II. III. IV. principio Religionis conſtitutivo. §. V.—X. nempe Talmud & Cabbala: (1) Talmudici Codicis ad traditiones easqve ſtolidas, fabuloſas, improbas religionis ejusqve veritatis & puritatis examinatione. §. XI. —XIV. (2) Jeſu Nazareni, Domini noſtri tanquam Meſſiæ veri negatione, pernegatione & infideli abnegatione. §. XV—XXI. Adjungit quædam de Converſione Judæorum. §. XXII. XXIII. de odio eorum erga Chriſtianos, & Chriſtianorum tolerantia. §. XXIV. XXV. Concludit voto pro Converſione Judæorum effuſo. §. XXVI. Cap. V. Indicat vanitatem & abſurditatem Religionis Muhamedanæ præmiſſo

miſſo Muhamedis natali §. I. nomine §. II. fuga. §. III. Vita. §. IV. lege & fraude. §. V. mixtura ex Judaiſmo & Chriſtianiſmo §. VI. VII. Origine ALCORANI. §. VIII. IX. nomine Alcorani. §. X. propagatione religionis Turcicæ ejusqve cauſa. §. XI. XII. Periodo ejus. §. XIII. Perſicæ religionis a Turcica differentia. §. XIV. (1) Muhamedis tanquam Pſeudo-prophetæ declaratione & demonſtratione. §. XV. XVI. XVII. (2) Alcorani tanquam Autoris neqve Divini neqve ſidei digni ſolida & accurata exploſione. §. XV. & ſqq. ad XVIII. Annectuntur quædam de Scriptoribus Religionis Muhamedicæ & mediis converſionem Muhamedanorum promoventibus vel impedientibus. §. XIX. Cap. VI. Religionis mere naturalis inſufficientiam demonſtrat præmiſſo genuino Luminis naturalis uſu §. I. II. III. Religionis mere naturalis Syſtematis defectu. §. V. Cherburyanorum Scriptorum recenſu. §. VI. oſtendendo §. VII. — XVI. non ſufficere Syſtema Religionis naturalis Cherburyanum ad conſtituendam perfectam Religionem homines in gratiam cum Deo reducentem & in eadem eos conſervantem, ut ſalutem æternam conſequantur.

§. IX.

Scriptoribus de Hiſtoria Religionum ſelectiſſimis & optimis annumerandus eſt nono loco, tanquam optimus & Selectiſſimus de eadem ſcriptor, JOHANNES GROENINGIUS, J. U. D. in Schediaſmate Germanico idiomate in chartam conjecto ſequenti cum inſcriptione: Hiſtorie der heutigen Religionen, worinnen der jetzige Kirchen-Staat einer jeden Herrſchafft in Europa, ſamt denen vornehmſten Secten, in möglichſter Kürtze beſchrieben und aus einigen Medaillen illuſtriret wird. Hamb. anno M. DCC. IV. inſerto num. Vto poſt pag 198 ſqq. Num. IV. Tomi IIndi Tractatus, qui inſcribitur: Des eröffneten Ritter-Platzes ander Theil Hamb. ed. in 8. anno M. DCC. IV. Contenta Schediaſmatis ab ipſo Auctore ſummario præmiſſo ſequentem in modum inſinuantur. Cap. I. von denen Religionen insgemein. Cap. II. von dem Zuſtand der erſten Kirchen, wie auch vom Urſprung des Pabſtthums. Cap. III. von dem Zuſtand der Religionen in Italien. Cap. IV. von dem Zuſtand der Religionen in Teutſchland und in der Schweitz. Cap. V. von dem Zuſtand der Religion in Spanien und Portugall. Cap. VI. von dem Zuſtand der Religion in Franckreich. Cap. VII. von dem Zuſtand der Religion in Engelland. Cap. VIII. von

§. IX. Johannes Gröningius Hiſtoria ejus Religionum

Contenta ejus

Digitized by Google

VIII. von dem Zuſtand der Religion in Holland. Cap. IX. von dem Zuſtand der Religionen in denen Nordiſchen Königreichen. Cap. X. von dem Zuſtand der Religion in Pohlen und Siebenbürgen. Cap. XI. von dem Zuſtand der Religion in Moſcau und von denen Secten der Griechiſchen Religion. Cap. XII. von dem Zuſtand der Religion in der Türckey. Cap. XIII. von der heutigen Jüdiſchen Religion. Cap. XIV. von der Eigenſchafft der Chriſtlichen Religionen und Verhaltung gegen dem Bürgerlichen Staat. Quæ & ad Scopum Schediaſmatis & ad Methodum ſive modum tractandi & ad fontem dijudicandi ſive judicium de eo formandi pertinent, his verbis iisqve Germanicis proponit & exponit Autor in Præfatione. Niemand muß ſich vorſtellen, daß bey einer kurtzen Hiſtorie der heutigen Religionen, ſo in denen vornehmſten Republiquen und Staaten Europæ anzutreffen, die Gründe einer jeden Lehre und Secte der Ordnung nach vorgelegt und hitzig durch diſputiret werden. Dann dieſes wird denen Theologis überlaſſen, und gehöret mehr zu der Theologia Polemica, und zum theil zu der Scholaſtica, als zu der Hiſtorie. Et poſt alia: Dieſes habe ich mir hauptſächlich allhie in der Hiſtorie vorgenommen, diejenige Religionen, ſo den Nahmen einer eigenen Secte führen, ihre eigene Lehrer und Verſamlungen haben, oder von denen andern ein Schiſma gemacht, zu erzehlen; und zwar dabey nur die heutige Religionen, nebſt denen vornehmſten Merckwürdigkeiten, Veränderungen, Drangſahl, Rottung, Zwieſpalt, ſo ſich kurtz vor Lutheri Reformation auch bey und nach derſelbigen in der Chriſtl. Kirche zugetragen; alſo daß die Secten ſo zur Zeit der erſten Kirchen und kurtz hernach in dem II. III. und folgenden Seculis entſtanden, willig vorbey gegangen werden. Die Erzehlung ſelbſt iſt in der möglichſten Kürtze alſo concentriret und zuſammen gezogen, damit auch Reiſende daraus ihren Nutzen zu ziehen hätten. Zu mehrer Bekräfftigung der Hiſtorie werden einige rare Medaillen angeführet, auch die bewährteſten Hiſtorici, nebſt denen Theologis die von jeder Religion beſonders geſchrieben. Was vollſtändiges aber wird der Leſer nach dieſem zu gewarten haben, dann ich mir vorgenommen die Hiſtorie der Religionen oder den heutigen Kirchen-Staat Europæ in einem weitläufftigern Werck auszuführen, die vorkommende Irrthümer des Baronii, Varillaſii &c. an gehörige Oerter anzuzeigen, und dabey alles aus den beſten Medaillen wie auch andern Monumenten und ſicherern Beweißgründen zu bekräfftigen.

Dijudicatio ejus qua Scopum & Methodum ex Præfatione.

§. X. An-

Digitized by Google

§. X.

Annumerandus eſt decimo loco Scriptoribus de Hiſtoria Religionum lectu commendatuqve dignis pariter ac ſalutaribus, tanquam optimus quoqve & Selectiſſimus Scriptor, Gottfried Zenner, Altenb. im Herbſt-Parnaß oder Abhandelung von viertzig galant-gelehrten Curioſitäten meiſt nach ietziger Zeit neueſten Begebenheiten. M. DC. XCII. Franckf. und Leipz. in 8. quippe qui breviſſimam quidem omnium, ſed nervoſiſſimam tamen Religionum orbis Cardinalium, ſubminiſtravit compendium Num. VI. p. 26. & ſqq.— 46. excl. quo ſtatum explanat Religionis Judaicæ hodiernum p. 27. 28. 29. Religionis Muhamedanæ ſtatum hodiernum. p. 29. 30. Religionis Ethnicæ ſtatum hodiernum p. 30—33. Chriſtianæ Religionis hodiernum ſtatum in Occidente p. 33—35. Chriſtianæ Religionis hodiernum ſtatum in Oriente p. m. 35—43. Hodiernum ſtatum Religionum illarum, quæ ex quatuor illis Cardinalibus habentur compoſitæ, adeoqve Religionum quaſi mixtarum p. m. 43—45. Et in quo tandem compendio ſelectiſſimum ſubnectit Scriptorum de Hiſtoria Religionum Rationarium his verbis conceptum. Von dieſen Religionen insgeſambt benebſt derer fürnehmſten Lehrpuncten können Alexander Roſs von denen Religionen der gantzen Welt, Edwinus Sandis Relatio de Statu Religionis, Eduardus Brerewod in Scrutinio Religionum, und Bernhardus Varenius in brevi informatione de diverſis Gentium Religionibus, geleſen werden.

§. X. Godofredus Zennerus Hiſtoria ejus Religionum. Ejusqve dijudicatio & recenſio.

§. XI.

Annumerandus eſt deniqve loco undecimo Sciptoribus de Hiſtoria Religionum lectu commendatuqve dignis pariter ac ſalutaribus, tanquam Scriptor de eadem optimus pariter ac ſelectisſimus, SEVERINUS LINTRUPIUS, SS. Th. D. & PP. Hafn. in inedita hactenus, quantum nobis hac quidem in Academia conſtat, Hiſtoria Religionum, delineata tamen ut edenda ab ipſo autore in Reliquiis incendii Bergenſis ultimi ſive presſiori deſignatione Tract. Diſſert. & Sched. edendorum ed. Hafn. 1704. in 4to, p. m. 16. 17. & quidem ſequenti, quam apponimus delineatione. Hiſtoria Religionum & Sectarum Orbis Univerſi potiorum vernacula,, novo, ſed operoſo & hoc cumprimis Seculo, Religionum feracisſimo, ſed,, fidei ac pietatis ſterili, ad probationem Spirituum, neceſſario valde inſti-,, tuto, non ex obviis tantum & vulgaribus hiſtoriæ Compendiographis, aut,, Scriptoribus Hiſtoriæ Religioſæ generalibus, Brerewodo, Calixto, Cal,,

§. XI. Severinus Lintrupius Hiſtoria ejus Religionum ab ipſo m̃ delineata

„vörio, Groningio, Hoornbeck, Joveto, Kromajero, Mejero, Meiſnero, „Roſſæo, Sandiſio, Schlüſſelburgio, Varenio, Urſino atqve Hæreſiographis „variis, ſed cumprımis etiam ex ipſis hiſtoriæ fontibus, Eccleſiæ Annali- „bus, actis publicis atqve auctoribus in quavis hiſtoria particulari claſſi- „cis, in gratiam civium & publicos Eccleſiæ Aquilonaris uſus congeri & „in Tomos digeri cœpta plures, ſingulos diſtinctam Religionum ſingula- „rum notitiam exhibituros: Quorum alii quidem neceſſarii magis ante „nuperam Bergenſem πανελοθρίαν vel plane vel majori ſaltem ex parte „confecti, & nunc denuo haud ægre reficiendi, alii vero non æque ne- „ceſſarii, licet perinde difficiles, affecti hactenus & delineari tantum cœ- „pti, reliquorum fortunam ſpeculantur.

Subs. VII. Proportio Religionum Paralleliſtica

SUBSECTIO VII.
DE
PROPORTIONE RELIGIONUM
PARALLELISTICA.

NOn poſſumus non, quin ſub finem Sectionis hujus tertiæ, quæ Hiſtoriam continet Religionum orbis terrarum, quantitatem inſinuemus & proportionem partium terræ, in quibus recenſitæ hactenus Religiones vigent ac florent, & quidem verbis (1) *Edoardi Brerewodi* qui Scrutinio Religionum Cap. V. p. 131. 132. ed. Francof. 1651. in 12. „Si colligenda „(inquit) ſit ſumma & ponenda proportio terræ, quam unaquæque harum „Religionum (quas hactenus deſcripſimus) ratione alterius occupat, præ- „ſuppoſito, Europam, Africam, Aſiam & Americam, habere ſe invicem „tanquam, unum, tria, quatuor, ſeptem, & religionum harum Profeſſores „ea proportione diverſas terræ partes tenere qua diximus; inveniemus „Chriſtianos poſſidere terræ habitatæ partem circiter ſextam, Muhameda- „nos quintam, (errant Poſtell. in Præf. Arabica; Ludov. Regius de viciſſit. „rer. l. 8. in fin. qui dimidium orbis terrarum occupaſſe ſcribunt) idolola- „tras duas tertias. Quod ſi notum orbem in triginta æquales partes di- „viſerimus, Chriſtianorum pars habebit ſe tanquam quinqve, Muhameda- „norum tanquam ſex, Idololatrarum ut novendecim. (2) *Andr. Sennerti* Scrutinio Religionum Witteb. 1669. in 4. ed. ejusqve Appendice, qua ita diſcur-

ex Brerewodo.

diſcurrit. [EUROPA] Aſia licet veræ Religionis quondam graviſa ſit,, Scauerto.
prærogativa, attamen hodie illi merito Europam præferimus. Cedunt-,,
qve in hac Germania, Italia, Gallia, Hiſpania, Portugallia, Britannia Magna,,
ſive Anglia, Scotia, Hibernia, Dania, Svecia, Norwegia, Bohemia, Hun-,,
garia, Polonia, Pruſſia, Helvetia, Belgium ſive Germania inferior, &c.,,
Chriſtianis, adde hiſce Ruſſiam ſive Moſchoviam, Livoniam, Lithuaniam,,
(ex parte) Tranſylvaniam, Slauoniam, Croatiam, Dalmatiam, cum adjacen,,
tibus regionibus, item Tartariam Europæam, ex parte &c. Græcia ma-,,
ximam partem Muhamedanis. Pars arctoa quædam ſcilicet Finmarchia,,
Lapmarchia, Islandia, Grœnlandia, nova Zembla &c. Ethnicis. [ASIA.],,
Tartaria Aſiatica, (magni Chami imperium) Aſia minor ſive Natolia,,
Turcicum imperium, Arabia felix & deſerta ſive petroſa, Perſia, Media,,
India Orientalis, utraqve, Chinæ regnum ampliſſimum, una cum adja-,,
centibus Inſulis plurimis maximisqve v. g. Corea (iſthmus aliis) Japan,,
ſive Japonia, Luconia, Borneo, Sumatra, Java, Zeilan &c. Muhameda-,,
nis & Gentilibus cedunt. Armenia, Syria ex parte, & pauca alii quæ-,,
dam loca ſub Turco, Perſa, Indis, &c. Chriſtianis. [AFRICA] Ægy-,,
ptus, Mauritania, ſive potius Barbaria, Feſſæ & Marocci regna, Biledul-,,
gerid ſive Numidia olim, Guinea, Tunetanum regnum, Lybia utraqve,,
exterior & interior, Muhamedanis & Ethnicis viciſſim. Nubia ex parte,,
item Abyſſinia vel Æthiopia Chriſtianis. [AMERICA.] Septentrio-,,
nalis & meridionalis ſcilicet tota Gentilibus, exceptis locis quibusdam,,
in Braſilia, Peruvia, Guiana, Florida, Virginia, Hiſpania, Gallia, Britannia-,,
qve novis Inſulisqve adjacentibus, Hiſpaniola, Cuba, Jamaica &c. quæ,,
Chriſtianis hodie cedunt viciſſim.,,

Verporum (hodiernorum) quodcunqve eſt quidqve habet orbis & orcus,,
Involat ut corvus, quod ſibi ſervat humus.,,

Concluditur iterum iterumqve: Grex vere parvus vere Chriſtianorum., & Mejero.
(3) GEBHARDI THEODORI MEJERI in Diſſert. Theol. Helmſt. hab. 1685. & ed. in 4. Reſp. *Aug. Chriſt. Adami* §. LX. qui Brerewodi verba repetit, & alia quædam addit ſequenti tenore compoſita: ,,Obſi-gnamus hanc diſſertationem notatione Proportionis Religionum ad ſe,, invicem, prout eam deſignavit EDOARDUS BREREWODUS, An,, glus in Scrutinio Religionum. Supponit ille, Europam, Africam, Aſiam,, & Americam habere ſe invicem, tanquam Unum, Tria, Quatuor, Septem.,, Hoc ſuppoſito & religionum memoratarum profeſſores ea proportione,,

 diver-

Digitized by Google

„diverſas terræ partes tenere, qua dictum, inveniemus, Chriſtianos poſſi„dere terræ habitatæ partem circiter ſextam, Muhamedanos quintam, „Idololatras, duas tertias. Quod ſi notum orbem in triginta æquales „partes diviſerimus, Chriſtianorum pars habebit ſe tanquam quinqve, Mu„hamedanorum tanquam ſex, Idololatrarum, ut novendecim. Scilicet „multi i. e. omnes ſunt vocati, pauci vero electi. Vocatorum triginta, „electorum forſan una de triginta, ſicut partes, adeo pauci ſunt, qui ſal„vabuntur. Noſtrum propterea erit cum timore & tremore operari no„ſtram ſalutem, ne in Atheorum, Naturaliſtarum, Ethnicorum, Judæo„rum, Muhamedanorum aut Hypocritarum, ſed verorum Chriſtianorum, „fidem per charitatem efficacem habentium, numero, invenia„mur ſemper, ut ita DEo æternum fruamur, ut„pote qui eſt ultimus noſter Finis.

APPEN-

Digitized by Google

APPENDIX SECTIONIS TERTIÆ

Scilicet

EXERCITATIO THEOLOGICA

De

RELIGIONE

EJUSqve DIFFERENTIIS

QVAM

Adſpirante Spiritu Sancto

SUB PRÆSIDIO

DN. GEBHARDI THEO-DORI MEJERI

S. Theol. D. ejusdemqve Prof. Ord.

Patroni ac Præceptoris ſui maximopere venerandi, ex ejusdem præcipue Lectionibus publicis de Statu Religionum hodierno deſumptam

In Illuſtri Academia Julia

d. Octob. clↄ Iↄc LXXXV.

Publico Eruditorum examini ſubjiciet

AUGUSTUS CHRISTIANUS ADAMI

Author.

HELMSTADII

Literis HENRICI HESSII.

A. C.

Digitized by Google

A. C.

EXERCITATIONIS ACADEMICÆ
De
RELIGIONE EJUSQVE DIFFERENTIIS.

THESIS I.

Religionis Etymologia

REligionis nomen Cicero lib. 2. de Nat. Deor. a relegendo, Maſurius Sabinus apud A. Gellium lib. 4. Noct. Attic. c. 9. a relinquendo; alii a reeligendo, ut apud Auguſtinum lib. 10. de Civ. D. c. 4. videmus, dictum putant. Nobis placet nomen illud a religando derivare, quod Deus hominem ſibi religaverit, & pietate, quaſi vinculo, conſtrinxerit, dicente Lactantio div. Inſtit. lib. 4. c. 18. Probant hanc Etymologiam Hieronymus in cap. IX. Amos; Auguſtinus lib. de vera Religione c. 55. & Ambroſius lib. de Virginibus, veluti tam nomini, quam ipſi etiam rei convenientiſſimam.

Homonymia

II.

Varias vox religionis habet ſignificationes, quas exponant alii, nobis ſatis erit eas modo annotaſſe, quæ ad inſtitutum noſtrum faciunt. Notat religio aliquando conſcientiæ ſcrupulum, quomodo hoc vel illud facere religio nobis eſt & dicitur. Sumitur & pro virtute vel virtutis actu, quo Deum agnoſcimus & agnitum colimus. Pontificii religionem definiunt *ſtatum hominum ad perfectionem Chriſtianam, per paupertatis, continentiæ & obedientiæ vota, tendentium*, ut habet Bellarminus Lib. 2. de Monachis c. 2. Audiamus hic Salvianum contra avaritiam; *Illud durius ac moleſtius, quod quidam, ut arbitror, filiorum tuorum ſub religionis titulo a religione diſſentiunt, & habitu magis ſeculum relinquunt, quam ſenſu.* Idem eodem libro: *Licet de converſorum* (h. e. eorum qui relicto mundo vitam aſceticam erant amplexi) *venerabili choro eſſe videaris, licet religionem veſtibus ſimules* &c. Igitur devotorum ſtatum nomine religionis ſignificare, aut ſub religionis titulo a religione diſſentire vel religionem veſtibus ſimulare, haud eſt novum. Deniqve religio adhibetur pro ratione ſeu modo colen-

Digitized by Google

colendi Deum, & pro forma cultus ſacrorum. Bene Cicero lib. de Natur. Deor. *Religio eſt, quæ ſuperioris cujusdam naturæ, quam Divinam vocant, curam ceremoniamqve affert.*

III.

Religionem autem dari, conſenſio omnium Gentium, quæ omni in re lex naturæ putanda eſt, judice Cicerone in Tuſc. Qq. comprobat. Atqui nulla gens eſt de hominibus, neqve tam barbara, neqve tam fera, quæ non, etiamſi ignoret, qualem habere Deum deceat, tamen habendum ſciat. Poſito autem Deo, nec non creatura intelligente, & religionem aſſerere neceſſe eſt. Quemadmodum admiſſis parentibus admittendus eſt honor parentibus debitus; ita & admiſſo Creatore, & admiſſa creatura intelligente, admittendus eſt religioſus Numinis cultus. Religionis Exiſtentia

IV.

Divinitas in prima notione & conceptu ſuo dicit eminentiam & excellentiam in omni genere perfectionis, quæ omnium rerum, ipſiusqve creaturæ intelligentis, adeoqve hominis cauſa eſt. Creatura vero intelligens dicit intrinſece dependentiam a cauſa iſta, ſecundum ſe totam, & totum ſui, & capacitatem ſive idoneitatem ad religionem exercendam. Hæc utraqve religionis fundamentum eſt. Deus enim ob excellentiam iſtam ſuam non tam dignus eſt, circa quem verſetur religio, ſed & jus habet exigendi religionem: creatura vero intelligens, ob iſtam ſuam in omnibus a Natura iſta dependentiam, obligata eſt ad religionem. Ei deferendam, a quo omnia ſua habet, & cui omnia ſe debere intelligit, ſive is eam exigat, ſive non exigat. Quamvis Deus non poſſit non religioſum ſibi debitum cultum a creatura intelligente expoſcere. Videatur hic Simon Epiſcopius *Inſt. Theolog. lib. 1. cap. 7.* Nos ita argumentamur: Si creatura intelligens religionem negaret, ſibi ipſi contradiceret & ſe ipſam everteret: eo enim ipſo negaret ſe dependere a Deo, non autem dependere a Deo, eſt, non eſſe creaturam. probata

V.

Vulgus Deum religioſe eſſe colendum adeoqve dari religionem, principium nobiſcum natum & cordibus noſtris inſcriptum dicit. Sed non una vice hic impingit. *Primo,* omnes propoſitiones, quarum veritas ex evidentia terminorum conſtat, pro principiis venditat, cum magna talium pars ſint concluſiones, qualis etiam eſt noſtra. Argumentamur: A quo omnia, per quem omnia, & in quem omnia, cui *ἰσοῤῥοπον,* æquivalens, ex Libro Naturæ

Digitized by Google

lens, nulla ratione rependere valemus, ille divino honoris cultu eſt a nobis proſequendus. Atqui Deus eſt a quo omnia &c. Ergo. *Secundo*, dum ejusmodi propoſitiones principia nobiſcum nata & menti noſtræ a natura inſcripta exiſtimat: cum nihil nobis a natura, niſi eſſe & poſſe.

VI.

non demum ex Libro Scripturæ S.

Qui religionis exiſtentiam ex revelata doctrina probare ſolent, ἀπαιδευσίας merito jure accuſantur. Nam Scriptura Sacra Dei & religionis exiſtentiam ſupponit. Scripturam haud admittet, qui religionem dari, inficiabitur. Sed Deum & religionem *qui negat, haud ſane intelligo, cur non idem, ſol ſit, an nullus ſit, dubitare posſit. Quid enim eſt hoc illo evidentius?* ut loquitur Cicero lib. 2. de Natur. Deor. Evidentia in quæſtionem, ut adverſarium, vocare, eſt nequitiæ, non rationis. Si de cultu Majeſtati civili debito controverſiam inſtituere non licet, niſi contracto crimine Majeſtatis, neqve profecto de religione in Deum absqve crimine læſæ Majeſtatis Divinæ dubitare licebit. Nos iſta in diſtinctam doctrinam expoſuimus.

VII.

Religionis Quidditas

Poſt quæſtiones, quid nominis? & an res ſit? ordine ſequitur: quid ſit religio? Veteribus definitur via ad ſalutem, Via ad Deum. Vera, ſed non plena & propria oratio. Per unam & ſolam religionem ad Deum ejusqve unionem atqve fruitionem, quæ una & ſola appetitus noſtri deſiderium ſatiare poteſt, pervenimus. Hinc creatura intelligens iis a Creatore ſuo inſtructa eſt facultatibus ac ſubſidiis, ut ad Deum ſuum ſe convertere, eiqve ſe asſimilare proxime pòsſit. Atqve hæc religionis eſt origo & fundamentum. Vere proinde religio via ad ſalutem, via ad Deum dicitur. In Dei, Summi boni, fruitione ſalus noſtra ultima eſt poſita.

VIII.

& Definitio.

Eſt, ut ὡς ἐν τύπῳ dicamus, religio, ut eſt in homine, rectitudo hominis erga Deum. Dicimus: ut eſt in homine, nam nonnunquam religionis nomine ſignificamus omnia ea, quæ in Theologia docemur; quomodo religio eſt objectum doctrinæ, complectens ea quæ in Dei agnitione & cultu nos erudiunt. Ut homo, quo etiam cùnqve reſpectu ad Deum conſideratus, recte ſe gerat adverſus Deum, facit Religio. Erit proinde religio virtus quædam: id enim omne, quo quis quam optime habet

&

Digitized by Google

& munere ſuo defungitur, virtus audit. Tum autem demum homo erga Deum recte ſe gerit, quando in totum ſeſe Deo ſubjicit, ut religio ſit virtus Deo hominem in totum ſubjiciens.

IX.

Subjicit autem ſeſe homo ſecundum omnia Divinæ Majeſtati,qui intellectum & appetitum ſuum Deo ſubjicit,quod per intellectum & appetitum rationalem homo ſit, poſſit, velit aut etiam faciat, quicquid eſt,poteſt, vult & facit. Ubi intellectus & appetitus rationalis Deo ſe ſubmittit, etiam reliqua in homine Deo ſubjicientur, cum refragari voluntati noſtræ nequeant. Porro intellectum noſtrum Deo ſubmittimus, quando ea de Deo cognoſcimus, quæ a nobis de ſe cognoſci vult, & quidem eo modo & ratione,qua agnoſci voluit. Appetitum autem noſtrum Deo ſubmittimus, quando ea facimus aut omittimus,quæ a nobis fieri vel omitti juſſit. Duabus igitur partibus Religio abſolvitur, Agnitione & Cultu Dei,ita tamen, ut illa hujus gratia ſit. Cognoſcimus enim Deum, ut eundem rite colamus. & Formalis ratio.

X.

Cultus iſte, ut liquet, poſitus eſt in actibus tam internis, quam externis,aut etiam miſtis, quos homo ſcit Deo & ſe dignos eſſe, atqve ita auctorem ſuum referat. *Religionis* enim *ſumma eſt, imitari*, *quem colis*,inquit Auguſtinus *lib. 8. de Civ. Dei cap. 17.* Præclare etiam Plato lib. 4. de Legibus: *Simile ſimili amicum eſt, quum vero Deus rerum omnium nobis ſit menſura maxima; igitur Deo qui gratus fieri vult, debet in id incumbere, quantum fieri poteſt, ut ſe ad illius ſimilitudinem conformet. Ob hanc rationem ille hominum, qui ſapiens eſt atqve temperans, Deo eſt amicus. Eſt enim ipſi ſimilis.* Seu ut loquitur lib. 1. de Republ. *Si quis velit conformari Deo, eum, rationi conſentaneum eſt, cura eſſe Deo, propter ſimilitudinem & quaſi cognationem naturæ.* Religionis Actus.

XI.

Actus religionis interni ſunt, Dei Agnitio, Amor,Timor, Fides,Spes & Obſequium. Ante omnia Deus ſecundum Eſſentiam, Perſonas, Attributa, Opera & Voluntatem eſt cognoſcendus & agnoſcendus. Ignoti enim nulla cupido. Agnitus Deus non poteſt non amari: nam non ſolum eſt prima bonitas, eſt bonus per eſſentiam, ſed & quicquid boni eſt in nobis, id omne eſt ab ipſo, veluti fonte omnis bonitatis. Hinc & non iiqve Interni.

poteſt non timeri: a quo omne bonum, quippe bonum nobis auferre valet, tanquam ἀυ]οκρατωρ, illum timere oportet, præſertim cum ipſo & nobis indigna faciamus. Præterea in Deo fiducia noſtra collocanda: nam qui fecit nos, ei accepti erimus, modo tales ſimus, quales nos fecit & eſſe voluit. Deinde & ſperare debemus, Deum & poſſe & velle piam vitam præmiis, ſi non hujus, certe alterius vitæ, compenſare. Deniqve & Deo obſequendum, veluti Sapientiſſimo Potentiſſimoqve Creatori noſtri.

XII.

& Externi

Actibus internis licet potiſſimum religio conſtet, cum Deus veluti Spiritus maxime mentem a nobis requirat, quod mente proxime ad Deum accedamus, ut erudite docet Philoſophus *lib. X. Ethic. Nicom.* tamen illis ſui reſpondent actus externi, qui multi & varii, omnes autem corporis miniſterio fiunt, & locomotivam facultatem ſpectant, nec ita neceſſarii ut interni. Nobiſcum, ut cum hominibus, agit Deus, atqve ita externa requirit, quemadmodum & ſine iis homines inter ſe communicare haud quicquam poſſunt. Si porro externi religionis actus, vel in ſe, vel in comparatione ad ſe invicem ſpectentur, tum, alios neceſſarios, alios indifferentes, videmus. Neceſſarii, rurſum, variant & admittunt gradus, quos determinare eſt res prudentiæ. Præterea actus religionis externi ſunt religioſi vel ex ſe, vel ab inſtituto, & hi ab inſtituto aut Divino aut humano, eoqve vel communi vel ſpeciali. Circa hos ſumma opus eſt cautione, ne infirmos eorum uſurpatione vel etiam neglectu offendamus.

XIII.

Exercitium Religionis ejusqve momenta

Quemadmodum, ut diximus, religio internis, ita exercitium religionis externis potiſſimum æſtimatur actibus. Et ut de religionis etiam exercitio aliquid hic notemus, obſervari cupimus, hodie in jure & praxi apud nos tria probe diſtingui: 1. Publicum religionis exercitium, 2. privatum religionis exercitium & deniqve 3. devotioni ſuæ domi privatim vacare, quemadmodum ita etiam diſtinguit Inſtrumentum Pacis Monaſterienſe, Palladium noſtræ in Imperio Romano-Germanico Eccleſiæ. I. Quicunqve religionis ſuæ per Eccleſiaſten ad hoc legitime ordinatum in loco publico ad communem populi uſum exercendæ jus & poteſtatem habent, ii publicum ſuæ religionis exercitium ſeu jus exercendi habere dicuntur. II. Qui vero religionem ſuam in ædibus aut reſidentia ſua ad

ſuum

Digitized by Google

ſuum ſuorumqve domeſticorum uſum tantum per Eccleſiaſten rite ordinatum exercere poſſunt, ii non niſi privatum religionis ſuæ exercitium habere cenſentur. Ex quo patet III. exercitium religionis tam publicum, quam privatum ſine Eccleſiaſte rite ordinato abſolute nec eſſe, nec dici poſſe. Idcirco IV. quod ſine Eccleſiaſte, ſive orando, ſive legendo, ſive pſallendo, domi feceris, exercitii religionis nomen ex uſu hodierno non meretur, ſed tunc devotioni tuæ vacaſſe diceris. Devotioni autem ſuæ domi privatim vacare non eſt idem ac privatum habere religionis ſuæ exercitium, nec utriusqve iidem ſunt effectus civiles, uti præclare hoc expoſuit Guilielmus Ignatius Schutzius JC. in Manuali ſuo Pacifico.

XIV.

Religionis ipſius Libertas

Facilius hinc difficultates circa id, an religio ſub imperium cadat, & legi ſit obnoxia? expediuntur. Negativa quæſtionis non tantum noſtri ævi perquam multis, verum etiam primævæ Eccleſiæ optimis magiſtris placet. Tertullianus ad Scapulam cap. 2. *Humani juris & naturalis poteſtatis eſt, unumquemqve quod putaverit colere, nec alii prodeſt aut obeſt alterius religio. Sed nec religionis eſt, cogere religionem, qua ſponte ſuſcipi debet non vi: cum & hoſtia ab anima libenti expoſtulentur.* Lactantius Divinar. Inſtit. lib. 5. cap. 19. *Non eſt opus vi & injuria: quia religio cogi non poteſt. Verbis potius quam verberibus res agenda eſt, ut ſit voluntas.* Et poſt aliqua eod. cap. *Nihil eſt tam voluntarium, quam religio.* Cap. 13. dicit: *Quis imponat mihi neceſſitatem vel colendi,* alii legunt credendi, *quod nolim; vel quod velim, non colendi,* non credendi? Caſſiodorus lib. 3. cap. 27. expreſſe dicit: *Religio imperari non poteſt.*

XV.

Exercitium Imperio ſubjectum

Specioſa dicta, maximam autem partem parum ſolidi habentia. Religio, nec objecti nec modi ratione, eſt res noſtri arbitrii, licet exercitium ejus debeat eſſe liberum & voluntarium. Igitur falſum eſt, humani juris & naturalis poteſtatis eſſe, unumquemqve quod putaverit colere; & contrarium experientia docet, qua conſtat, nullam non rempublicam circa cultum divinum quædam ordinare & legibus præſcribere. Permultum etiam rei publicæ vel prodeſt vel obeſt, Deum an aliud Dei loco, & præterea ſic an aliter, ſubditi religione colant, uti infra pluribus monſtrabitur. Nulla deinde eſt conſequentia: Religio cogi non poteſt, ergo im-

perari non poteſt, nec cadit ſub legem: cum legis non ſit cogere, ut communiter, male tamen, docemur, ſed neceſſitare. Verbo: Lex libertatem a neceſſitate, non autem libertatem a coactione tollit, uti pluribus Dominus Præſes in tertia Moralis Theologiæ parte nos docuit. Nulla deniqve etiam eſt illa ſequela: Quicquid voluntario exerceri debet, id legibus & imperio haud eſt obnoxium, cum virtutum actus lubenti animo & cum voluptate ſint exercendi, & tamen legibus præſcribantur ſub pœna.

XVI.

tanquam opus voluntatis

Alii religionem imperio eximunt, quod ea ab intellectu quam maxime dependeat, unde antea Lactantium audivimus dicentem: *Quis imponat mihi neceſſitatem* &c. Scilicet nil niſi quod eſt in noſtra poteſtate materia legis fieri poteſt, ita ut Philoſophus lib. 3. Ethic. Nicom. cap. 5. verſa vice argumentetur: Quod eſt materia legum, id in noſtra poteſtate ſitum ſit neceſſe eſt, quod vero non eſt in noſtra poteſtate, id ſub legem vocari nequit. Intellectus autem poſitis omnibus ad agendum requiſitis non eſt liber, igitur actus ejus legibus definiri haud poterunt. Et inde religio, tanquam opus intellectus, non erit legi obnoxia. Verum & iſta ratio longius a vero abeſt. Religio eſt ita intellectus opus, ut ſimul & potiſſimum ſit etiam voluntatis opus. Eleganter Patrum Cicero libro 4. Inſtit. Divin. cap. 4. *Non poteſt religio a ſapientia ſeparari, nec ſapientia a religione ſecerni; quia idem Deus eſt, qui & intelligi debet, quod eſt ſapientiæ, & honorari, quod eſt religionis. Sed ſapientia præcedit, religio ſequitur: quia prius eſt, Deum ſcire; conſequens, colere.* Sit igitur religio, ut intellectus opus, ab humano imperio exemta, ut tamen eſt voluntatis res, legi humanæ erit obnoxia.

XVII.

& conjunctum cum actionibus externis,

Diſtinctius paulo iſta exponimus. I. Religio quoad actus internos pariter ac externos eſt ſub Dei arbitrio & lege. II. Interni aliorum actus religionis ſecundum ſe & natura ſua ab homine ut cognoſci, ita præcipi non poſſunt. Dicimus ſecundum ſe & natura ſua: conjuncti enim cum externis ſub imperium etiam humannm veniunt, non propter ſe, ſed propter externos actus. Quia etiam actiones internæ, ut conjunctæ ſunt cum externis, per quas ſe exſerunt, ſub cognitionem & imperium hominum cadunt, idcirco & eatenus Religio ſub imperium cadit, ſeu non quidem

religio

Digitized by Google

religio ipſa ſecundum ſe, ſed profeſſio religionis & exercitium religionis cadit ſub imperium. Non verum aut falſum, ſed verum aut falſum, dicere, non dicero, agere non agere, præcepti vi ſubjectum eſt. Quin autem III. homo poſſit circa cultum divinum externum legibus atqve imperio uti, nullum eſt dubium. Quemadmodum igitur in omnibus rebus non perinde animis imperatur ac linguis, manibus, pedibusqve, ita & in religione, ut propterea vere quodammodo dictum: *Religio imperari non poteſt.* Jure etiam Imperator hanc primam ſui Codicis voluerit eſſe legem: *Cunctos populos, quos clementiæ noſtra regit imperium, in tali volumus religione verſari* &c.

XVIII.

Eſſe autem religionem potiſſimum voluntatis opus, paucis monſtramus. Cultus in genere tres actus complectitur. I. Actum intellectus, quo apprehendimus excellentiam alicujus. II. Actum voluntatis, quo nos illi interius inclinamur, & aliquid volumus facere actu interiore vel exteriore, quo conteſtemur ejus excellentiam, &, ſi eſt ſuperior, noſtram ſubjectionem. III. Actum exteriorem, quo caput inclinamus, vel genu flectimus, vel aliquod aliud ſignum ſubjectionis vel ſaltem agnitionis præſtantiæ oſtendimus. Ex quibus actibus ſecundus eſt maxime proprius & eſſentialis: nam primus actus poteſt eſſe ſine cultu, tertius etiam cum irriſione, ut notat Bellarminus lib. prim. de Sanct. Beat. cap. 12. Religio vero eſt cultus, ergo voluntate præſtatur, prævio intellectus actu, atqve per accidens ſeſe per exteriora exſerit. Religio eſt opus voluntatis.

XIX.

Eſt porro religio cultus ſoli Deo debitus. Deus religione eſt colendus & colitur, nec alia ratione quam religione coli poteſt, aut ſi aliter, non colitur ſed inhonoratur. Quemadmodum etiam ſumma in republica poteſtas majeſtatem ſuam ſe ſalva, ita & Deus cum aliis religionem, ſe ſalvo, communicare non poteſt. Eſt Deus, eſt religio, quid incommunicabile. Religionem, non Deo ſed creaturæ tribuere, eſt adulterium ſpirituale, phraſi Scripturæ, committere. Et Deo aliud quam religionem tribuere, eſt Deum inficiari. Corrigat autem Deus, ita precamur, mentem & lingvam eorum, qui nos impii & imperiti erroris accuſint, quod nulli, niſi Deo, religionis honorem tribuendum cenſeamus. *Abi Satana, ſcriptum eſt enim, Dominum Deum tuum* ſolum *adorabis, & ei SOLI ſervies.* Matth. 4. verſ. 10. Faciunt nobiſcum primi Chriſtianiſmi Scriptores, qui religionem non alius, Religio eſt cultus ſoli Deo debitus.

 quam

quam Dei unius cultu cenſuerunt; id quod probatur *primo* teſtimoniis Clementis Romani, Juſtini, Tatiani, Clementis Alexandrini, Origenis, Lactantii. *Secundo*, quod *εὐσεβείας* & *Θεοσεβείας* vocabula pro religione indifferenter uſurpent. *Tertio*, quod res religionis, fidem, ſpem, fiduciam, invocationem, hymnos, juramentum, Deo ſoli deferendas tradant, quemadmodum iſta diſtincte deduxit & exhibet Johannes Dallæus de Religioſi cultus objecto *lib. 1. cap. 3.*

XX.

Religionis Character in operibus externis

Jacobi primo capite v. 27. *religioſus cultus*, mundus & incontaminatus apud Deum & patrem dicitur eſſe, *inviſere orphanos & viduas in afflictione ipſorum* &c. non quod religio ipſa eſſentialiter in iſtis conſiſtat, ſed quod per talia opera religio ſe maxime prodat. Perdocte Thomas L. 2. qv. 81. actus religionis in elicitos & imperatos diſtinguit. Verba ejus hæc ſunt: *Religio habet duplices actus, quosdam quidem proprios & immediatos, quos elicit, per quos homo ordinatur ad ſolum Deum, ſicut ſacrificare, adorare & alia hujusmodi. Alios autem actus habet quos producit mediantibus virtutibus, quibus imperat, ordinans eos ad divinam reverentiam — Et ſecundum hoc actus religionis per modum imperii ponitur eſſe, viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, quod eſt actus elicitus a miſericordia: immaculatum autem ſe cuſtodire ab hoc ſeculo, imperative quidem eſt religionis, elicitive autem temperantiæ vel alicujus hujusmodi virtutis.* Omnes veræ pietatis actus quamvis cauſaliter dici quodammodo poſſint religioſi, non tamen ſtatim formaliter ſunt religioſi. Hactenus igitur cum antiquis Doctoribus religionem nullam agnoſcimus aliam, niſi eam quæ ſoli Deo debetur, & qua ſolus & unus colitur Deus. Lactantii lib. 1. cap. 20. eſt: *Religio & veneratio nulla alia niſi unius Dei tenenda eſt.* Et Hilarius lib. 8. de Trinitate, *non ignoras*, inquit, *quin in maledicto ſit religio creaturæ.* Eſt enim idololatria, & creatura, quæ religione proprie dicta colitur, eſt idolum.

XXI.

Religio eſt unius natura DEi

Sed, *unum tantum natura Deum colere eſt Judaicum quid, & abnegatio quodammodo Chriſtianæ religionis*, ait Smalcius refutat. monſtror. cap. 2. pag. 72. Econtra non alii, quam natura Deo, religioſe eſſe ſerviendum, docet Spiritus Sanctus Gal. 4. v. 8. *Utut certum eſt*, pergit Smalcius pag. 88. *divinum honorem ei deberi, qui divinam habet eſſentiam, incertum tamen eſt, ideo eum & quidem præciſe ei deberi, qui divinam eſſentiam habeat. Niſi enim*

Digitized by Google

enim conſtaret, eum qui divinam habet eſſentiam, divinam etiam habere potentiam in nos omnes, & ſimul voluntatem nos juvandi, non ſequeretur ei præciſe deberi cultum divinum. Deo, quia eſt Deus, ultimo debetur religio, adeoqve propter eſſentiam ſeu naturam divinam, præciſo omni alio reſpectu, Deus eſt religione colendus. Aliud autem eſt, ob quod Deus primo religioſe colendus, aliud quid nos ad cultum religionis Deo exhibendum maxime moveat. Deinde non eſt quid in Deo, quod divino cultu non eſſet dignum, quia omnia, quæ ſunt in Deo, ſunt ipſe Deus, idcirco in Deo non niſi Deus, non niſi divina eſſentia religione coli poteſt. Igitur Deus eſt colendus propter ſemetipſum præcipue & potiſſimum, non autem propter beneficia & præmia divina. Diligendus enim eſt ſuper omnia Deut. 6. v. 5. Matth. 22. v. 37. *Non ſine præmio diligitur DEUS, etſi absqve præmii intuitu diligendus ſit,* ait Bernhardus Tract. de dilig. Deo.

XXII.

Nec tantum Deus ſolus ſumme eſt colendus, ſed & Deus non alium præter ſe vult ſumme coli, imo non poteſt non velle ſui cultum, non poteſt non nolle & deteſtari cultum alterius præ ſe divinum proprie dictum. Religio enim fundamentaliter a divina dependet eſſentia, quemadmodum ſtatim in principio hujus Diſſertationis monſtravimus. Uti igitur non poteſt Deus velle ut præter ipſum ſit alius Deus, ſit alia eſſentia divina; ita nec poteſt velle, ut præter ſe alius pro Deo colatur. Qui pro Deo colitur, etiam pro Deo eſt agnoſcendus. Fallunt igitur qui exiſtimant, *Deum juſſiſſe Angelos, qui perſonam Dei gerebant olim & populo Dei præerant, ita revereri & timere ut ſemetipſum.* Fallunt docentes, Deum præcipere poſſe, ut alius extra ſe pro Deo colatur. Contrarium præcepit Deus Exod. 20. v. 3. Deut 5. v. 7. Et Matth. 4. v. 10. *Dominum Deum tuum adorabis & illi SOLI ſervies.* Huic generali præcepto derogare, eſt derogare gloriæ Dei, quod impium, & per conſequens ſub Dei legem cadere nequit. Graviſſimum eſt Dei edictum apud Eſaiam 42. v. 8. *Ego Jehovah, hoc nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo.* Ut unus eſt Jehova unitate eſſentiæ abſolute incommunicabili, ſic & religio eſt abſolute incommunicabilis. Religioſus cultus eſt divinus cultus & vice verſa, neqve datur religioſus cultus, qui minor divino & major civili cultu, adeoqve medio loco, eſſet. ejusqve ſolius

XXIII. Con-

Non ad hanc, ſed ad futuram æternam vitam homo a Deo factus eſt, ad quam per hanc vitam, veluti viam quandam, duce ac magiſtra una ac ſola religione, non quavis, ſed vera, tendimus.

XXV.

Religio eſt Arcanum Dominationis

Politici religionem ut medium adminiſtrandæ reipublicæ habent & dilaudant. Eſt religio illis cujusvis ſtatus & politiæ baſis: reipublicæ fulcrum & fundamentum: frenum, quo continentur homines in officio: propugnaculum poteſtatis, legum & honeſtæ diſciplinæ vinculum: & inde qui fundamenta ſolida & firma Imperii vel conſtituere vel conſervare voluerunt, id religionis prætextu ſunt aggresſi, teſte omnis priſci ævi hiſtoria. Nihil etiam eſt in animis hominum potentius, quam colores a religione petiti. Qui religionem prætendunt, eorum ſymbolum novimus fuiſſe? *Quid non pro religione?* quibus alius reſponſurus in ſymbolum ſuum ſcripſit: *Quid? non pro religione.* Adderem: *ſed pro regione.* Regionem enim intendunt, religionem prætendunt.

XXVI.

Respublica eſt propter Religionem, non contra

Quamvis autem religio ad externam quoqve felicitatem atqve tranquillitatem reipublicæ multum afferat momenti, nondum tamen religionem propter rempublicam, ſed potius rempublicam propter religionem eſſe arbitramur. Ad id facti nati ſumus, ut Deum rite colamus, & ita colentes hujus & futuræ æternæ vitæ promiſſa bona conſequamur, ſeu ut in hac & futura vita felices ſimus. Pertinet huc quod Paulus in Actis cap. 17. v. 26. & 27. dicit: *Fecit Deus ex uno ſanguine totam gentem hominum, ut habitaret ſuper univerſa ſuperficie terræ, definitis præſtitutis temporibus, & poſitis terminis habitationis eorum:* Ut QUÆRERENT DOMINUM. Eſt Majeſtas Civilis vicaria & miniſtra Dei poteſtas, adeoqve ex officio in conſcientia cives & ſubditos ſuos ad eum finem ducere & dirigere tenetur, ad quem a Deo ordinati ſunt. Ordinati autem ſunt ad id, *ut Deum quærant*, & ad id inſtitutas eſſe a Deo reſpublicas, docet Spiritus Sanctus per Paulum. Ut verbo mentem noſtram hic exponamus, ad id ultimo reſpublicæ ſunt conſtitutæ, ut vivamus ſecundum religionem veram non impeditam. Ubi duo adhuc pro explicandis reſiduis difficultatibus monemus.

mus. Et *primo* quidem, vocis religionis ambiguitatem non eſſe in iſta quæſtione ex animo dimittendam, quandoqve, ut ex ſuperioribus conſtat, pro eo, quod Deo in obſequium exhibetur: quandoqve pro ipſa exhibitione: quandoqve pro habitu, quo exhibetur obſequium, ſumitur. *Alterum* eſt, religionis finem cum ejus uſibus & affectibus, nec uſus per ſe cum uſibus per accidens, nec uſus cum abuſibus eſſe confundendos.

XXVII.

Superſtitio eſt etiam Arcanum Dominationis

Adhæc, falſa quoqve religio ad civilem felicitatem & vitæ tranquillitatem aliquid afferre videtur, atqve, ſuperſtitione nihil eſſe efficacius ad continendam & ducendam multitudinem, animadvertimus. Sane Curia Romana plus ſuperſtitione & falſis religionis dogmatibus, quam ſincera religione profecit & lucrata eſt. Superſtitio, non religio, dementat homines, tales autem ferendo Papatui ſunt apti. Vera autem religio hoc habet proprium, ut ea duce & magiſtra ad ſpem æternæ felicitatis excitemur & perducamur. Externa hujus ævi proſperitas eam, nec ſemper, nec ſolam, comitatur. Male proinde ab ejusmodi externa felicitate, qua forſan populus aliquis gaudet, ad religionis veritatem argumentantur. Aliæ ſunt notæ certiores, quibus veram religionem a falſa diſcernimus, a nobis hic non inſuper habendæ.

XXIIX.

Religionis genuinæ Veritas

Religio duobus æſtimatur, veritate & ſufficientia. Religionis porro veritas unde æſtimari debeat, priore loco nunc dicendum. Princeps veræ religionis nota eſt, ne in prima cum theoretica tum practica principia impingat, ne falſa, abſurda, impia vel doceat vel fieri jubeat. Si Deus eſt Prima Veritas, eſt Prima Sanctitas, religio, qua Deus vult coli, non poteſt non ſecundum ſe omne falſum, omne turpe & non-ſanctum reſpuere. Omne enim falſum, quodvis etiam turpe, Primæ Veritati & Sanctitati omnino adverſatur. Talibus autem Dei cultus non conſtat. Si quid igitur religio habuerit vel erronei vel non ſancti, id ſecundum ſed ad religionem non pertinet, nec eo Deus coli poteſt, & vitio hominum religioni per accidens adhæret.

XXIX.

Religionis genuinæ Antiquitas

Altera veræ religionis nota eſt Antiquitas. Non quidem tempore æſtimanda eſt religionis auctoritas, ſed numine, inquit Arnobius *libro ſecundo*

Digitized by Google

cundo adv. Gentes. & præterea veritati nemo præſcribere poteſt, non ſpatium temporum, non patrocinia perſonarum, non privilegium regionum, ut bene loquitur Tertullianus *lib. de veland. virgin cap. primo;* nihilominus ſatis recte una cum aliis notis antiquitas veræ religionis index habetur. Oportet enim religionem fuiſſe, quamdiu fuerint homines, non tantum quod ſit ſalutis humanæ cauſa, verum etiam ob immotæ & æternæ veritatis fundamentale, quod ſupra pro exiſtentia religionis præſtruximus, principium. Conſtat, id verum quod prius, id prius quod ob initio, ab initio, quod a Moſe, a Moſe quod a Deo. Quid prius, quid ab initio fuerit, eſt quæſtio facti, non aliunde quam ex Hiſtoria decidenda. Inde etiam religionis antiquitatem probatam dare debemus exemplo veterum, in quibus eminent Julius Africanus & Euſebius Pamphili. Cum adverſarii, Judæi & Gentes, Chriſtianiſmum novellum, & heri atqve hodie natum cauſarentur, Chriſtiani Doctores nullum iſti objectioni præſentius remedium habuerunt, quam ad ſummam antiquitatem confugere, & fidem de doctrina temporum aſſerere: quo telo ſi adverſarios de præſidio, cui maxime fidebant, dejicerent, nihil relinqueretur, quod veritati opponerent, ut loquitur illuſtris Scaliger in Prolegomenis in Chronica Euſebii ad Jacobum Auguſtum Thuanum. A Moſe deſignatam religionem eſſe veram præ religione omnium Gentilium, Euſebius in Chronico, ex Ethnicorum monumentis, inde rite probat, quod omnes Paganorum Dii ſint infra ætatem Moſis, & Moſes vetuſtior ſit quibusvis Gentilium Diis.

XXX.

Tertio, inter veritatis religionis notas, loco, habent Firmitatem & Durationem. Vera religio durare debet, quamdiu homines erunt. Hominum gratia eſt religio, igitur ut cum homine cœpit, ita & cum ipſo duratura eſt & firma conſtabit, quicquid etiam Satanas per Tyrannos, hæreticos & impios adverſus eam attentaverit. Vera religio, nulla vi, nulla fraude, deleri aut opprimi poteſt. Premendo exſplendeſcit & firmatur. Nec alia ante, alia poſt Chriſtum, quoad ſubſtantiam, vera religio fuit. Accidentalis tantum differentia, non tam inter religionem, quam religionis œconomiam, notari poteſt. Accidentia iſta diſtinguunt quidem ipſam religionem, non autem eam multiplicant. Tempore Novi Teſtamenti non religio, ſed religionis circumſtantiæ mutatæ ſunt. Solent eam in rem doctores di-

Religionis genuinæ Firmitas

 ſtinctas

ſtinctas veræ religionis epochas & quidem quatuor conſtituere, quod nec nos averſamur, ita tamen ut ſex potius numeremus. Prima eſt a condito homine usqve ad lapſum, ſecunda a lapſu hominis usqve ad diluvium, tertia a diluvio usqve ad Abrahamum, quarta ab Abrahamo usqve ad Moſen, quinta a Moſe usqve ad Prophetas & inde usqve ad Chriſtum, & deniqve ſexta a Chriſto in æternitatem.

XXXI.

Religionis genuinæ Efficacia

Quarta religionis veræ nota deſumitur ab effectibus, qui varii & multi. Veluti, ducere homines a creatura ad creatorem, reddere hominem θεοφιλέστατον *X. Eth. Nicom. cap. 8.* Homines, ſi non omnes, pleroſqve ſaltem, in officio continere, ut bene faciendo & malis abſtinendo neminem timeant. Emollit religio mores, nec ſinit eſſe feros; nonniſi moderatam & manſvetam indolem amans. Hinc, apud omnes ab origine gentes, primum æquitatis gradum ſibi religio vindicavit, ut quoties de negotio incidente, plures ſententiæ concurrerent, ſemper præferretur illa, religioni quæ accederet propius, notante Cicerone *lib. 2. de legibus.* Adſcribimus quædam eleganter a venerabili poſt fata Calixto dicta in Theſibus de veritate unicæ religionis Chriſtianæ: *Quæ vera eſt religio, efficiet, ut ſi non penitus omnes, ſaltem pleriqve, qui ei nomen dederint, ſint alieni a truculentia, comes & in benignitatem proni, quos tantum aberit injuriam inferre proximo velle, ut contra calamitatibus alienis tanquam propriis, indoleant, & mederi pro virili maximopere cupiant. Terrena, qualia ſunt voluptates, opes, dignitates, non magni facient, multo minus tanquam præcipua & ſumma habebunt, ſed animo a vilibus & caducis iſtis abducto ad ſublimia, cœleſtia & æterna anhelabunt, horum amori & deſiderio cæteris omnibus poſthabitis. At effectus quo in cujusqve religionis profeſſoribus evidentiores, communiores, præclariores fuerint, eo quoqve ipſa purior & ſincerior exiſtimari merebitur.*

XXXII.

Religionis genuinæ Indicia

Videmus, Religionis Veritatem non aliis ferme, ſaltem potisſimis, ſe prodere indiciis, quam quibus univerſe Veritas nobis conſtat, quæque apud omnes quaquaverſum ſanæ mentis & intelligentes homines ſunt in concesſis & confesſis, atqve ideo eam facilius contra adverſarium adſeri, modo hic boni fuerit appetitus. Sub initium ſexti ſeculi Gundobadus, inter alias leges, quas Burgundionibus præſcripſit, inſtituit, ut in publica contentione

de

Digitized by Google

de veritate religionis inter Orthodoxos & heterodoxos lis dirimeretur & veritas indagaretur *Judicio Dei* h. e. ſingulari certamine, quod *campum* vocabant, & ad quod deligebantur ſinguli cauſæ patroni, dicti *campiones*; vel igne. ferro ac aqua calidis, quæ illæſi manibus tractabant. Sed Agobardus Archiepiſcopus Lugdunenſis, merito jure duobus ſingularibus diſcurſibus illud inſtitutum perſtringit, monſtrans, Deum, licet innocentes favore ſæpe proſequatur, non tamen in favorem ipſorum ſemper edere miracula, ſed eum permittere ſæpius, ut ſontes deportent victoriam Ita *quando*, ut habet idem Agobardus cap. 9. *erat publica contentio de veritate religionis, cum alii putarent colendam pro Deo creaturam quamlibet, alii docerent ſolum creatorem colendum; illi fuerunt victores, qui occiſi ſunt, non qui occiderunt; veritas moriendo declarata eſt, non occidendo; teſtes veritatis moriendo creverunt, adſeritores autem iniquitatis occidendo perierunt, Nam ſi in hac vita ſemper innocentes eſſent victores, & noxii vincerentur* &c.

XXXIII.

Quia, porro, religio eſt complexum quid continens omnia illa media, ſine quibus ſalutem æternam poſt hanc vitam homo obtinere non poteſt, ideo ſola veritate religio haud eſt æſtimanda, ſed præter eam requiritur etiam ſufficientia, non quævis, verum in ordine ad finem, ad quem religio ultimo, ſive ex ſe, ſive ex Dei inſtituto, eſt ordinata. *In religionibus ſuſcipiendis*, judicio Ciceronis, *caput eſt interpretari, quæ voluntas deorum immortalium eſſe videatur.* Recte, modo in ſingulares mutentur plurales. Religio igitur & veritate & ſufficientia eorum, quæ faciunt fini, ad quem homo a Deo ultimo eſt conditus, conſequendo, vult & debet æſtimari. Finis menſurat media quoad quantitatem & qualitatem. Religionis veræ Sufficientia

XXXIV.

Quis, quomodo, a quo & quem in finem vera religione ſit colendus, ex dictis ita patet. Alterum Exercitationis noſtræ caput, de Religionum differentiis, nunc ingredimur. Unus eſt Deus, una eſt religio, quæ quia partim ſub lumine naturæ, partim ſub lumine revelationis cognoſcitur, atque propterea in duabus diſtinctis diſciplinis explicatur, ideo Religio alia Naturalis, alia Revelata dici ſolet. Affinis diſtinctio eſt in Naturalem & Supernaturalem. Religio, ratione principii cognoſcendi in naturalem & revelatam, ratione principii operandi, in naturalem & ſupernaturalem diſtinguitur. Salutaris Dei agnitio & cultus eſt ſupernaturalis Religionis differentia & diſtinctio.

religio, non niſi ex Dei verbo nobis conſtans; quæ autem ex natura habetur, & viribus naturæ exercetur, naturalis dicitur, quamvis utriusqve religionis ſecundum ſe & ex inſtituto Dei idem ſit ultimus finis, æterna ſcilicet beatitudo.

XXXV.

Religionis differentia ſubſtantialis & accidentalis

Duplex in religione notatur differentia, alia ſubſtantialis, alia accidentalis, quod religio bifariam conſiderari poſſit, vel quoad ſubſtantiam ſuam & interiora, vel quoad accidentia, circumſtantias & exteriora. Quoad ſubſtantiam, ut ita ſveto Doctorum more loquamur, differunt religiones, quæ ita differunt, ut verum & falſum, ut bonum & malum, ut ſanctum & non-ſanctum. Religio enim, ut ex dictis conſtat, veritate quamvis non ſola, æſtimatur. Ubi aliunde repetimus, verum & falſum proprie propoſitionibus, minus proprie terminis & rebus ipſis convenire. Quando autem verum & falſum ſunt termini oppoſiti, tunc reſpectus modo habetur ad noſtram cognitionem. Ita cum dicimus, verum aurum, quoad rem nihil dicimus præter aurum, quoad nos vero, non videri tantum aurum ſed revera etiam eſſe aurum. E contra cum dicimus falſum aurum, nihil quoad rem dicimus quam non-aurum, & dicitur res aliqua falſum aurum, quia nobis apparet & habetur aurum, cum non ſit. Quæ ſi ad religionis differentias accommodantur, Religio dicitur vera, quia reipſa eſt, quod apparet & eſſe cognoſcitur. Falſa autem dicitur, quæ reipſa non eſt religio & tantum apparet haberurqve religio. Ex parte rei, igitur, religio vera nihil importat præter religionem; nec falſa religio involvit quicquam, præter non-religionem. Quapropter differentias religionum ſubſtantiales exponere nil aliud erit, quam unam veram & omnes alias, quæ nomen religionis præ ſe ferunt, ſeu videntur eſſe aut habentur religiones, cum tamen revera non ſint, adeoqve nomen religionis mentiantur, enumerare. Fit hoc quando hodie quinqve in orbe religiones notare ſolemus, Naturaliſmum, Ethniciſmum, Judaiſmum, Muhamediſmum & Chriſtianiſmum. Singularum initia, progreſſum & hodiernum ſtatum, in Hiſtoria Religionum, publicis ſcholis, expoſuit Dominus Præſes, ex quibus extremas modo huc transferimus lineas. Ante autem quam illas hic ducimus, quædam de Atheiſmo, ex iisdem prælectionibus præmittimus.

XXXVI.

Digitized by Google

XXXVI.

Atheiſmi deſcriptio

Et quidem bono ordine. Atheiſmus enim, religioni in defectu uti ſuperſtitio in exceſſu opponitur, eſtqve nulla religio. Summus atheiſmi gradus eſt in directo & theoretico atheiſmo quærendus, in eo conſiſtens, ut quis Deum neget, ſupra naturam & naturales cauſas ſuperiorem non agnoſcens, atqve in id laboret, ut cognitionem ac ſenſum de Deo ex ſuo & aliorum animis exſtingvat. Uterqve Atheus, theoreticus & practicus, eſt vel craſſus vel ſubtilis, ille apertior, hic occultior. Atheiſmus theoreticus directus craſſus rariſſimus eſt, cum hodiernus atheiſmus, communiter Doctoribus notatus, ſit indirectus & practicus magis quam theoreticus, isqve ſubtilior & occultior. Eſt præterea, atheiſmus nomen non ſectæ ſed vitii, quod ſe diffundit eo, quousqve per totum terrarum orbem homines ſe diffundunt; Unde quæ vitiorum, eadem & Atheiſmi communis eſt ratio.

Diviſio

XXXVII.

Exiſtentia Generalis

An illud, quod ex Cicerone dicere ſolemus, nullam nempe gentem eſſe tam immanſvetam, tam feram, quæ non, etiamſi ignoret, qualem Deum habere debeat, tamen habendum ſciat, ſit univerſaliter verum, nuper quæſitum. Reſpondet Chriſtophorus Arnoldi in annotatis ad Abrahami Rogerii Ethniciſmum pag. 219. Es ſolte diß faſt etwas zuviel geredt ſeyn, und von manchen viel zu gütlich geurtheilet werden. Die Seefahrt hat die Unſrige, ſo viel ſie beobachten können, das Widerſpiel gelehrt. Beſieh die Mittags Ländiſchen Schiffarten Bl. 101. und die Naſſauiſche Reiſe, Bl. 19. ſamt andern unterſchiedlichen Reiß-Büchern mehr. So wol auch Jan Huygen Linſchooten cap. 4. und 41. Africanos, qui ad promontorium bonæ ſpei habitant, eſſe populum totum atheum, refert nobiliſſ. Mandelslo in Epiſtola ex Madegaſcar ad Olearium ſcripta. Verum ejusmodi populus forſan practice magis, quam theoretice atheus, ignorans potius, quam negans Summum Numen. Quicunqve autem ſive populus ſive homo Deum ignorat, vincibiliter Eum ignorat.

XXXIIX.

& particularis

Atheos in particulari & individuis quod attinet, non dubitamus aſſerere, in omnibus partibus ſeu factionibus Religionum aliquos, nullibi autem plures quam inter Chriſtianos, paucos inter Muhamedanos, pauciores inter Ethnicos, pauciſſimos inter Judæos reperiri. Naturaliſtæ atheis

affines

affines ſunt. Et ſubtiles quidem athei hodie non niſi in Chriſtianorum cœtu, apud reliquos craſſi modo athei habentur. Præterea quamvis omnibus ſeculis fuerint athei, nunquam tamen plures & ſubtiliores vidit ſol, quam poſt tempora Reformationis hoc & ſuperiori ſeculo, ita ut ad genium & characteres horum ſeculorum atheiſmum referant. Deniqve ex pluribus atheis, quos inter Chriſtianos verſari diximus, paucos in Græca ſeu Orientali, maximam autem partem in Latina ſeu Occidentali Eccleſia, inveniri, putamus. Ulterius autem undiqve exquirere atheos & in ſcenam producere, non fert inſtituti noſtri ratio. Factum id a pie & eleganter docto Theophilo Spizelio, Eccleſiaſte Auguſtano, in libellis de Atheiſmo editis.

XXXIX.

NATURALISMI Deſcriptio

Sed, miſſo atheiſmo, ad Religiones accedimus, primo loco de Naturaliſmo acturi. Character Naturaliſmi hic eſt: Ex naturæ & rationis principiis ſufficientia nobis conſtant media ad vitam æternam ducentia, nec ad id opus eſt revelata quadam doctrina. Et, qui, ſcita religionis, ex principiis naturæ ducta, ad æternam vitam conſequendam ſufficere, contendunt, atqve revelationes divinas vel non agnoſcunt, vel ſaltem neceſſarias ad ſalutem haud eſſe dicunt, Naturaliſtæ hodie appellantur. Naturaliſmus igitur non idem erit, quæ Religio Naturalis, nec hæc, ſed ille inter quinqve religiones primo loco eſt collocandus. Naturalis religio eſt vera religio, vel potius pars veræ religionis; Naturaliſmus autem eſt religio falſa veritate & ſufficientia deſtituta. Naturalis quidem religio etiam non eſt ſufficiens, ſed hoc habet cum aliis veræ religionis partibus commune. Quælibet pars veræ religionis eſt vera, ſed non ſufficiens. Præter Chriſtianam religionem omnis alia religio eſt falſa, quod de Naturaliſtarum, non autem Naturali Religione vere dici poteſt. Conferamus Syſtema religionis Naturaliſtarum cum Theologia Naturali, & apparebit diſcrimen. Naturaliſta nec omnia, nec ſola Theologiæ Naturalis dogmata & leges admittit. Naturalis religio eſt pædagogica, manu quaſi ducens verum ſui cultorem ad veſtigandum, quem ignorat, Chriſtum. Naturaliſmus vero ſui cultorem a Chriſto abducit. Naturaliſmus eſt ſpecies Infidelitatis adeoqve peccatum contra primum Decalogi præceptum, & Naturaliſtæ inter infideles ſunt referendi, id quod de Naturali religione ejusqve cultoribus dici jure nequit.

XL. Omni-

Digitized by Google

XL.

Naturaliſmi Cultura & Cultores

Omnibus quidem ferme ſeculis revelatæ doctrinæ reperti ſunt contemtores, hoc tamen ſeculo plures & majori conatu id dogma publice propugnare & orbi exponere cœperunt, tanto numero tantaqve arte, ut nova quædam religionis ſecta, ſed nova prorſus religio inde fuerit notata, numero quinta, novo & ſingulari nomine Naturaliſmus dicta. Princeps Naturaliſtarum Patronus ac Magiſter eſt Edoardus Herbert, natione Anglus, familia Baro, dignitate Par Angliæ & Hiberniæ, Jacobo & Carolo Regibus a ſacris belli conſiliis, Legatus per quinquennium in Gallias. Scripſit is tres libros, quorum *primus* eſt de veritate, prout diſtinguitur a revelatione, a veroſimili, a poſſibili & falſo, *alter* eſt de cauſis errorum; *tertius* eſt de Religione Gentilium errorumqve apud eos cauſis. In omnibus iſtis libris, maxime autem in primo, dum auctor Zelum præfert devotæ religionis, religioni tollendæ viam parat, Sophiſtam agens. Extollit rationem in religionis negotio, ut ſupernaturalis Dei revelationis nunc veritatem, nunc neceſſitatem labefactet. Monſtrarunt id præſtantes triumviri Theologi, uterqve Muſæus & Titius noſter, qui videantur.

XLI.

Cherbury Naturaliſmus deſcriptus

Docent hodie Naturaliſtæ, religionem ad ſalutem æternam ſufficientem includi & circumſcribi quinqve ſequentibus articulis. I. Eſſe Deum ſummum. II. Eum coli debere. III. Virtutem pietatemqve eſſe præcipuas partes cultus divini. IV. Dolendum eſſe ob peccata ab iisqve reſipiſcendum. V. Dari ex bonitate juſtitiaqve divina præmium vel pœnam tum in hac vita, tum poſt hanc vitam. Pro ſufficientia ad ſalutem horum quinqve articulorum tres ſequentes adducunt rationes. *Prima*, Revelationes divinæ non ſunt in hominum poteſtate, ergo hominibus ad ſalutem æternam conſequendam non erunt neceſſariæ. Ubi antecedens negandum, cum omnino in poteſtate noſtra ſit ad doctrinam de Deo revelatam pertingere, modo debitam inquirendi adhibeamus diligentiam. *Secunda*, quod ex recta communiqve ratione quinqve iſtis articulis addi non poſſit dogma, unde magis ſinceri piiqve evadant homines. Verum falſum hoc eſſe experientia teſtatur, utpote quæ docet rationem colendi Deum a perquam paucis comparari ingenii viribus, atqve pauciſſimos eſſe, qui absqve Dei verbo ad veritatem perveniunt, adeoqve ex præſcripto rationis vitam ſuam

Digitized by Google

inſtituunt & Deum colunt. *Tertia*, nihil eſſe, ex quo pax concordiaqve publica magis promoveatur, quam ex quinqve illis communibus circa religionem notitiis. Sed non eſt quæſtio de modis & mediis conſervandi publicam quietem, verum quæ ſint media ad meliorem futuri ævi conſequendam vitam. Eſt cæterum Naturaliſmus graviſſimum peccatum, uti ſunt omnia primi præcepti peccata, quod Majeſtas in ſua republica ſalva conſcientia tolerare haud poteſt.

XLII.

Deſtructio Naturaliſmi etiam Cherburyani

In ſtatu primævo, cum peccatum & mors nondum eſſet, poterat homo Theologiæ Naturalis ope & adminiculo beatitudinem conſequi. Hodie *autem in ſtatu peccati nemo Theologiæ Naturalis ope & adminiculo ad beatitudinem pertingit, idqve per accidens eſt, & primorum parentum culpa fit*, docet Johan. Muſæus Introduct. in Theol. cap. 2. §. 6. p. 31. Neceſſitas autem ſciendi, qua ratione homo poſt lapſum e ſtatu peccati in ſtatum Gratiæ Dei poſſit perduci, atqve ad æternam beatitudinem ſatis tuto atqve ſine formidine oppoſiti pervenire, revelationum divinarum neceſſitatem ſatis ſuperqve demonſtrat, præſertim ſi cogitemus dolorem de admiſſis peccatis absqve ſatisfactione non ſufficere in remedium peccatorum, quibus DEI ſummi læditur Majeſtas. Absqve ſatisfactione peccata hominum Deus, ſalva divina juſtitia & Sanctitate, condonare non poteſt. Naturaliſmus proinde eſt falſa religio, conſenſu omnium Gentium, quarum nulla non in rebus religionem attinentibus revelationes divinas ut neceſſarias admittit. Quærimus enim religionem pro homine, non ſimpliciter, ſed in ſtatu peccati, conſiderato.

XLIII.

Inſufficientia Luminis & Religionis Naturalis

Ergo naturali religioni, quia, licet vera, tamen ad ſalutem adipiſcendam homini in ſtatu corruptionis non ſufficit, aliquid addendum. Additamentum illud non aliunde quam a Deo eſſe poteſt. Religio enim eſt inter reſervata Majeſtatis Divinæ, nec ulla vera religio ab humano inſtituto eſſe poteſt, ſed quæ eſt, tota illa a Deo eſt & eſſe poteſt. Quo namqve cultu Deus a nobis coli, quid nos, qui peccaveramus, facere, omittere vel pati, an etiam nobis aliquid & quodnam ſive in hac ſive poſt hanc vitam largiri, & a quibus conditionibus & mediis illud ſuum gratuitum donum

(Deus

(Deus enim creaturæ ſuæ nihil, creatura vero Deo omnia, debet) ſuſpendere, velit, uti ſunt res meræ libertatis, ita & determinationis, divinæ: ſunt *myſterium voluntatis Dei* Eph. 1, v. 9. Ea vero, quæ ex ſola Dei voluntate proveniunt ſupra omne debitum creaturæ, nobis innoteſcere non poſſunt, niſi ex divinis revelationibus. Divinas has revelationes, ad ſalutem neceſſarias, in Scripturis Veteris & Novi Teſtamenti extare aſſerimus tali argumento:

Aut revelationes, quæ in Scripturis Vet. & N. Teſt. habentur, divinæ ſunt revelationes ad ſalutem neceſſariæ, aut nullæ in orbe ſunt divinæ revelationes ad ſalutem neceſſariæ.

Sed falſum eſt, nullas eſſe in orbe divinas revelationes ad ſalutem neceſſarias, uti in ſuperioribus demonſtratum.

Ergo verum eſt, revelationes, quæ in Scripturis V. & N. T. extant, eſſe divinas revelationes ad ſalutem neceſſarias.

XLIV.

Religionis Revelatæ Baſis & fundamentum

Baſis autem & fundamentum Revelatæ in Scripturis Religionis eſt Meſſias, univerſalis omnium hominum deſtinatus a ſuo Patre Salvator Jeſus Chriſtus, heri & hodie idem, unde & Religio Chriſtiana merito appellatur. *Act. 11. v. 26.* Hunc exſpectabant fideles ſub Vet. Teſt. & propterea dicuntur, qui ante ſperaverunt *Epheſ. 1. v. 12.* Nos Chriſtiani eum habemus, qui credimus non in exhibendum, ſed exhibitum Meſſiam, unde phraſis, *antequam veniſſet fides* h. e. ante tempora Nov. Teſt. *Gal. 3 v. 23.* Non tam religio, quam præconium religionis de Meſſia in Vet. Teſt. definito loco, populo, reipublicæ & Eccleſiæ erat adſtrictum, ſub Nov. Teſt. & illud eſt liberum prorſus & univerſale *Joh. 4. v. 21.* Religio in Vet. Teſt. multis, variis iisqve laborioſis & moleſtis ceremoniis erat inveſtita, a quibus in N. T. eſt denudata *Gal. 3 & 4.* In Vet. Teſt. cultus religionis corporalis & pompaticus obtinuit, in N. T. ſpiritualis, rationalis & ſimplex.

XLV.

CHRISTIANISMI Deſcriptio

Religionis Chriſtianæ veluti leges fundamentales ſunt, quæ Fidem & Sacramenta concernunt, quas nemo niſi Chriſtus ferre poteſt. Non autem ſcripto, ſed voce Chriſtus tradidit Diſcipulis & Apoſtolis ſuis, futu-

 ris

ris Eccleſiæ & religionis Chriſtianæ, architectis ac propagatoribus, omnia quæ audiverat a Patre ſuo *Joh. 15. v. 15.* a quo miſſus erat docere per ſe Judæos, Ethnicos vero per Apoſtolos, quos implevit Spiritu Sancto, qui duxit eos in omnem veritatem *Joh. 16. v. 13.* ſcilicet neceſſariam ad ſalutem. Decalogum Chriſtus non quidem nova lege auxit, attamen a corruptelis & pravis Judæorum interpretationibus vindicavit atqve ad ſua initia reduxit. Symbolum Apoſtolicum nec Chriſtus nec Apoſtoli conſcripſerunt, quæ tamen in eo continentur, eſt ſalvifica fides, quam Chriſtus & Apoſtoli docuerunt. Moris erat apud Judæos ut Magiſter certam precum formulam conficeret, qua uterentur diſcipuli in ſignum diſcipulatus, unde Chriſtus ſuos diſcipulos formulam quandam orandi docuit. Non minima etiam pars Chriſtianæ religionis ſunt Sacramenta h. e. ritus, qui habent mandatum Dei cum adjuncta promiſſione gratiæ, ſuntqve illa numero duo, Baptiſmus & Euchariſtia. In horum inſtitutione condeſcenſionem Chriſti ſummopere admiramur, quando in gratiam Judæorum non novos, ſed notos, & frequentes apud Judæos ritus in Sacramenta, ſuperaddito tamen ſingulari & inſtitutionis & promiſſionis verbo, tranſumpſit. Deniqve leges ad ordinem & decorum, & proinde ſuo quodam modo ad profectum religionis Chriſtianæ facientes, a Chriſto in ſpecie non ſunt præſcriptæ, ſed prudentiæ eorum, qui ſunt religionis Chriſtianæ cuſtodes, relictæ. Illa igitur eſt & dicitur Chriſtiana Religio, quam docuit Chriſtus, cujusqve ſummarium & compendium eſt Catechiſmus.

XLVI.

Chriſtianæ Religionis Vindicatio

Doctrinæ & ordinis cauſa hic repetimus ex Epitome Calixtina pro religione Chriſtiana hoc argumentum:

Si nulli, niſi Chriſtianæ religioni, ea conveniunt, quæ veræ religioni convenire oportet, tum aut Chriſtiana religio vera eſt religio, aut nulla eſt in orbe vera religio.

Sed nulli, niſi Chriſtianæ, religioni, ea conveniunt, quæ veræ religioni convenire oportet, ſcilicet ab abſurditatibus immunem eſſe, cum ipſo homine cœpiſſe, & deniqve divina providentia ab interitu vindicari. *Ergo aut religio Chriſtiana vera eſt religio, aut nulla eſt in orbe vera religio*, quod erat demonſtrandum.

XLVII. Quæ

LXVII.

Religionis Christianæ Vindicatio

Quæ religio, docendo verum veri Dei cultum, homines peccatores ad Deum ducit, eſtqve medium certisſimum, quo Deus & homo peccator poſſunt in perpetuum uniri & vinculum unionis cum Deo ab homine per peccata ruptum redintegrari, adeoqve ſuppeditat modum læſam Dei juſtitiam placandi & reconciliandi; quæqve conſcientias noſtras triſti tempore quovis in caſu erigere, tranquillare & ſolari efficaciter valet; quæqve non tantum docet, ſed & facit, ut posſimus & velimus eſſe ſancti & inculpati in conſpectu Dei cum charitate *Eph. 1. v. 4.* illa eſt vera religio. Atqui Chriſtiana Religio docendo &c. Ergo. Chriſtiana religio ſecundum ſe ita eſt compoſita, ut ſi juxta illius ſcita incederemus, haberemus cœlum in terris, & prægustum aliquem futuræ æternæ felicitatis, id quod etiam præter deductionem ad vitam æternam intendit Chriſtianiſmus. Nec eſt, quod difficultatem prætendas. Nam nil quidem eſt virtutis, quod non exigat in nobis Chriſtiana religio, aſt eadem religio & ſecum fert ac largitur ſufficientia auxilia Spiritus Sancti, quibus adjuti posſimus id præſtare, atqve ſancte & inculpate vivere. O ſi eſſemus Chriſtiani! Nulla tunc inter reſpublicas eſſent aut eſſe poſſent bella, nulla in republica rebellio aut læſio majeſtatis, nullæ quoad bona animi, corporis, & fortunæ inter privatos ſpontaneæ læſiones, nulla hæreſis, nullum ſchiſma in Eccleſia, immo nulla infidelitas, impietas, ſuperſtitio aut apoſtaſia. Frueremur præterea abſolute Summo Bono, Deo Optimo Maximo, inchoate quidem, vere tamen. Igitur, O ſi eſſemus vere Chriſtiani!

XLVIII.

Religio Chriſtiana in Republica Neceſſaria

At non ſumus; in cauſa eſt neglecta aut non ſolicite curata juventutis educatio ac informatio, nec non falſæ quædam Rempublicam adminiſtrantium hypotheſes. Utrumqve deduxit Dn. Præſes ſuo loco & tempore, nec eſt noſtri inſtituti quicquam inde huc tranſcribere. Unam modo Politicorum hypotheſin hic intactam dimittere haud poſſumus, nempe, ad felicitatem civilem ſufficere religionem naturalem, adeoqve Majeſtatem Civilem non teneri ad religionem Chriſtianam in republica ſua introducendam aut fovendam, vel ſaltem naturalis cultus divini ergo religionem

Digitized by Google

Chriſtianam in civitate bene inſtituta obtinere debere. Sed cum quod a Deo vetitum juberi, aut a Deo juſſum vetari a Majeſtate valide nequeat, & vero Religio a Deo ſit præſcripta & modus colendi Deum ab ipſo Deo ſit ita determinatus, ut aliter coli prorſus nolit, idcirco Summa Poteſtas non in alia religione, quam quæ a Deo inſtituta & probata eſt, ſuos ſubditos verſari velle poteſt & debet. Atqui unam ſolam religionem Chriſtianam Deus nobis injunxit, omnes alias vetavit. Ergo Summa Poteſtas non aliam quam Chriſtianam religionem in ſua republica valide velle poteſt & debet, imo in conſcientia ad eam introducendam, fovendam & propagandam obligatur. Dei legem & voluntatem Majeſtas Civilis, ut Dei vicaria & miniſtra poteſtas, in republica ſua urgere, & quicquid voluntati Dei adverſatur vetare, debet. Nec Chriſtianæ modo, ſed omni, Civili Majeſtati id incumbit, cum Deus in Scripturis univerſaliter omnibus hominibus ſuam voluntatem promulgaverit. Ignorantiæ prætextus nullus hic eſt, cum ſit juris.

XLIX.

GENTILISMUS

Ethnicam religionem deſcribimus ex cap. 1. ad Rom. quæ mutat gloriam inviſibilis Dei in efformatam imaginem corruptibilis hominis, ut volucrium & quadrupedum & reptilium, unde & religio idololatrica appellatur, quod maximam partem Ethnici multitudinem Deorum aſſerant, atqve falſo numini cultum præſtent divinum. Et quia a primis mundi temporibus idololatria fuit frequentior quam vera religio, factum ut idololatræ, communiſſimo nomine, Ethnici ſeu Gentiles dicti fuerint, præſertim ex quo Dei eccleſia & vera religio in populo Judaico hoſpitabatur. Etiam propterea Scriptura omnes homines in Gentes & Judæos diſtingvit, atqve Ethnici, in primordiis Chriſtianæ Eccleſiæ, Chriſtianos tertium genus hominum nominarunt, teſte Tertulliano. Subſecutis temporibus Ethnici Paganorum nomine vocantur, quia converſis ad Chriſtianiſmum populis Gentilismus ex urbibus proſcriptus in pagis apud rudiores diu permanſit ac retentus eſt, ita quidem, ut ejus veſtigia hodie adhuc alicubi in iis reperiantur.

Gentiliſmus Antediluvianus

L.

Poſtdiluvianus

Idololatria poſtdiluviana cœpit ante diſperſionem Gentium in Chaldæa, occaſione nimii aſtrologiæ ſtudii: omnium enim primum aſtra pro diis

Digitized by Google

diis eſſe culta, poſt heroes, deniqve animalia & quid non? conſtans eſt traditio. Idololatriam ab exiguis oriri initiis & brevi magnos facere progreſſus, prudentibus notatum. Primitus Deum in ſimulacro aliquo, poſt ipſum ſimulacrum ut Deum venerati ſunt homines, & a pluralitate ſimulacrorum ventum eſt ad pluralitatem Deorum. Adeo periculoſum eſt, in religione ſibi aliquid fingere, aut extra Dei revelationem præſcribere. Cauſas autem inductæ idololatriæ, per quam Ethniciſmus maxime ſœdatur, & quomodo fuerit dilatata & aucta, uberrime expoſuit Gregorius Nazianzenus Orat. 2. de Theologia. Admodum cito poſt diluvium maximam generis humani partem & tantum non omnem ſuperſtitio ethnica occupavit, ſemperqve ab eo tempore plures fuere populi idololatriæ dediti, quam ab ea immunes. Unde etiam provenit magna ethnicæ religionis varietas & diſcrepantia, cum in nulla religione tot ſectæ, tot differentiæ, ſive objectum, ſive modum cultus ſpectes, ac in ethnica, reperiantur. A Chaldæis ad reliquos populos derivatus eſt ethniciſmus, maxime autem is per orbem totum diſperſus fuit prima vice in diſperſione Gentium Babylonica, altera vice quando Phœnices, ſuis ditionibus ab Iſraëlitis, juſſu Dei, expulſi, inſtar coloniarum diſperſi migrarunt in varias orbis regiones, qui ut multa bona ita & mala plura & in his ſuperſtitiones ethnicas hinc inde ſecum attulerunt. *Progreſſus Gentiliſmi*

LI.

Adveniente in carnem Chriſto Oracula obmutuerunt, atqve revelato mox cœlitus Evangelio plurimi ex Ethnicis in Eccleſiam Chriſti coierunt, quomodo ethnica religio tanta ſenſim paſſa eſt decrementa, ut nunquam antea. Quamvis vero omnibus ſeculis Chriſtianis decreverit, nihilominus ut ſemper ferme ita & hodie adhuc in maxima orbis & generis humani hæret parte, id quod eſt triſte. Speramus autem meliora, *quando plenitudo Gentium introierit* Rom 11. v. 25. h. e. quando nullus erit populus, cui nationis vel gentis appellatio conveniat, qui non eſſet Chriſtianus. Deniqve quamvis ethnicam religionem naturali quam maxime adverſari certum ſit, nihilominus nuper & olim nonnulli pro ea adverſus veritatem ſteterunt. Alii retinendam eam contendunt, quod novitas in religione ſuſpecta ſit, adeoqve religionem a majoribus acceptam colendam ſibi diligenter & retinendam arbitrantur, ne inſcitiæ vel impietatis majores ſuos arguant recedendo ab eorum ſacris. Ciceronis iſta ſunt ex lib. 2. de Divin. *Decrementum Gentiliſmi & relevamentum.*

Majo-

Digitized by Google

& non cauda *Deut. 28. v. 13.* Populus judaicus hodiernus non eſt omnium gentium caput & non cauda, ſed eſt ex adverſo omnium gentium cauda & non caput. Ergo populus judaicus hodiernus non cuſtodit amplius præcepta Dei, hoc eſt, veram religionem, nec manet Deo gratus & acceptus.

LIII.

Edito Talmude, (cujus confectionem & publicationem accurate oſtendit & inter alia ex Novella 146. deducit Johan. Morinus in Exercit. Bibl. lib. 2. exerc. 6. cap. 2.) magnum eſt ſchiſma inter Judæos ortum, quod etiam nunc in Oriente potiſſimum viget, aliis Talmudiſtis, aliis Karræis dictis. Illi Talmud, hi Scripturam urgent, ut alibi pluribus exponitur. Cæterum religio Judaica hactenus magna ſumit incrementa. Eſt hodie paſſim terrarum major Judæorum frequentia quam olim, indiesqve creſcunt & multiplicantur, quod a multis ſeculis bella nec ipſi gerant, nec aliis bellantibus militare ſoleant. Dolemus, Chriſtianos in convertendis iis nec debitam nec ſufficientem adhibere curam. Redditur etiam iſtud negotium nobis difficilius, quod judæi ſint duræ cervicis & pertinaces admodum, idqve eſt ab eorum ſuperbia. Non eſt populus qui magnificentius apud ſe de ſe ſentiat quam judaicus. Hoc autem illis eſt a præconcepta de ſui dignitate ac ſanctitate opinione. Dignitatem illam deſumunt a familia, nempe quod ſint filii Abrahami, Iſaaci & Jacobi. Sanctitatem vero deducunt tum a circumciſione, tum quod Deus ipſe dederit iis legem, nec taliter ulli fecerit nationi. Patet nunc, unde in converſione judæorum, initia ſint ducenda: hunc enim in finem iſta ita annotabamus.

Progreſſus
Status hodiernus
Modus convertendi

LIV.

Supereſt Muhamediſmus, de quo ultimo loco dicendum, quia non ſimplex ſed miſcella eſt religio ex judaiſmo, gentiliſmo, Chriſtianiſmo ed maximam partem hæreſi infecto, atqve propriis Muhamedis additamentis compoſita, in Alcorano, veluti codice canonico, contenta. Obſervant Prudentes, neminem poſt hominum memoriam in nova cudenda religione ita vafrum fuiſſe & verſipellem, qui cum de ſuo vix pauca addiderit, ſed vel ex utriusqve Teſtamenti libris, vel Judæorum traditionibus omnia mutuarit, eadem tamen cœlitus ad ſe delapſa auſus fuerit tanto cum ſucceſſu mentiri. Etiam novum Imperium ſtruere & ſibi comparare

MUHAMEDISMUS.
Ortus.

Digitized by Google

in conſiliis agitabat Muhamed, unde ipſius religio plane militaris & imperio proferendo accommodata eſt, ut annotavit inter alios Trajanus Boccalinus Relationum e Parnaſſo Part. I. c. 64. ſeptem documentis confirmavit Chr. Forſtnerus ad Annalem Taciti quartum. Quicquid proinde ratione non potuit Muhamed & arte, id armis præſtitit, atqve ita aniles ſuas fabulas propagavit. Præterea, capitale eſſe voluit de contentis in Alcorano diſputare, vel quicquam ejus in dubium vocare, quomodo Muhamedani vanitatem ſuæ religionis, nedum meliorem religionem, cognoſcere haud poſſunt. Capitale etiam eſt Chriſtianis, ſi Muſulmannum ad Chriſtianam fidem ſolicitaverint. Variæ e contra ſunt artes, quibus Chriſtiani ad Muhamediſmum alliciuntur, alibi legendæ.

Progreſſus.

LV.

Status Modernus

Characteriſtica Muhamedanæ Religionis præcipua dogmata ſunt hæc. I. Scripturam utriusqve Fœderis recipiunt Muhamedani, verum truncatam, mutilatam, & præterea docent, eam a Judæis & Chriſtianis fuiſſe corruptam & interpolatam. II. Muhamedem verum Prophetam, divinitus miſſum, ipſo Chriſto majorem, credunt, unde Symbolum eorum commune tale eſt: Non eſt Deus niſi verus ille Deus, & Muhamed eſt Apoſtolus Dei. III. Alcoranum eſſe per Muhamedem divinitus revelatum in confirmationem & emendationem Evangelii. IV. Quinto, ſexto, ſeptimo vel octavo ætatis anno circumciduntur. V. Myſterium Trinitatis blaſpheme improbant, nos ut trium Deorum cultores ſeu ob crimen aſſociationis, ut loquuntur, deteſtantes. Aſſociatio ipſis eſt & dicitur Idololatria, quod idololatra Deo ſocium quaſi adjungat. VI. Beatitudinem æternam in voluptatibus carnis collocant. VII. Fidem brevi ſymbolo incluſam tenent, idqve ſæpius recitant, eſtqve tale: Credo Deum, Angelos, Libros, Prophetas, extremum judicium, & quod omnia tam bona quam mala fatali neceſſitate fiant. Praxis Religionis Muhamedanæ præcipue conſiſtit (1) in frequenti repetitione & recitatione communis ſymboli (2) in Lotionibus (3) in Precibus (4) in Eleemoſynis (5) in Jejuniis (6) in Peregrinationibus religioſis.

LVI.

Veræ Religioni plane adverſus

Sed, voluptatem eſſe S. Bonum, vox pecudum videtur eſſe, non hominum. Ex abundanti addimus, religionem, quæ Moſis & Chriſti doctri-

næ

Digitized by Google

næ adverſatur, etiam ex hypotheſi adverſariorum, eſſe falſam. Moslemannorum autem religionem Moſis & Chriſti doctrinæ adverſari characteres antea notati ſatis ſuperqve indicant. Ergo. Exigat inſuper, cui volupe eſt, Muhamediſmum ad notas veræ religionis, & vanitatem ejus deprehendet facile. Verum in vaniſſima & falſiſſima religione quosvis etiam vel præconcepta opinio vel ſuperſtitio detinet & dementat. Veritatem autem ſuæ religionis Muhamedani inter alia ſibi ex felicitate armorum & victoriis perſvadent. *Si non fuiſſet vera mea lex*, inquit Muhamed, *non dediſſent ſuperi Imperio noſtro & dominationi noſtræ tantos ſucceſſus tantasqve proſperitates.* Verum, licet fateamur magnum fuiſſe armorum progreſſum præcipue ſub initia Muhamediſmi, non tamen inde eſt colligere, tantam fortunam huic religioni adſcribendam eſſe. Sæpe enim numero factum & fit, ut vincantur ii, qui rectius de religione ſentiunt, quemadmodum olim Paganos de Judæis ingentes reportaſſe victorias legimus. Contingit tale quid ſingulari Dei vindicis providentia, qui hactenus etiam Muhamedanos veluti flagellum Chriſtianis immittit. Argumento ſit, quod Muhamediſmus iis temporibus natus fuerit & adoleverit, quibus hæreſes & morum corruptelæ quaſi ſummum tenebant, ſive multitudinem ſive magnitudinem earum, non in vulgo tantum, ſed & iis, qui vulgo præerant, reſpiciamus. Præterea iſta, de qua ſibi gloriantur, felicitas non fuit nec erit perpetua, cum multas clades Muhamedani a Chriſtianis ſint paſſi, & hodie, Deo ſit Gloria! patiantur.

LVII.

Converſio Muhamedanorum difficilior eſt, quam aliorum omnium Infidelium, tum ob notata in §. 54. tum quia certum aliquod principium, Alcoranum, ſibi conſtituerunt, cui pertinaciter inhærent, ita ut quicquid contra illud affertur, ſusqve deqve habeant, adeoqve ſuæ doctrinæ ſint tenaciſſimi ex cœca quadam erga legem ſuam obedientia, atqve a Chriſtianis alieniores ob imaginariam ſupra expoſitam aſſociationem, muliebre eſſe, verbis verba refellere, virum ferro decertare oportere, dictitantes. Chriſtiani propterea in convertendis Muhamedanis nullam ferme habent rationem aut ponunt curam. Experientia teſte, plures Chriſtiani ad Muhamediſmum deficiunt, pauciores Muhamedani Chriſtianiſmum amplectuntur. Obſervat porro Richardus Monachus in Confut. legis Saracenicæ *Muhamedanorum Converſio quæ & qualis*

cap. 10. quod multi quidem paſſim a religione Chriſtiana deficiant ad Muhamediſmum, ſed in vita; in morte nemo: verum jam illi ipſi etiam apoſtatæ velint potius Chriſtiani mori, aliiqve antea Muhamedani in vitæ fine liberius Chriſtianiſmum ampleđuntur. *Et hujus rei ſignum in utriuſqve eſt*, inquit, *transmutantur enim quidam Saraceni in Chriſtianos, & Chriſtiani quidam fiunt Saraceni. Chriſtianus quidem nunquam in morte fit Saracenus, ſed in vita; Saracenus autem potius in morte fit Chriſtianus, quam in vita: uterqve igitur horum potius eligit Chriſtianus mori, quam Saracenus.* Et inde etiam pro religione Chriſtiana contra Muhamediſmum concludendum.

LIIX.

Religionis differentiæ accidentales a puritate & impuritate

Accidentales religionum differentiæ, de quibus dicendum reſtat, ſunt duplices, vel deſumuntur a puritate aut impuritate religionis, vel a ceremoniis & ritibus religioni accidentibus. Vera & pura religio differunt, uti & falſa & impura. Verum unum eſt & ſimplex nec admittit gradus, unde vera religio non una modo eſt, ſed & ſimplex h. e. quoad veritatem non habet nec habere poteſt differentias, nec admittere gradus. Nec unum altero verius, nec religio una altera verior eſſe poteſt. Vera autem religio non ſtatim eſt pura, nec impura religio ſtatim eſt falſa, licet omnis falſa religio ſit ſimul impura. Igitur non niſi vera religio diſtingvitur in Puram & Impuram, quæ diſtinctio tamen eſt accidentalis, quia puritas & impuritas adeſſe vel abeſſe poteſt ſalva & veritate & ſufficientia religionis. Quod ſi autem impuritas religionis tanta ſit, ut religionis vel veritatem vel ſufficientiam infringat aut tollat, tum religio non tantum impura ſed & falſa eſt cenſenda. *P*ura religio eſt, quæ ab omni errore & vitio, ab omnibus abuſibus, ſuperſtitioſis ritibus & imperfectione & praxi eſt immunis, ita ut ei nil quicquam vel addi vel demi poſſit. Ita quidem vera & ſufficiens religio in ſe & natura ſua ſe habet, ratione vero exiſtentiæ vera & ſufficiens religio vix ullibi ita pura dabitur, idqve hominum vitio & imbecillitate. Quæ autem pura cenſetur, comparative ita dicitur. Præterea accurate diſtingvendum inter religionem impuram, qua eſt religio, & qua eſt impura.

LIX.

Digitized by Google

LIX.

Etiam a ceremoniis & ritibus quæ deſumitur religionum differentia, eſt accidentalis. Dinſtinguimus, autem, ritus ſeu ceremonias, noſtro inſtituto accommodate in tres claſſes. Quædam nulla probabili ratione nituntur: quædam ratione probabili nituntur & ab omnibus indifferenter uſurpari poſſunt licite, quales ceremoniæ non magnam in religionem inducunt mutationem: deniqve quædam ceremoniæ ita comparatæ ſunt, ut religioni iſti, cujus ceremoniæ ſunt, ita ſint appropriatæ, ut propterea ſint nota & character ſeu ſignum, quo ab aliis religionibus diſcernitur, & harum maxime eſt habenda ratio, ſi quando de religionum differentiis a ritibus eſt quæſtio. Alias tenendum I. religionem non ſecundum ſe, ſed propter nos requirere ceremonias, unde hactenus non eſt religio absqve ritibus, quamvis ritus non faciant religionem, ſed religioni ſuperaddantur. Nulla proinde religio in meris ceremoniis conſiſtere poteſt. Miſeri igitur ſunt, qui religione inſuper habita, ritus ſuperſtitioſe urgent. II. Ut alia indifferentia, ita & indifferentes ritus ex hypotheſi neceſſarii fieri poſſunt. III. Etiam rituum in religione mutatio eſt periculoſa, quia vulgus a tali mutatione ad ipſius religionis mutationem argumentatur. IV. Religio Chriſtiana rituum multitudine facile laborare poteſt. V. Ritus cum ipſa religione pugnare non debent, ſed eam miniſterialiter promovere. VI. Ex dictis ſequitur, unitatem religionis cum diverſitate rituum conſiſtere poſſe, ſeu, ut veteres loquuntur, Diſſonantia rituum conſonantiam religionis non tollit. Igitur per accidens diſſimilitudo rituum diſſociat, cui malo occurritur, non tolerando litigioſas ſuper ritibus quæſtiones, quas movent facile, qui nihil rectum putant, niſi quod ipſi faciunt.

a Ceremoniis & Ritibus

LX.

Obſignamus hanc Diſſertationem notatione proportionis Religionum ad ſe invicem, prout eam deſignavit Edoardus Brerewodus Anglus in Scrutinio Religionum. Supponit ille, Europam, Africam, Aſiam & Americam habere ſe invicem tanquam unum, tria, quatuor, ſeptem. Hoc ſuppoſito & religionum memoratarum profeſſores ea proportione diverſas terræ partes tenere qua dictum, inveniemus, Chriſtianos poſſidere terræ

Proportio Religionum Paralleliſtica.

Digitized by Google

habitatæ partem circiter ſextam. Muhamedanos quintam, Idololatras duas tertias. Quod ſi notum orbem in triginta æquales partes diviſerimus, Chriſtianorum pars habebit ſe tanquam quinqve, Muhamedanorum tanquam ſex, Idololatrarum ut novemdecim. Scilicet multi h. e. omnes, ſunt vocati, pauci vero electi. Vocatorum triginta, electorum forſan una de triginta, ſunt partes, adeo pauci ſunt, qui ſalvabuntur. Noſtrum propterea erit cum timore & tremore operari noſtram ſalutem, ne in Atheorum, Naturaliſtarum, Ethnicorum, Judæorum, Muhamedanorum aut hypocritarum, ſed verorum Chriſtianorum, fidem per charitatem efficacem habentium, numero inveniamur ſemper, ut ita DEO æternum fruamur, utpote qui eſt ultimus noſter

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google